


F R I D E R I C I
H O F F M A N N I
M E D I C I N Æ
R A T I O N A L I S
S Y S T E M A T I C Æ
T O M U S S E C U N D U S.

*Quo Philosophia corporis humani morboſi ex accuratis
observationibus solidisque anatomicis & mechanico-
physicis principiis methodo plane demonstrativa per
certa theorematata ac ſcholia traditur ,*

E T

Vera Pathologiæ fundamenta , nec non præservatio
ab omnis generis morbis clare exponuntur in
uſum docentium & diſcentium.



V E N E T I I S , M D C C X L V .

Ex TYPOGRAPHIA BALLEONIANA.

SUPERIORUM PERMISSU , AC PRIVILEGIO .

ФРЕНДЕРИК
ИИИАМЕНТОН
БИЛГИСЯМ
СИНАПИС
АМАТХО
СИЧИНИС

Слово о полку Игореве
Слово о полку Игореве
Слово о полку Игореве
Слово о полку Игореве
Слово о полку Игореве



АНДРЕЙ МОСКОВИЧ
БИБЛИОТЕКА РУССКОГО ПИСЬМА
САНКТ-ПЕТЕРБУРГ

P R A E F A T I O .
L E C T O R I
ÆQUO ET V E R I S T U D I O S O
F R I D E R I C U S H O F F M A N N U S .

Alterum jam Tibi, veritatis medicæ cupide Lector, rationalis medicinæ systematicæ tomum exhibeo, qui præcipua doctrinæ de morbis capita & fundamenta, neque minus partem artis nostræ præstantissimam, sed haud satis, meo quidem judicio, adhuc excultam, nec pensi habitam, complectitur. Hæc illa est, quæ genuinas ægritudinum, quibus subinde genus humanum infestari, & e vita præmature tolli solet, origines, seu primas causas, clare & liquido evolvit, quæ omnium earum rerum, quæ ullo modo conservationem corporis nostri lœdunt, vires ac potestates dilucide exponit, quæ denique simplicem & planam viam ad sanam & longam vitam perveniendi monstrat. Duplex esse officium medici, alterum hominem a doloribus, a morbis, ac immatura morte vindicare, alterum ægritudines, quibus corpus affligitur, jam præsentes arte depulare, nemini ignotum est. Quanto autem facilius, quanto etiam magis in potestate medici situm est, morborum, a quibus hi initia ducunt, causis occurrere, & integratatem corporis tueri; tanto difficilius ac incertius est, morbos, quibus jam premitur, vel penitus oppressum est corpus, feliciter expugnare. Quamvis vero omnium consensu nihil dulcissimus, exoptatus & præstabilis his in terris homini contingere possit, quam æqualis & prospera sine dolore animi & corporis valetudo; tamen haud satis intellectus humani miseriam & imbecillitatem hoc in genere demitari licet, quod adeo parum de vita & valetudine tuenda homines curiosi ac solliciti sint, ut potius firmiter sibi persuadeant, inevitabili cuiusdam necessitatis fato, longam vel brevem, adverlam, vel secundam valetudinem deberi, neque a ratione & scientia, vel ab hominis voluntate & arbitrio, eam dependere. Quo factum etiam est, ut nec medici satis digne hanc medicinæ partem haec tenus tentaverint, neque vera sanitatis conservandæ præsidia morborumque natales recte & perquisitius indagariint, tantummodo operosi in multis arcans & magnificæ famæ remediis & compositionibus ad omnis generis morbos propulsandos conquirendis: et si neminem fugiat, quam iners & circumcisæ sit, tum in rebellibus chronicis, tum acutis passionibus persanandis, noxetas medici, quoniam id præstare magis naturæ, quam artis beneficium est. Ego, ut ingenuæ fatear, de arte nostra sic statuo, hanc ipsam diversis rationibus agitari posse, dum alii morborum curationibus tantum intenti sunt, & unice in exercitio artis versantur, alii vero in universale totius scientiæ & omnium eorum, quæ ad hoc perficiendum pertinent, studium incumbunt. Nam quicquam

tum se occupatum habet in curatione morborum , is utique theoria rationali & hanc spectantibus subsidiis , anatomæ , physices , chymicæ & mechanicae scientiis & demonstrandi methodo , facile carere potest ; quemadmodum etiam veteres has scientias ignorasse novimus . Siquidem ad artis exercitium sufficit morborum genium , corporum differentias , & naturæ , quæ sola & optima subinde acutorum morborum medicatrix est , ductus nosse , & remediis , non validioribus ; sed mitioribus , eam adjuvare . At vero præter hæc multa alia in eo , qui veri & solidi medici nomen tueri vult , desidero , quæ non tam facile & celeriter obtineri possunt . Nimisrum is non solo usu & experientia , quæ pro tot morborum & corporum diversitate mire variat & fallit , contentus est , sed ex ægrotantium historiis & accuratis observationibus , magna diligentia & limatori judicio conscriptis & inter se collatis , artis certitudinem querit . Hæc enim sunt quasi veritatum medicarum claves , quæ intimos & arcanos naturæ recessus , motus atque effectus recludunt . Ex his veras morborum origines ac primordia , generationem , differentem indolem & effectum , præservandi ac mendendi leges & vias , juvantium & nocentium vires , & dextrum de morborum eventu judicium petere licet . His etiam falsæ theoriæ , pugnantes hypotheses , opiniones , fictiones atque errores in rebus medicis optime discutiuntur . Ut autem ejusmodi observationes ad usum recte transferre possit , opus utique est , ut accommodis scientiæ medicæ instructus sit præsidiis . Nam sicut sine physices , chymicæ & mechanicae scientia , nullo modo veram vitæ , sanitatis , mortis , morborum eorumque generationis cognitionem consequetur , nec rerum salubrium ac nocentium facultates & vires cognoscet , ita nec historias ægrotantium resolvere omnesque partes digne excutere , eorumque , quæ facta sunt & fieri debent , causas dare & encloare , & apta remedia invenire poterit . Præterea a medico , qui omnes suas partes recte implere vult , etiam id requiro , ut lassiones externalium partium , & quemadmodum ex reparandæ sint , probe dignoscere sciat , & quibus mediis & operationibus ex removandæ sint , intelligat , ex quo artis chirurgicæ eminentia ac necessitas demum innoteat . Denique innumera sunt in rerum natura , quæ hominis valetudinem variis modis & mutare & vitiare possunt , tam ex alimentorum , ac elementorum , quam medicamentorum & rerum venenatarum classe , præcipue ex tam multiplici cœli varietate , aliarumque rerum fortuito incidentium copia , quorum singulorum ingenium , facultates & vires , si quis casus incidit , ut idoneum judicium proferre possit , perspectas habere debet . His itaque fulcris totum doctrinæ medicæ corpus superstructum esse videmus . Quæ quanquam ita se habere omnes facile judicent , dolendum tamen est , paucos admodum ad eum eruditioñis medicæ gradum pervenire , & quod præcipuum rei momentum est , paucos scriptores laboribus suis eo esse annilos , ut doctrinæ medicæ , præsertim quæ de morbis agit , veritates in facilem & perspicuum ordinem digererent . Quanta enim librorum prostat Silva , qui terminis obscuris & nullum liquidum sensum fundentibus referti sunt , ubi nulla veritatum connexiones nullique demonstrationum nervi conspicuntur . Ego ita que

quæ pro mediocritate virium, quas divina clementia concessit, semper omni studio annis lumen, divinam hanc scientiam in sistema perspicuum redigere, & veritates apta connexione in scientiæ & demonstrationis formam dilponere, jam senio vicinus & maturiori judicio & longiori usu instructus, laboravi. Cujus rei gratia & præsens opus excudi, de cuius instituto pauca tantum admonere visum est. Videlicet hoc ipsum rationalis pathologiæ & praxeos medicæ fundamentum complecti existimo, quare etiam a pathologia speciali & clinica praxi, quæ bono cum Deo ordine sequetur, hunc tomum secernere & seorsim edere constitui, ut a veritatum medicarum studiosis non semel, sed iterum iterumque attente legatur, & relegatur, quia hujus partis cognitio clarissimam lucem tomis sequutur fœnerat, ita ut specialis morborum, quoad signa, causas & symptomata disquisitio, promptius percipi, quæ ipsis depullandis idonea præsidia, cognosci, & enarratæ quoque historiæ facilius explicari inque usum converti possint. Maxime omnium vero id operam dedi, ut demonstrarem, quomodo morbi in corpore humano pullulent & generentur, & quibus firmis & statutis legibus motus, qui morbos inferunt, & naturam destruunt, vel eam conservant & a morbis liberant, sint subjecti, ut qui in salutem, vel perniciem tendunt, eo melius possint distingui. Deinde clarius & prolixius omnium rerum insalubrium, venenorum, ac validiorum, & quæ in exitium prona sunt, medicamentorum naturam & vires exposui, ut majori etiam studio medentes ab iis remediorum generibus, quæ morborum causas augere & mortem dare, vel accelerate possint, sibi cavere discant. Tum etiam morborum origines ex planis & simplicissimis principiis, nimirum ingestorum & excernendorum vitio ac defectu luculenter explicavi. Nam quemadmodum homo prospera & integra sanitatem fruitur, si æqualem proportionem invicem ingesta & excreta habent: ita ex diminutis vel deficientibus vacuatinibus morborum origines nasci, eosque, nisi illæ restituantur, in actum produci, experientiæ est certissimæ. Ecquis vero ignorat, quam anxie adhuc nobilissima ingenia in morborum causis inveniendis se fatigaverint, quum pro sua quisque hypothesi & fictione proprias, peculiares, sæpiusque altius accersitas adduxerit, manifestas, & quæ in sensus incurront, repudiando. Præterea clarius in hoc opere docui, morborum somites & mineras in intestinorum canale potissimum ex variis confluentibus succis per diurnam moram concipi, ibique fixam sedem habere ac domicilium. Tandem etiam demonstravi, acutas passiones & motus in morbis, ut sunt febres, spasmi, dolores, anxieties, convulsiones, motricium partium esse affectus, & perniciales morborum causas primario in has, quæ mutuum inter se consensum fovent, & insuper motuum ac sensuum instrumenta sunt, vim & operationem suam exercere. Explanavi quoque ulterius, ex sanguinis tardiori motu plethoram & cacochymiam, chronicarum maxime ægritudinum amplissimas causas deducendas esse. Ultimo his cognitis & expositis pauca præcepta & regulas adjeci, quæ facilem a morbis se præservandi viam ostendunt. Sicut enim in omnibus huc usque a me productis laboribus, ita & in hoc tomo maxime laboravi, ut partem illam medicinæ præstantissimam,

mam, quæ præservandi corpora a morbis rationem docet, stabilirem, & in solidæ scientiæ formam reducerem. Quæ omnia ut in convenientia capita, rationem & ordinem redigerem, non mediocri labore & meditatione opus fuit, quia nemo prævit, cujus vestigia sequi potuissent. Quam vero arduum ac difficile sit, doctrinam, in qua quedam quasi est vastitas, & quæ caret connexione, in ordinem redigere, id ii optime intelligunt, qui in ejusmodi rebus ingenium exercere solent. Dixi itaque in priori tomo, me mathematicis familiari demonstrandi methodo usum fuisse, & imposterum uti velle, cujus ratio neutiquam in eo consistit, ut propositis doctrinis definitiones, axiomata, theorematum, corollaria, postulata, observationes, problemata præscribat, sicut cujusdam nuper ineptissimum fuit iudicium, sed ut veritates faciles, simplices & perspicuas adducat, easque probe invicem connectat, disponat, ordinat, & ex notis ignota deducat. Neque ego hic, ut in cæteris omnibus meis laboribus, servili animo aliorum doctrinas velut oracula sine ulla meditatione vel ratione cœco impetu sequutus, vel ullius auctoritate me a veri contemplatione facile abduci passus sum, sed libero semper usus iudicio sententiarum & rationum momenta libravi, & secundum observationes practicas, ceu ad Lydium lapidem, modeste examinavi, & ita de-
mum quid veri, falsi vel ficti visum fuerit, & quæ in morborum curatione usum habeant, vel non, exposui. Quam unam novi solam & optimam esse veri inve-
stigandi rationem, quam homines, aliorum tantum æmuli, nec ad obseruandum, nec ad meditandum nati, plane ignorant. Neque vero est, ut diffitear, me & hic & alibi interdum ab opinionibus, quas olim fovi, recessisse, quod ad eruditum candorem & veri investigationem in rebus difficillimis & nunquam ad solidam rationem & perspicuum ordinem redactis utique pertinere mihi videtur. Ut enim pertinaciter opinionibus de falsitate convicti tanquam saxo adhærere turpe est : ita priora relinquere, & meliora amplecti, proxime ad honestatem & candorem accedit. Neque hic mea jactare unquam volui, conscius meæ mihi tenuitatis ; sperare tamen ausim, meam hanc qualemcunque diligentiam & operam veritatis medicæ æstimatoribus & viris ad judicandum apertis non ingratam fore, quum & hæc & plura adhuc in aliorum scriptis pathologicis desiderentur. Cæterum si quis unquam, ego certe præter veritatis curam ac studium æquitatis & moderationis in judicando maximi æstimavi & affectavi laudem, & nunquam ferendum in republica litteraria, præsertim christiana, turpem quorundam morem puto, qui, quamvis non meliora sciant proponere, aliorum tamen dicta & facta acri & mordaci stylo perstringere, eorumque famam ac merita lancinare & arrodere non erubescunt. Ego vero nec unquam ejusmodi ineptissimorum hominum voculas motor, sed plane nihil habeo, & potius acquiesco, & quasi triumphare mihi videor in præclaris tot illustrium virorum judiciis, qui verum a falso, perspicuum ab obscuro, utilitatem ab inani speculatione, & evidentes usuique aptas causas ab abditis & remotis, quæ nullius usus sunt, discernere consueverunt. His, candide Lector, bene vale, si que DEUS vitam & vires suppeditat, cæteros nostros labores, usui publico unice destinatos, propediem expecta.

PROLEGOMENA

DE

VERÆ PATHOLOGIÆ NATURA,

Ejus Fundamentis, Observationum medicarum usu & hypothesium noxa.

CAPUT PRIMUM.

*De vera pathologiae medicæ natura,
definitione ac fundamentis.*

§. I.

Sicuti physiologia veras vitæ & sanitatis causas tradit & motuum, qui conservant corpus nostrum, indolent atque usum explicat ; Hygieine vero præcepta circa rerum non naturalium usum, quibus motus vitales in vigore servantur, exhibet : ita pathologia genuinas mortis & morborum causas & effectus ex ordine illorum motuum perverso exponit. Therapia vero monstrat, quibus auxiliis inordinati motus a corporis œconomia averti tollique debeant.

Scholion.

Ex quo animadvertisimus, medicinæ partes arcto inter se cohærere nexus, ut unam sine altera plene exacteque intelligere nemo possit. Attamen scientiam corporis humani vivi & sani ceterarum medicinæ partium quasi matrem & fondamentum esse merito dixeris. Ex medicinæ vero tam amica & necessaria partium connexione artis nostræ certudo & demonstratio, quæ convenienti nexus & ordine rerum sit, satis abunde conspicitur.

§. II.

Vera pathologia est doctrina, quæ ex integris morborum historiis eorum origines, generationem, progressum, peculiarem genium, neque minus symptomatum atque eventuum rationes ex motuum

natura & legibus, quæ in œconomia corporis nostri observantur, convenienti nexus & ordine tradit, explicat, & maximis in praxi medica utilitatibus accommodat.

§. III.

Ex hac definitione reali facile pathologia veræ & fictitiae differentia intelligitur : nam illa ex plenis & accurate conscriptis observationibus & principiis anatomicis & motuum doctrinis perspicuis suas deductio-nes & conclusiones in praxi utilissimas format : altera vero æque vulgaris quam superficiariâ singularibus duntaxat experimentis, minus plenis observationibus & dubiis opinionibus atque hypothesibus nititur, unde nihil solidum vel vera laude dignum in usum artis nostræ redundat.

Scholion.

Quemadmodum scientia ab opinione, ita pathologia vera ab hypothetica distat. Hanc differentiam præclare innuit Hippocrates, libelli, qui *Lex* inscribitur, §. 3. duo sunt scientia & opinio, quarum altera quidem scire facit, altera vero ignorare. Eundem in sensum graviter scribit *libro de decenti ornatu*, §. 4. opinio in medicinâ maxime in crimen vertitur eam adhibentibus. His vero, qui ea in se usi sunt, perniciem adfert.

§. IV.

Duo sunt veræ pathologiae fundamenta: unum plenissima omnium & singulorum morborum historia, que ex compluribus observatis & annotatis circumstantiis nascitur: alterum est exquisitor corporis nostri structuræ motuum omniumque earum rerum, quæ illius statum mutare possunt, scientia.

Scholion.

Veritas duplicitis generis est, alia enim veritas facti dicitur, quæ res contingentes & factas cum omnibus circumstantiis sub debito nexus, ordine, tempore describit: altera est demonstrativa sive rationalis, quæ ex principiis jam claris & cognitis phænomenorum & effectuum causas, modum & fines inquirit, & utilissima theoremata vel axiomata format, quorum recto usu ex notis ignota porro invenit. Et quemadmodum illa maxime memoriarum & attentiarum diligentiae; ita hæc intellectus potissimum foboles est. Utraque ad veram pathologiam constituendam necessaria est. Veritas enim, quæ integrum morbi, quoad omnes circumstantias, ortum, progressum, historiam atque exitum describit, basis est rectæ ratiocinationis in medico.

§. V.

Accuratores morborum historiarum & observationes primum & præcipuum pathologie & therapia constituant fundamentum.

Scholion.

Ex pluribus enim & accuratioribus observationibus demum vera experientia, quæ medicinæ anima est, quæque ornat & perficit medicum, enascitur. Illa vero pathologia atque therapia manca & trunca est, quæ ex observationum fide non est deducita. Neque dubium est, quin ad progressum artis nostræ augendum potiores partes observationes, quam ratiocinia sibi vindicent; quia plura circa corporis humani naturam quotidie fiunt, quorum vera ratio & ad æquata causa difficultis & abstruse cognitionis manet. Ego quidem sic sentio, medicos, si ad altiorem dignitatis gradum artem suam provehere velint, imitari debere eximios nostri temporis astronomos, qui observationibus, quas hinc inde circa siderum motum observandum instituerunt, inter se probe collatis id effecerunt, ut eorum cursum & situm vel centum annis praedicere possint. Ego spe alor firmissima, fore, si medici diligenter omnia, quæ circa morborum generationem, decursum & curationes contingere soleant, annotent, & observata invicem conferant ac cum publico communicent, ut ars nostra ad summam certitudinem, non solum in prædi-

cendis & avertendis morbis, sed & iisdem dextre sanandis, totoque eorum decursu predicendo, perveniat.

§. VI.

Medicas observationes, si utilitatem exoptatam inde percipere debemus, oportet plenas ac integras esse, nullisque circumstantiis alicuius momenti destitutas.

Scholion.

Sicuti juris periti, quando de jure respondere ac sententiam ferre debent, integrum, ut loqui solent, facti speciem cum necessariis suis circumstantiis requirunt: ita etiam medici nonnisi ex completis morborum historiis quippiam firmi vel solidi elicere aut concludere possunt. Sæpe enim in unica circumstantia multum momenti situm est. Operam itaque dare debemus, ut plenas & perfectas observations undique conquiramus; quarum revera numero satis exiguae in medicorum tot monumentis nobis reliqua sunt. De plerisque certe, quas apud veteres non minus, quam apud recentiores videoas, jure dixeris eas observationum potius fragmenta esse, quam ipsas observationes, quales in verum salutis artis incrementum scribi oportebat.

§. VII.

Ad integrum morbi cuiusvis historiam requiritur, ut exquisitam individui cum illo morbo consuetati notitiam lectori supeditet.

Scholion.

Primum & præcipuum in medendo illud mihi videtur, ut medicus, quando corporis alicuius sanandi curam suscipit, exactam eorum habeat notitiam, quæ in ipso illo homine peculiaria deprehenduntur. Idque scitu maxime est necessarium, quia morbus idem & eadem causa, quæ ipsum facit, pro differenti corporum conditione, mirum dissidentia symptomata atque effectus producent. Quemadmodum enim idem alimentum, idem medicamentum, idemque venenum longe alios diversissimosque effectus & operationes pro differenti corporum indole edit: ita etiam morbifica causæ ejusdem indolis plane multis modis diversam morbi faciem, ratione symptomatum, ratione periculi & salutis in diversis subjectis exhibent. Alta enim mente repositam semper

per omnibus optavi hanc præstantissimi usus regulam philosophicam; non dari absolutas agendi vires in corporibus, sed omnes esse conditionatas & relativas, atque mirifice, pro diversa corporum, in quæ agunt, & quæ illas recipiunt, conditione mutari atque modificari. Ad interiorum vero corporis ægrotantis naturam cognoscendam non sat is est ætatem, sexum, structuram partium, temperamentum, vires, hæreditariam ad morbos dispositionem, vitæ genus, mores animi & consuetudines considerare, verum etiam scire oportet, in quo statu omnis generis excretiones positæ sint vel fuerint, quo forsan morbo antea laboraverit æger, an perfecte is curatus sit, an imbecillitatem partium, & dispositionem ad alios morbos forsan reliquerit, & qua ratione fuerit finitus & solutus. Juvat etiam inquirere qualis sit sanguinis status, num is nimium abundet aut valde impurus sit, qualis dispositio viscerum & genitris nervoli constitutio, robusta an imbecillis fuerit, quæ omnia & singula judicio medici probe subacta in morbis tam cognoscendis & dijudicandis, quam sanandis egregium lumen afferunt, ad dijudicandam autem historiam ab alio consignata omnia requiruntur.

§. VIII.

Quæ veram utilitatem adferre debent medicorum observationes, eas morbi genus, ejusque genium, origines, progressum, & varias ad eorum generationem concurrentes causas accurate describere oportet.

Scholion.

Perspecta ægrotantis corporis natura, præcipua cura esse debet medici, ut morbi genus, genium & causas perscrutetur. Quisque enim morbus peculiarem & quasi propriam indolem, qua inedit, habet, dum non modo certos typos, tempora, periodos ac ordines in accessione & incremento servat, certis etiam modis & per certas vias atque excretiones solvit; sed & plane speciali ratione in turbandis & pervertendis motibus, & actionibus secundum natum, sive symptomatibus efficiendis, singuli procedunt, ex quibus omnibus probe collatis morbus recte cognoscitur, & ab a-

llis quoque distinguitur. Denique ex erratis in dicta & usu rerum, quibus quotidie ad corporis conservationem indigemus, commissis, primordia & morborum origines probe cognoscere juvat, quod certe ad præservationem a morbis amplissimum usum habet. Maxime omnium vero morborum causæ proximæ indagandæ erunt, quibus inventis curationem inventam esse constans & philosophorum & medicorum perpetuaque fuit sententia. Nam si quis, effato Hippocratis lib. de flatibus §. 3. causas corporis affecti probe cognoverit, is quoque potens est ea adferre, quæ corpori commondent, nimirum contraria.

§. IX.

Medicorum observations, quæ ad faciliorem & tuiores sanandi rationem facere debent, remediorum, quæ adhibita fuerunt, operationes contineant.

Scholion.

Ausim dicere ex illis rebus, quæ ad augendam medicinæ utilitatem & dignitatem faciunt, nihil aprius esse, quam si quis exquisite remediorum, quæ adhibentur, vires & operationes nosse allaboreret. Hæ enim multum pro diversitate corporum, naturalium, morborum, & temporum differunt. Gaudet enim & quodvis & maxime potens remedium peculiari agendi & operandi facultate, quæ medico utique exesse cognita esse debet. Is enim demum veri medici nomen tueri mihi videtur, qui ipse selecta preparare scit remedia, eorumque vires & in agendo proprietates in tot diversissimis casibus probe perspectas cognitasse habet. Ex quo consequitur, ut iis etiam post a recte & cum judicio uti possit. Quodvis enim medicamentum tam promptum est ad nocendum, quam ad juvandum pro eo nempe, ut quis illo utitur. Mirifice igitur Hippocrates medicamentorum facultates, quas habent, medicorum memorie commendat, cum ait in Lib. de decentiori natu §. 8. firma memoria teneto, medicamenta & simplices facultates & descriptas (intelligo per observationes) si modotales existant. Sint & in memoria tibi morborum curationes & harum modi, quotupliciter & quomodo in singulis se habeant. Hoc enim principium est in medicina, medium & finis.

§. X.

S. X.

Ad completam cujusque morbi histoziam adornandam sectio cadaverum morbis defunctorum maxime pertinet.

Scholion.

Non facile aptius ad morborum & mortis causas revelandas medium sectione, & inspectione solertia cadaverum, quæ iisdem morbis extincta sunt, invenitur. Quanquam enim non omnia, quæ in dissectionibus cadaveribus observantur, semper prime & proximæ morborum cause habenda sunt, sed sa pius effectus tantum causarum atque ipsius mortis nihilominus non raro accidit, ut hac ratione genuinæ insolitorum subinde morborum atque symptomatum causæ manifestentur. Noti mihi sunt plures casus, ubi tum in ipsis morbis, tum in eorum causis cognoscendis, non incelebres etiam medici valde hallucinati sunt, maxime alienas preferendo, cum postea facta sectione polyposæ in corde, vel vasis majoribus concretiones, abscessus melenterii, calculi in vesicula fellea vel vesica urinaria, rupta sanguinis vel lymphatica vasa, ingentes glandularum tumores, putrida viscera, uterus disruptus in conspectum venerontur, de quibus nihil plane antea cogitatum fuit. Quare dissectiones utique cadaverum frequentiores & solertia a medicis anatomis peritis majorem in modum commendandæ sunt, eo quod vera causarum morbi cognitione & prudens remediorum ad eas auferendas applicatio duo quasi poli sunt, circa quos tota praxis medica vertitur.

S. XI.

Ex medicorum plenioribus observatis complura eaque maxime utilia in perfectionem, & certitudinem artis nostræ redundant.

Scholion.

Neque enim alia via vel methodus suppetit, qua morbos a se invicem probe distinguere, eorumque causas, multum quoque dissidentes, cognoscere possumus, quam per multiplices, & recte institutas observationes. Ad prudentem etiam prognosin, sive ad judicium de morborum eventu formandum, quæ doctrina mirifice ornat & perficit medicum, ejusque existimationem auget, certior & melior, quam

per observationes, nulla via invenienda est. Quam infinitæ circa morborum prognosin regulæ in Hippocratis aliorumque veterum monumentis prostant, quæ tamen maxima ex parte fallaces sunt, tantum abest, ut pro universalibus sententiis, & aphorismis veris haberi possint. Idque accidit maxime ob eam rationem, quia non ex integris morborum historiis, sed ex eorum fragmentis tantum, & quibusdam, non omnibus, & singulis circumstantiis, determinatae sunt. Igitur, longe perfectior & hæc doctrina de prognosi speranda nobis erit, modo ex multiplici observatione & accuratori consideratione circumstantiarum prognosticas regulas demum elicere incipiamus. Neque dici satis potest, quam utilia corollaria in usum futurum, ratione methodi medendi, ratione applicationis remediorum, & in cognoscendo, quænam ex horum genere noceant vel proficiant, hauriri queant. Medico enim nunquam desistendum est ab observationibus, & experimentis, neque ullæ, licet etiam minoris momenti videantur, negligenda sunt. Ego certe non facile casum quendam medicum prætermitto, quia vix ullus incidit, ex quo non quippiam adhuc addiscere possim, cum ad minimum, quod jam inventum, & cognitum fuit, exinde confirmetur.

S. XII.

Observationes medicæ itemque historiæ morborum accurate conscriptæ, ad dissidentes medicorum hypotheses, opiniones & controversias etiam in praxi decidendas, aptissimæ sunt.

Scholion.

Si ulla, certe medica disciplina innumeris opinionum fragmentis, sectis & controversiis immersa est. Ex harum vero dissidentium opinionum labyrintho nosmet extricandi non ego meliorem novi modum, quam si earum applicationem ad medicas observationes, quæ genuinum ac immutabilem naturæ ordinem & processum in vita, sanitatis ac morborum negotio complectuntur, urgeamus; tum enim facile earum sterilitas apparebit, eo quod tam paucis phænomenis, & circumstantiis explicandi congruant aut sufficiant. Quot diversissimæ medicorum in praxi medicæ circa

circa remediorum valentium, & heroicorum usum e.g. venæ sectionis, fonticulorum, vesicatoriorum, purgantium, opiatorum, chinæ chinæ, salium volatilium, martialium, sunt sententiae? dum quidam in certis morbis sanandis illa in cœlum quasi efferunt, alii eadem in iisdem morbis penitus deprimit & damnant: & singulitatem, ut assertiones suas confirmant, ad experientia asylum confugiunt. Hic certe non proclivior emergendi ex hisce difficultatibus patet via, quam si observationes cum cura & diligentia conscriptas de illis morbis, in quibus damnum vel salutem hæc medicamenta attulerunt, consultamus: tunc facile apparebit, pro differenti circumstantiarum ratione in eodem morbo remedia hæc insignem opem vel etiam damnum attulisse, adeoque in se non esse nociva, sed in medicos culpam esse refundendam, qui iis non recte usi fuerunt.

§. XIII.

Alterum veræ pathologię, & therapię fundamentum est scientia corporis humani anatomica & mechanics, quæ in eo celebratur.

Scholion.

Corpus nostrum machina est, summo DEI artificio & sapientissimo ordine constructa, ut motus structuræ convenientes edat; quorum naturam & leges exquisite nosse oportet medicum. Hi enim sunt, qui vitam sive conservationem corporis nostri corruptibilis tuentur; hi sunt, qui omnes ejus actiones secundum ordinem & divinum præscriptum moderantur, id est, sanitatem præstant; hi quoque perversi vel destruci morbos, imo ipsum mortem efficiunt. Hæc motuum scientia ad prime utilis est medico, quia ex horum natura omnia ea, quæ circa corpus contingunt, atque tum in corpore morbo, tum in morborum historiis continentur, apte explicari debent. Et hoc est, quod medicorum recentiores urgent, omnia ex mechanicis rationibus deducenda ac derivanda esse, cum veteres dumtaxat materiæ variis qualitatibus & temperiebus inhæserint, omisso motu, qui tamen præcipuum est mechanics principium. Ex quo intelligitur,

quantum utilitatis in rem medicam exteriорi rerum mechanicarum & physicarum notitia, quæ etiam ipsam physiologiam corporis nostri comprehendit, proficit.

§. XIV.

Quicunque anatomes peritus est, & mechanicam corporis nostri bene calleat, iste utique aptissimus erit ad multas difficiles & alias astrusas res, quæ in nobis fiunt & contingunt, explicandas.

Scholion.

Facile damus & concedimus, mechanicam corporis humani longe superiorem esse illa, quæ ab arte humana proficitur. In quantum enim divina ars ab humana distat, in tantum etiam scientia ejus mechanices, quæ in animalibus reperitur, præcellentior est, quam illa, quæ in vulgo nota est. Opera itaque sedulo adhibenda est, ut in mechanismi, qui in œconomia corporis nostri observatur, rationes, modos & leges, quoad humani intellectus imbecillitas patitur, penetremus: plura enim adhuc sunt, quæ in nobis mechanice peraguntur, & captum nostrum longe exsuperant. Quis enim dubitabit, illas etiam actiones, quæ ab anima proficiuntur, mechanismo, utut subtiliori, cerebri in acceptis esse referendas: præsertim cum videamus, mores, cupiditates, virtutæ ac virtutes, prudentiam quoque & insaniam hominis a sanguinis conditione & mechanismo, qui per diætam, & medicamenta varie immutari potest, dependere, ut utrum explicatio, quomodo fiunt, adhuc paucum sit cognitum difficilior.

§. XV.

Cum res corporeæ, quibus continuo ad vitam & sanitatem tuendam & restituendam utimur, magnam potentiam habeant corpus immutandi, destruendi & morbos afflictiones inferendi: tantarum mutationum causas inquirere solius physici & mechanici est.

Scholion.

Quam insignis utilitatis in explicandis rebus medicis sit veritatum physicarum studium, liquido ex dictis constat, id quod etiam jam olim optimi & antiquissimi medicorum, in quibus merito habendus est

Hippocrates, agnoverunt. Testes sunt eius libri physici, quos de humana natura, de corde, de locis in homine, de flatibus, de diætis, aeris, aquarum & locorum natura nobis reliquit, quibus maxime adstruere contendit, ex diæta, & aere non tantum variis generis nasci morbos, sed & mentem humanam inde sapientiorem aut stolidorem reddi. Quo magis mirandum est, dari hodieque quosdam, qui veræ physices studium in rebus medicis parum utilitatis habere adfirmant, ducti potissimum hac ratione, quod ex animi affectionibus, & impressionibus perversis varias morbosas motiones nasci videant. Id quod uti non negamus, ita tamen nobis comprehendere non licet, quare omnes motus & actiones animæ principio adscribi debeant. Ecquis enim est, qui causarum morbificarum, medicamentorum vel venenorum operationes plane peculiares & diversas, quas singula edunt, inde explicare conetur?

§. XVI.

Cum duo sint vere & rationalis pathologiae fundamenta; nimurum observatio sedula, & scientia mechanics naturalis; sponte & per se fluit, veteres, & qui hisce fundamentis caruerunt, nihil solidi in arte nostra tradidisse.

Scholion.

Evidem veterum soleritiam in eo dilaudandam esse censeo, quod plura, quæ ad morborum indolem, genium, progressum & eventum pertinent, annotaverint. Quia tamen corporis humani plena, & exacta structura, quæ anatome indagatur, neque minus solida mechanics & rerum naturalium scientia caruerunt; præterea observationes paucas, breves & minus completas nobis exhibent: non mirum est, eos pro veris causis sterilia maxima ex parte nomina venditasse, verasque virtutem, mortis & morborum causas & medendi etiam rationes aptas ignorasse. Quare ex eorum scriptis tantum ea, quæ ad historiam morborum pertinent, depromi & hauriri posunt. Nam morbi semper & constanter, utinunc, ita etiam olim, suam peculiarem habent naturam, & ordinem servant immutabilem, adeoque & veterum observationes, modo plurimas haberemus, ean-

dem utilitatem habent, quam recentiores;

§. XVII.

Nostrum seculum quanquam præstantissimis in re anatomica, physica, botanica, chymica & mechanica inventis splendescit, mirandum tamen est, quare in vera pathologia adstruenda tam exiguis progressus adhuc factus fuerit.

Scholion.

Hujus rei multæ dari possunt causæ, quarum una est, quod plures ex recentioribus tam negligentes sint in observationibus practicis accuratioribus adornandis: altera est, quod inventa illa præstantissima physica ad historias morborum & observations vel plane non, vel non satis recte adplicant & referant. Ut sanguinis tantummodo circulum attingam, quis divino plane illo invento ad pathologiam & therapiam scientificè tractandam satis recte usus fuit? videoas enim quotidie repeti falsas conclusiones ex diu repudiatis veterum principiis pullulantes, sed sanguinis circuito direcťe contrarias. Tertia ratio & potissima est, quod plures fictis principiis, & hypothesibus nimium in doctrinis suis inhaerent, & a novis condendis, iisque antiquitatis consensu subinde incrustandis non desistant. Pauci medicorum, ut in aliis etiam disciplinis, suo sensu & judicio utuntur & uti sciunt, sed aliorum, quos fallere & falli non putant, potius dogmata servili animo sequuntur & adorant, iisque tanquam ad faxum adhærent, & quod maximum est, has opiniones suas obtorto quasi collo ad morborum historias, plerumque non sufficientes & recte instructas, detorquent. Atque hæc potissimum sunt illa impedimenta, quæ progressum artis nostræ huc usque valderetardarunt.

C A P U T II.

De hypothesium medicarum in arte nostra damno.

§. I.

Veritatibus & certitudini in medicina nihil magis contrariatur, quam hypothesis, opinionum & sectarum copia.

Scho.

Scholion.

Multum veritates & fictiones, quæ secundæ variarum opinionum & hypotheseum genitrices sunt, inter se differunt. Nam veritas est una, simplex & succincta atque intellectu facilis; opiniones vero sunt variae & multiplices multumque dissidentes, & captu saepe difficiles, incertæ, dubiæ, quæ cum veritate, quæ una est, consistere nequeunt. Deinde veritas est intellectus puri, sinceri siboles: opiniones vero & hypotheses ex imaginationis efficiacia profluunt; tandem omnes veritates sunt frugiferæ ad explicationem, demonstrationem & inventionem aliarum rerum incognitarum utilissimæ, opiniones vero magis errorum & gravium dissidiorum matres existunt.

§. II.

Hypotheses sunt principia quædam ficta, quæ nonnullis phænomenis explicandis intervint, minime vero cum omnibus quadrant atque convenient.

Scholion.

Si non ficta, sed vera principia essent hypotheses, omnibus quadrarent phænomenis explicandis, & nulli errores vel perveræ explications inde proficerent. Ceterum non in totum omnes damnamus hypotheses, quia plerumque quasdam veritates continent, ut non sint universales.

§. III.

Illa ars, quæ sanitatem & longam vitam mortalibus promittit, dolores ac morbos propulsat & ob præstantissimum usum plane divina est, merito ab omnibus incertis opinionibus, fictionibus & hypotheses libera & immunis esse debet.

Scholion.

Pudet & piget dicere, sed tamen verissimum est, infinitas fere esse inter medicos dissensiones, quæ non tantum in eorum scriptis, sed maxime, ubi ad lectum ægrotantium concurrunt, animo advertuntur, cum rarissime inter eos de morbi, quo quis laborat, genere, causis, multo minus de medendi methodo & remedii præscribendis conveniat, ut potius subinde sibi adversentur. Quid frequentius evenit, quam quod unus alterum erroris & damni illati in curatione arguat atque criminetur,

quæ omnia ex eo proveniunt, quod non illorum judicia & facta firmis nervis, demonstrationibus & veritatibus vitantur, sed ex variis ingenii commentis & hasibus errantis phantasæ proveniunt. Neque enim facile discordia in disciplinis, ubi veritates manifestæ sunt & regnant, ut sunt mathematicæ, reperiuntur, sed in iis, ubi veritas nondum inventa & opinionum est multitudo atque varietas, apparent. Ea est natura veritatum, ut, quia ex intellectu puro profluunt, alterius etiam mentem convincant, & quasi ad adsensum pertrahant; opiniones vero, quia potentia fictricis factus sunt, in mente humana nonnisi dubia pariunt & relinquunt, atque ab iis, quibus major vis imaginativa, quam judicij est, facile arripiuntur, & pro verissimis habentur. Variæ itaque hypotheses in medicina non modo discordiam inter medicos, sed maxime ægrotantibus perniciem adferunt, & artis nostræ dignitati multum detrahunt, ita ut etiam apud vulgus male audiat; quod suo tempore jam indicavit Hippocrates, dum Libro de viatu acutorum §. 4. ait: calumniam incurrit tota ars apud vulgus adeo magnam, ut neque omnino medicinam esse putent. Nam in acutis morbis in tantum inter se differunt artifices, ut quæ alter exhibet, optima esse putans, ea alter jam mala existimet: & fere ob id artem vaticinationi similem esse dixerint. Igitur vehementer optandum & laborandum est, ut salutifera nostra ars tandem a perniciosis hypotheses purgetur, ita futurum speramus, ut graves illæ contradictiones, contentiones, odia, similitates, quæ inter medicos hodienum vigent, finem tandem habeant in maximum ægrotantium commodum atque salutem.

§. IV.

Hypotheses medicorum optime in tria genera dispisci posse videntur, quorum primum ad eam causam sive principium pertinet, quod omnes in universo corpore actiones efficiat, moderetur ac dirigat: alterum ad morborum causas spectat; tertium in differenti medendi morbis methodo & remediorum facultatibus positum est.

Scholion.

Ipsas hypotheses medicorum non unius ejusdemque esse notæ, sed alias aliis esse præstantiores, vel ex eo colligitur, quod medicorum opiniones sæpius versentur circa eas res, quæ plane nec sensu nec intellectu comprehendendi possunt, & quorum existentia prorsus non concipi potest. Quædam vero opiniones utique & sensu & intellectui non adversantur, sed iis, quibus adhibentur, explicandis vel deducendis minus sufficiunt.

§. V.

Pejoris notæ hypotheses fovent illi, qui nonnisi mera nomina pro causis universalibus vitæ, sanitatis, morborum, sanationis & omnium, quæ sunt in corpore, constituant, eo quod nec ullum in theoria vel praxi habeant usum.

Scholion.

Hicce merito sunt annumerandi veteres, quibus structura corporis nostri, & ex ea provenientes motus penitus fuerunt incogniti, & quos porro corporum vires & potestates, ex mutua eorum reactione potissimum resultantes, latuerunt: hinc neque vitæ, nec sanitatis, aut morborum causas veras intellexerunt, sed pro hisce ipsis mera nomina nihil significantia in medio posuerunt, cuius generis sunt innatum calidum, humidum radicale, spiritus insitus & influus, natura sapiens, anima confili, rationis & intentionis particeps, principium agens, quod sensu & motu interiori gaudet, neque ab aliis externis motum accipiat, principium omnia movens ac dirigens & sapienter administrans, spiritus vitalis certis facultatibus instructus. Quorsum etiam spectant recentiorum non nullorum commenta, uti Helmontii archaeus, duoumiratus & occultum vitæ regimen, anima sensitiva in ventriculi orificio sinistro, flammula vitalis, phosphorus cordis & cerebri: quæ perveræ medicinae principia ex male intellecta in physicis doctrina de corporum natura, proprietatibus & motu, cum illa pure passiva, omnis actionis & motionis experientia habeantur, profluxerunt. Deinde, motus, certa proportione, ordine, tempore ad certos etiam fines collineantes & contingentes in

corpore humano, qui sapientissimæ structuræ & actioni solidorum in fluida, & fluidorum in solida in acceptis ferendi erant, interiori cuidam cum ratione agenti principio adscribabant, cuius tamen existentiam nec ullo solido, quod non infirmari possit, argumento adstruere possunt. At vero nunquam, quod instar regulæ tenendum est, ad causas plane abstrusæ cognitionis & non intelligibiles perveniendum est, si explicaciones manifestæ per causas plane perspicuas adfuerint. Quas quidem si non statim sensu & ratione comprehendimus, præstat saltem agnoscere effectus, & de causis, quæ nos latent, tacere, quam talia adducere, que nec concipi, nec explicari, nec applicari rebus medicis ullo modo possunt, & omni usus destituantur.

§. VI.

Ad inanes quoque & valde noxias hypotheses referenda est illa doctrina, qua omnium morborum causas vel ex quatuor humorum intemperie, ut Galenus & ejus asseclæ, Galenici, vel ex acido, viscido & bili, ut Sylvius, vel ex acido & viscido, ut Bonet Koe, vel ex potentiss multiplicitibus salinis, fermentis morbificis, ut plures ex recentioribus, deducere in systematis suis allaborarunt.

Scholion.

Utut omnibus hisce causis magna insit potentia motus secundum naturam perversi; minus tamen sufficiunt ad omnes causarum morbificarum classes constitutas. Veras enim & proximas, quæ morbos efficiunt, & quæ in motuum turbato ordine consistunt, non attingunt, neque cur certis atatibus proprii sint morbi, aut quare vehementes animi turbationes aut venena in perfecte sanis etiam corporibus gravissimas afflictiones celerime inferant, ex hisce explicari potest.

§. VII.

Neque eorum hypotheses, qui omnes morbos ex salina, acri, vel scorbutica humorum intemperie aut dyscrasia deductos volunt, examen sustinent.

Scholion.

Ute magna est salium, uti videmus in causticis, potentia in corporis nostri soli-

Tolidas partes , eas lacinando , irritando , corrodendo : sed tamen longe adhuc aliae causæ sunt , quæ morbos & dispositionem ad eos inferunt . Ecquis enim est , qui apte ex iis morbos ex humorum & sanguinis redundantia eorumque circa viscera stagnatione provenientes explicare conabitur ; multo minus hæreditiorum morborum , & qui certis ætatibus proprii , quorum ingens est numerus & vehementia , origines & causæ exinde repeti potuerunt : item , quare ii , qui intemperantissime vivunt , non statim ægrotent .

§. VIII.

Neque ex sola sanguinis & humorum nimia redundantia eorumque excretionibus suppressis omnium affectuum causæ apte deduci possunt .

Scholion .

Eam abundantiam sanguinis , quæ liberæ ejus circulationi obicem ponit , multarum earumque chronicarum maxime passionum primam subinde & præcipuam originem præbere , omni caret dubio . Testes sunt solennes illæ mensium in fœminis & hæmorrhoidum in viris impeditæ , suppressæ vel repente cohibitæ excretiones . Sed tamen hoc principio universaliter posito , quomodo vel unde eos , qui a sanguinis defectu oriuntur , atque ea corpora , quæ a morbo acuto vel chronicò jam convaleverunt , vel nimias hæmorrhagias passa sunt , & valde infirmos infestant , deducere velint morbos , ego quidem fatis non perspicio . Atque etiam morbos epidemice gravantes , quorum ingens numerus est , & qui aeris vitio ejusque subita mutationi ac tempestatum præternaturali constitutioni debentur , ex hac hypothesi derivare longe erit difficillimum . Sunt etiam præter sanguinis consuetas excretiones suppressas aliæ , quæ per alvum , per insensibilem transpirationem , per expectorationem fiunt , ejusdem indolis , ut graves ad morbos progignendos causas subministrent . Plethora quidem , & hujus effectus , stagnatio , cœconomia corporis nostri infensissima primam subinde originem chronicis maxime morbis præbent , atque ad hos avertendos plethoræ solutio mirum quantum vallet ; sed tamen , quia ex plethora fiunt

stagnationes , stases , infarctus , obstruções , indurations , corruptiones atque exulcerationes viscerum , unde cachexia , hydropis species , lenta & hectica febres oriuntur , ubi hæc jam acciderunt , non amplius ad primam causam , sed potius ad effectus , qui eam sequuntur , in curando respiciendum erit .

§. IX.

Neque illa doctrina in universum valet & firma est , qua statuitur vitam & conservationem corporis nostri corruptibilis a solis excretionibus recte peractis ducendam esse .

Scholion .

Sine excretionibus nec sanitatem , nec vitam diu consistere posse tam certum est , ut nihil indigeat probatione . Hæc tamen non omne punctum ad vitam & sanitatem tuendam absolvunt , nisi enim in eorum locum , quæ quotidie excernuntur , novi , iisque idonei & benigni succi ex ingestis succederent , actum certe mox etiam esset de nostra vita & sanitate . Quare medicus in sanitatis negotio conservando tum ad excretiones , tum ad ea , quæ ingeruntur , congrua vel incongrua , non modo respicere , sed & morborum originem inde repetere debet .

§. X.

Minime quoque in eorum opiniones salva veritate descendere possumus , qui adserunt , morborum causas materiales esse dumtaxat occasioales , & naturam prudentem morbos in bonum finem , ut eas corpore ejiciat , instituere .

Scholion .

Ut ejusmodi agens corporis nostri medullis inhæreret , quod ex longinquo & morali quadam assimilatione pernicioſas causas pvideret , & ad eas ejiciendas variis motibus secretoriis , resolutoriis , excretoriis se semper armaret , optandum certe foret . Qua vero ratione cum tam sapiente agente concilianda sint ea phœnomena , quod videlicet ad leves causas v. g. flatum in ventriculo vel intestino incarceracionem , vermes nervosas partes lacinantes , nervi punctionem ab sculeo vespe , vel instrumento acuto , aut cuspides arsenici ventriculi tunicis inhærentes vehementil-

simos

Simos motus, qui vitam quoque destruant, excitet, ego quidem non video. Multo minus ad sapientiam referendum esse puto, quod ad causas febrium corpore eliminandas tantas spasticas stricturas in excretoriis & extremis partibus excitat, quibus sanguinis motus non invertitur tantum, sed versus interiora vergit, quæ omnia remorantur expulsionem, præfertim cum longe commodior & tutior modus esset emunctoria referandi, & cordis atque arteriarum motus ad propulsionem intendendi, & excitandi. Neque ego video, cur tantum occasioales morborum causas statuere velimus, cum ex satis potentes in se & sua natura sint ad motus, qui sunt in machina nostra, ordinatos turbandum, pertundum, destruendum. Id quod in excessivo aeris calore, frigore, humiditate, alimentis valde potentibus, & omnis generis venenis satis cognitu planum atque perspicuum sit. Quis ipsis rebus nocentem potentiam, quam non nisi motu exercere possunt turbativo & destructorio, denegare ausit?

§. XI.

Ad hypotheses quoque referendum esse puto, quod natura sive anima rationis, consilii, intentionis & scientiae interioris particeps, medicinæ & omnium motuum, qui vitam tuerunt, & morbos curant, principium constituantur.

Scholion.

Quemadmodum enim sine anima intelligente non modo in macrocosmo, sed & in vegetabilibus & animalibus ordinatisissimi ad certum finem directi sunt motus, ita cur corpori nostro perfectissime constructo hos motus, ex potentia materiæ minus passiæ sed actiæ fluentes, denegare velimus, nulla verisimilis adest causa. Non solam esse machinam corpus nostrum, sed ei altioris indolis principium junctum esse, quod influxum & potentiam in certos partium motus exferat, nec ullus negare poterit, qui considerat, ad solum arbitrium moveri artus, ad perversas cogitationes, & fluidorum & solidorum motum turbari; sed inde tamen minime eliciendum erit, omnes motus, qui conspi ciuntur in corpore humano inde depen-

dere eo, quod anima, licet vehementissime velit, nec motum cordis & arteriarum aut motum peristalticum ductuum impediens vel intendere possit. Equis præterea non novit, & mentis sapientiam ejusque inclinationes & mores a solidorum & fluidorum motu, quem miris modis res corporeæ immutant, multum dependere? Quare mentis commercium mutuum cum corpore omnino statuendum est, quia hujus ratione habita pluribus difficultatibus enodandis & phœnomenorum rationibus explicandis sufficere possumus.

§. XII.

Tertium genus hypothesis ad remediorum vires & curandi modum pertinet & inter has primum locum ea tenet communis fere opinio, qua medicina quædam universalis statuitur.

Scholion.

Fuerunt complures & adhuc sunt inscripti ex chymicorum choro, qui medicinam omnium morborum curationi accommodatam venditant, quam potissimum ex auro præparandam esse adfirmant quod peculiariter principium corporis nostri movens roboret atque confortet. Si effectus pollicitationibus responderet, etiam si rationes solidæ (quæ ignorari possent) non adferrentur, haud inutilis utique foret eorum labor. Quia vero illi deficiunt, iis, qui vires remediorum a viribus naturæ probe intertingere callent, non immerrito de ejusmodi medicina plane dubitandum est. Ego quidem semper hac insentientia fui, ejusmodi medicinas universales venditatas plane esse innocentes, & validis ad agendum viribus carere, atque hac ratione in quocumque morbo sine damno porrigi posse. Nuspianum enim memini tale remedium in universa rerum natura mihi occurrere, quod, si potens sit in agendo, non etiam noceat, si perverse quis utatur. Deinde ut omnes rerum corporearum vires non sunt absolute, sed semper conditionales & relativæ: ita etiam de viribus remediorum statuendum esse existimo, quorum effectus tantummodo ad certos respectus se extendit, secundum quos variant etiam illorum vires, id est, nocere vel prodesse possunt. Præte-

reas si quis consideret, motus, qui proxime morbos efficiunt, non unius ejusdemque esse generis; eosdemque in quibusdam valde auctos & intensos, in aliis nimis remissos, & deficientes, in ceteris inaequales, inversos, ab externis partibus ad interiora vergentes deprehendi: non difficile erit judicare, ab uno remedio hos motus praeter naturales, tam multis modis inversos, in ordinem restituvi non posse. Illud vero maximum est, quod tantæ causarum, quæ motus inordinatos efficiunt, multitudini, quæ mox quantitate, mox defectu, aut differenti temperie vel summa activitate delinquent, unum remedium sufficere neutram possit.

§. XIII.

Idem judicium esto de remediiis in certis morbis specificis, quorum nomine plura habentur & venditantur.

Scholion.

Perversa admodum opinio est, dari medicamenta certis morbis sanandis specifice accommodata, quæ vel sola eos tollant, vel minimum cum fructu adiplicari possint. Ita vulgus sentit, ita sibi plurimi medicorum persuadent; quare si semel vel iterum faustum a medicamento laudato in curatione morbi effectum obseruent, statim si similis morbus incidit, ad idem prescribendum parati sunt: sed saepius oppido infelicis successu. Ita cortex chinæ specificum antifebrile, mercuriale medicamentum adversus luem Gallicam, lac antiphthisicum atque antipodagricum, martialis, item acidula contra malum hypochondriacum, lumbrici terrestres antiepilepticum, acmella & pareira brava antinephriticum, sanguis asinus antianiacum habentur, maximique estimantur, quibus eximiiam, quam ferre possunt, dictis in morbis non detrahimus, si recte quis iis utatur, laudem: sed id saltem urgemos, non indistincte, nullo habitu individuorum vel causarum respectu, esse adhibenda talia, multo minus hæc sola dictis morbis curandis sufficere. Interea tamen nullus modus vel finis est conquirendi & aucupandi arcana & adversus morbos specifica, cum tamen nulla in rerum natura dentur vel existant, sed arcana medicorum in scientia, &

Tom. II.

prudentia queri; & inveniri debeat.

§. XIV.

Dariunam eandemque morbis ejusdem generis medendi methodum præconcepta quoque opinio est.

Scholion.

Illi medici, qui in curando morbo v.g. quartana, colica, mensium suppressione, epilepsia chronica, asthmate eadem methodo, qua antea feliciter usi fuerunt, incedere semper solent, mirum quantum falluntur; quandoquidem ejusdem morbi diversæ existunt causæ, & subjectorum, quæ morbo adfliguntur, natura longe multumque differt. Quia vero is rectam medendi viam sequitur, qui inter causam morbi & remediorum vires proportionem invenire, &, quæ in vitio est, materiam corrigere, & debito tempore excernere novit: palam est non eodem modo & ratione id præstari posse. Quare prudenter *Celsus lib.3.cap.2.* monet, non omnibus ægris eadem auxilia convenire, & *Sydenhamius in praxi sua* testatur, eandem methodum, qua quis olim feliciter in tollendis v.g. febribus epidemicis usus est, alio tempore nocere, & ægotantes e medio tollere. Quisque enim morbus & quodvis individuum peculiarem medendi & tractandi rationem desiderat; hinc morbi eorumque historiae probe prius sunt indagandæ ac ponderandæ, ut ex omnium circumstantiarum ratione medicus solido iudicio instrutus methodum seu viam tractandi inveniat. Specialissima enim medendi methodus nonnisi in iudicio medici versatur, & quo quis attentior & acutior in iudicando est, eo melior medicus haberi debet.

§. XV.

Autocratis naturæ non nimis in medendo est extendenda.

Scholion.

Naturas morborum esse medicatrices, non modo ab *Hippocrate sapienter dictum*, sed & ab omnibus *Gracis* medicis semper repetitum est. Quid per naturam hic indigitaverint, non satis est perspicuum, ut pote diversissima hujus nominis significatio in veterum monumentis reperitur. Id vero in facto verissimum est, quod multi ægotantes a morbis maxime acutis convale-

scant sine accidente medici arte. Hæc consideratio quosdam induxit, ut principium corpori nostro inexistere putarent, quod sciat, quomodo, quo tempore & in quantum, per quas vias etiam agere, movere & morbi causam expellere debeat, quam viam & methodum sequi, imitari, & rectos conatus adjuvare debere medicum statuerunt. Utut vero negandum non sit, motus in corpore nostro, a quacunque etiam causa proveniant, sive materiali sive immateriali, saepius proportionem, ordinem & tempus servare, si a causa morbifica excitati fuerunt, & eo etiam collineare, ut ipsam caulam, a qua proficiscuntur, e corpore auferant; attamen non id seper continet, sed multi morbi & motus morbos, non certe salubres, sed plane perniciosi dicendi sunt, quos, quam primum fieri potest, sedare debet medicus; quemadmodum id maxime conspicitur in illis motibus ac excretionibus, quæ a materia acri, caustica, vel laesione nervosarum partium a vermis, a calculo, a stagnatione sanguinis in cerebro, a virulento morborum miasmate vel veneno adsumto excitantur. Deinceps in tollendis affectionibus chronicis, ut videmus in malo hypochondriaco, hysterico, omnes illi spastici motus inanessunt, nec tollenda cause quicquam inserviunt, sed maximam potius perniciem adferunt. Sunt etiam plures ex chronicis, in quibus natura parum vel nihil per se juvat; sed arte adjuta id maxima ex parte præstat, ut videmus in morbo Gallico, in affectu scorbutico, cachectico. Succumbit quoque penitus natura adsumto veneno narcoticó vel caustico, nisi remedia artis accedant: idein fit in cholericō affectu, inque passione iliaca ex hernia, colica sic dicta convulsiva, atque epilepsia chronica. Est itaque autocratia naturæ recte prius explicanda, & postea ad negotium præeos applicanda.

S. XVI.

Ex falsis medicorum hypothesibus ac praconcepitis opinionibus pathologicis plures inque perniciosi admodum errores in praxim medicam redundant.

Scholion.

Possem id adfertum innumeris confirmare exemplis, si instituti ratio maxime ex-

po sceret; per pauca tamen attigisse sufficerit. Plures adhuc sunt medici, qui sumum illud veng sectionis remedium in plebis morbis reformidant, vel plane non admittere volunt, ex prava hypothesi huic adducti, quia sanguinem optimum esse vitæ thesaurum, nec abundantia eum peccare posse credunt. Quidam emeticorum usum vel penitus e foro medico eliminate student, quia secundum eorum hypothesin plurimi morbi, tam acuti, quam chronici, ex plethora vel sanguinis excretionibus consuetis suppressis oriuntur, cum ad hunc scopum nihil efficere queant vomitoria. Nonnulli in morbis chronicis, quos ab exsuperante acido & viscidio omnes deducere amant, nihil nisi talia remedia, quæ acidum absorbeant & contemperant, uti sunt martialia, alcalina terrea, prescribenda esse autemant. Cortex chioz præstantissimum & fere infallibile in intermittentibus antipyreticon creditur, non alia de causa, quam quia secundum eorum opinionem fermentum febrile prima in regione oberrans immutare & corrigere creditur. Opiata & omnia sapientia, immo ipsa castorina & vaporosa, nonnullis ob id exitiosa sunt visa, quia ad plethora solutionem & sanguinis excretiones juvandas adeo nihil faciunt, ut potius eas impediunt. Quidam ex recentioribus etiam venæctionis usum in febribus, tam acutis, quam intermittentibus, damnant, eo ducti hac hypothesi, quod natura in febribus non excretioni, sed consumptioni abundantis sanguinis intenta sit. Quicunque vero acidum in morbis peccans rarius vel plane non admittunt, ii remedia alcalina, lixiviosa, salia volatilia rarius propinanda esse arbitrantur.

§. XVII.

Ex tot tamque vexatis & dubiis opinib; atque hypothesib; quæ salutari nostræ arti plus exitii, quam utilitatis adferunt, ut medicus emergat, omni modo annitur.

Scholion.

Uti omnis sectaria doctrina, utpote à veritatis simplicitate aliena, maxime vitanda est: ita multo magis id fieri debet in disciplina medica, quia variae opiniones,

fœcundæ errorum genitrices, non ut in aliis disciplinis, tantummodo in mente subsistunt, sed ad artem, quæ morbos sanare & mortem propulsare debet, transseunt, ubi in magnam subinde cedunt perniciem.

§. XIX.

Non propior aut certior ex tanta opinione difficultate & multitudine, quæ permittit artem nostram, emergendi via inventur, quam de omnibus prudenter dubitare, neque totum se illis mancipare, sed omnia dogmata ad observationes practicas tanquam ad lydium lapidem examinare ac dispicere, num usum in iis resolvendis & in praxi habeant. Deinde, cum medicina sit summa philosophia, medicus nihil in ejus doctrina, nisi quod clarissime cognitum ac demonstratum fuit, admittere, & singulares veritates in ordinem, rationem, connexionem contrahere, & ex jam notis ignotas detegere debet.

Scholion.

Optandum vehementer foret, ut in academiis, ubi prima veritatum fundamenta ponni debent, non nisi optimis præceptis, & pura, nullisque opinionibus vel erroribus contaminata doctrina animi tironum imbuenterent, quia, teste Quintiliano, ea, quæ rudibus annis didicimus, pertinacissime hærent, neque facile ex memoria excidunt; sed hoc rarius evenire testatur experientia, quia plures ex iis, qui artem profitentur, sibi dedecori ducunt, ab iis, quæ olim parum considerate foverunt, sentent iis redire, easque vel emendare vel prorsus rejecere. Mihi semper hic mos fuit, quem perpetuo etiam aliis commendare soleo, in nullius verba magistris jurare, sed de omnibus prudenter dubitare, aliorumque dogmata expendere, eaque ad observationes practicas tanquam ad cynosuram, quem usum habeant, examinare, meliora retinere, ea que postea in certum nexus & ordinem redigere. In quo labore omnes eruditos, qui veritates utilissimas, quæ divinitudinæ quid habent, amant, vitam suam transfigere & consensuere debere ego quidem extremissimo. Denique omnibus, qui præcepta artis nostræ aliis tradere volunt, hujus rei exercitationem commendare soleo. Certeissimum enim est, cum qui sola lectione aut

auditu artem medendi comprehendit, non posse aliter eam tradere, quam aliena dicta aut scripta sequendo aut illa referendo instar convallium echus, quæ alienas dunt taxat voces aut sonitus refert. Sapienter Hippocrates lib. de Præceptionibus num; 10. inanem futuram ejus exspectationem adserit, qui in multifida dogmatum hujuscce discipline sectione citra exercitationis constantiam veri rectique cognitionem habere sperat.

C A P U T III.

De veritatibus pathologie fundamentalibus ex physiologia repetendis.

§. I.

SIc ut omnis scientia & demonstratio veritates quasdam jam notas, & cognitas ceu principia, ex quibus aliæ incognitæ convenienti ordine, ratione & nexu deteguntur, supponit, ita etiam in doctrina de morbis scientificæ tractanda certæ, & jam demonstratae veritates ceu principia & postulata supponenda sunt.

Scholion.

Veritates, quæ demonstrationibus in pathologia serviant, maxima parte ex scientia corporis humani sive physiologia depromendæ sunt. Sicut enim rectum est norma obliqui: ita status corporis vivi & sani turbati & perversi sive morboi index erit.

§. II.

Vera vitæ definitio, quod ea sit sanguinis & humorum in circulum abiens motus, a solidorum contractione, & relaxatione proficiens, quo corpus a presentanea corruptione vindicatur, est ex primis & præcipuis veritatibus, quæ pathologicæ solidæ stabilendi substernenda est.

Scholion.

Uti in mathematicis & philosophicis veræ rerum definitiones sunt optima demonstrandi principia: ita, quæ naturam, generationem & ipsam formalem vitæ & efficientem causam complextit, permultum nobis in demonstrationibus pathologicis serviet; cum primum & præcipuum medici munus sit, vitam tueri, & tristissimam mortem

propulsare: quonam vero modo cum ratione id præstare velit, si causæ, quæ vitam efficiunt, fuerint incognitæ, ego quidem non satls comprehendeo.

§. III.

Genuina sanitatis definitio, quod sit integritas actionum, quæ ab æquabili & libera solidorum contractione & relaxatione sanguinisque circulari motu, quem iusto ordine secretiones, & excretiones sequuntur, provenit, in præcipuis pathologiæ fundamentis est.

Schelion.

Plena & exquisita motuum naturæ, qui certo ordine & legibus constant & sanitati patrocinantur, notitia ad motuum, qui morbos efficiunt, cognitionem scitu admodum est necessaria. Liber sanguinis circulus is est, qui sine ullo impedimento per tubulos apertos ab interioribus versus exteriora fertur; æquabilis vero is dicitur, qui nec nimis celer aut tardus est, sed qui justam in gradu, successu, ordine & tempore servat proportionem. Hi motus ejusmodi sunt indolis, ut omnes functiones, vitales nempe, naturales & animales secundum naturæ leges & ordinem administrent.

§. IV.

Motus, qui in cœconomia corporis nostri celebrantur, duplices sunt generis: vel enim ad solidas, vel ad fluidas partes pertinent.

§. V.

Qui in solidis peraguntur, simplicissime sunt indolis; nam tantum contractione, & relaxatione reciproca, quas Græci systoles & diaystoles nomine efferunt, continentur: qui duo motus omnem fluidorum impulsu[m], progressionem, circumulum, secretiones & excretiones efficiunt.

§. VI.

Hæc duæ simplices motuum species mirabilium in corpore humano effectuum unice sunt causæ: ratione partium vero quodammodo inter se differunt, & propria etiam nomina obtinent. In corde & arteriis pulsus efficiunt, in ventriculo, intestinis & omnis generis ductibus excretoriis v.g. biliaris, urinosis motum peristalticum

exhibent, in fibris motricibus tonum, rubur, resistentiam & potentiam elasticam exerunt, in nervosis undulatorium quendam motum producunt.

§. VII.

Fluidorum motus identidem duplices sunt generis: vel enim sunt progressivi, dum e loco in locum feruntur, vel intestini, ubi partes fluidorum continuo situm suum mutant, & motu vorticoso agitantur: & hi sunt illi, qui calorem & fluiditatem efficiunt.

§. VIII.

Ex progressivis primus, & princeps, a quo reliqui & intestini dependent, est sanguinis circulus.

Schelion.

Motus secretorii, quibus utiles succi a sanguinis massa in usum fecernuntur, & excretorii, quorum ope superflui & perniciosi foras ejiciuntur, maxime sanguinis sequuntur circularem motum, adeo, ut quo citior & liberius sanguinis ad organa fecretoria & excretoria fit adpulsus, hoc copiosiores & celestiores secretiones & excretiones fiant; contrarium accidit, si contrario modo res fœse habeat. Duæ quoque sunt motuum intestinorum species, quæ a sanguinis progressivo motu reguntur. Primus est, qui calorem efficit, alter, qui fluiditatem humoribus conciliat, & intime solidas partes cum liquidis miscet: nam a fortiori & continua cordis & arteriarum contractione sanguis premitur ad latera arteriarum, ejusque partes sulphureæ, intestina & attritiva agitatione incandescentes universo corpori calorem fenerant. Ab eadem solidorum contractione & interiori partium agitatione fit, ut solidæ sanguinis partes cum fluidis intime miscentur, quo eo melius minutissimas vasorum angustias pertransire possint. Sunt præterea duo intestini humorum motus, qui vero a sanguinis motu progressivo non pendent, sed potius quadam quiete sive lentiori sanguinis cursu producantur. Atque hi sunt motus fermentacionis & transmutationis: ille maxime in primis viis conspicitur, & alimentorum texturam resolvendo spiritus ascentiā vel etiā aescientiam relinquit; hic vero, cuius beneficio

ficio unus humor alterius figuram, dispositionem pororum & partium facile inducit, transmutatorius nobis vocatur, qui chyli transmutationem in sanguinem, seri sulphurei in bilem, chyli in lac adjuvat, inque statu morbo, dum bonus humor in naturam perniciosi stagnantis transit, sœpius occurrit. Nam uti in panificiis parum fermenti ingentem farinæ massam in sui similem naturam convertit, & parum aceti, vino adfusum, id acidum reddit: ita etiam humores corporis nostri, præsertim cum moram quandam trahunt, vi quadam transmutatoria prædicti sunt.

§. IX.

Cor & arteriæ omnis generis solida movent & actuant fluida, eorumque cursum gubernant; cum autem motum suum non a se suaque natura habeant, necesse est, ut motuum, qui in illis vigent, causæ quædam existant.

Scholion.

Veteres omnium, qui in animantibus conspiciuntur, motuum causam ab anima, quæ interiori motu gaudeat, & primum movens sit, deducebant, sed quia sub hoc nomine nulla res concipi, neque cuius naturæ sit, intelligi potest, utique causa hæc allegata principii, ut Logici loquuntur, petitionem involvit. Etenim ex eo, quod ad certas cogitationes, impressiones vel nostrum arbitrium motus quidam in partibus solidis, fiant, minime sequitur, ut omnes motus, qui vitam maxime & sanitatem sustinent, inde derivari debeant. Solidior enim physicæ, & medicæ doctrinæ peritis Viris non amplius ignotum est, vel esse debet, omnia corpora vim activam motricem sibi insitam habere, eorumque unum in alterum agere, & diversos effectus producere: adeoque ineptissimam illam veterum esse sententiam, qui statuerunt, corpora omnia esse passivæ indolis, quæ ab alio agente & anima essent actuanda, a corporis natura distinctissima.

§. X.

Cor & omnes partes motrices solidæ motum, robur, tonum & vim contractilem ac elasticam a fluidis tenuissimis, quæ in cærebro, nervis, atque ipso in sanguine sunt, mutuantur.

Tom. II.

Scholion.

Hoc theorema, quia in rationali status morbos explicazione magni usus est, firmis quibusdam argumentis stabiliendum est. Primo nempe indubia constat observatio, nullum organum, utut ratione texturæ salvum, integrum atque illæsum sit, ad motum, quicunque etiam fuerit, edendum esse idoneum, si nervi ad illud tendentes vel etiam arteriosa vasa ligentur aut præscindantur, luculento testimonio, causam motus ab hisce fluidis dependere. Deinde per quam notatum dignum est illud experimentum, sœpius a nobis observatum, quod cor ex plice recenter exemptum & longo adhuc tempore pulsans aquæ calidæ immisum, omni motu privetur, qui eodem corde in aquam frigidam injecto mox revivisicit. Quo ipso planissime patet, materialem esse quandam causam motus in corde existentem, quia calidum, & frigidum ingentem ei inducit mutationem. Neque minus illud memorabile est, expresso ex valvis coronariis incisis sanguine statim cessare pulsationes. Veri itaque simillimum est, non modo fluidum per nervos, sed & sanguinem per minima arteriolarum ad organa motuum & fibras motrices atque membranas musculosas adductum eas non tam nutrire, quam systalticum motum, & vim contractivam illis conciliare. Atque hinc est, quod nimia sanguinis amissio solidorum robur, tonum ac vim motricem infringat, corporis autem vires valde attritæ a boni & laetioris sanguinis proventu augmentum capiant,

§. XI.

Sanguinis temperati defecatissima, & subtilissima ætherea atque elastica portio est illud principium corporis nostri agens & movens, cuius origo & generatio ab aeris & alimentorum puriori & subtiliori parte porissimum arcessenda est.

Scholion.

Sicut enim stupendi in rerum natura a fluidis mobilissimæ indolis v. g. æthere, aere effectus proveident: ita nihil dubii est, quin tenuiores aero-æthereæ & sulphureæ sanguinis & lymphæ partes maximam motus excitandi in animantium

corporibus habeant potentiam; præsertim cum continuo animadvertiscas ab alimentis, & medicamentis subtilioris indolis, neque minus ab aere puriori robor, & vires corporis manifesto augeri; ab alimentis vero incongruis, & aere impuriori eas decrescere. Rectissime itaque in sanguine thesaurus vita, & virium querendus est, in quo vitalem veteres spiritum collocajunt. Hippocrates l. de Corde §. 8. pura & illustri substantia ex sanguinis discretione nata mentem hominis nutriti asseverabat: fortasse ob hanc rationem, quia animadvertebat, sapientiam hominis a bono & temperato sanguine plurimum foveri.

§. XII.

Aeris ad sustentandam animantium vitam inevitabilis est necessitas, tum propter ejus vim elasticam & gravitatem, qua pollet, tum etiam propter simplicissimum & agiliissimum aetheris elementum, quod pro anima & spiritu quidam habent, cuius vehiculum aer est.

Scholion.

Quare non temere prodidit Hippocrates Libr. de flatibus §. 4. aerem in omnibus, qua corpori accident, maximum esse & auctorem & dominum, cuius potentiam diligenter perspicere oportet. Item §. 6. mortalibus vita & morborum agrotis aerem esse auctorem, & ob eum inquinamentis plenum, quibus humana natura offenditur, homines agrotare, non minus vere, quam sapienter, idem gravissimus auctor innuit. Cui enim ignotum est, aeris mutationes parere morbos epidemios simplices & pestilentes, & qui in certa anni tempora incidunt. Ex quo recte colligitur majorem in aere esse vim ad immutandum corporis habitum, quam in diæta, siquidem aer respiratione non modo intra pulmones recipitur, atque exterius corpus nostrum ambit, sed & alimentis intermixtus ad ipsum sanguinem transit. In pulmonibus elasticavi magis aucta & etiam gravitate sua circulantem per eos sanguinem urget, propellit, promovet, & torpidum jam ac mortui ineptum ad cordis fontem vivida circumflexione perducit. Externe vero gravitate sua elasticam ejus, & expansivam vim in sanguine in æquilibrio quasi servat,

intra humores vero contentus ejus elata virtute sua expansiva solidorum motus excitat, adeo ut mirandum non sit, pro diverso aeris statu & animi & corporis robur vel augeri vel imminui. Sique veterum in primisque Hippocratis monumenta consulamus, clare patet, aerem sive potius ætherem pro anima illos habuisse: quorum spectat loca l. 1. de diet. §. 8. animam hominis augeri, sapientissimam esse, quæ ignis & aqua habeat temperamentum, & lib. de sanitate tuenda. Calore continetur anima, qua vivimus. it. Sanguis animam vitiat & l. 6. Epidem. hominis animam semper producitur, id est, vegetatur usque ad mortem.

§. XIII.

Ad impulsum sanguinis ejusque motum in convenientiæ quabiliitate conservandum solidarum partium, quæ motus instrumenta sunt, structura non parum contribuit.

Scholion.

Partes corporis nostri solidas ex meris fibris & filamentis contextas esse, non ignorantum est. Multum itaque refert scire, quantum sit harum fibrarum in constituentibus solidis structura, an ex fibris tensioribus, tenerioribus, solidioribus & compactioribus, aut flaccidis, rudioribus quoque & densioribus contextæ sint, siquidem illis major vis resistendi & premendi, his vero minor & debilior inest. Neque ignorare oportet, an corpus capacioribus & paucioribus: vel copiosioribus, & angustioribus vasis donatum sit. Nam ex solidorum varia textura & structura illam temperamento & motus sanguinis diversam rationem maxima parte petendam esse, ego quidem arbitror. Et quia varia fibrarum ratione ætatis, sexus & nativitatis est dispositio, mirandum non est, certas ætas, & sexum quoque suos peculiares ferre morbos & nonnullos esse hereditarios.

§. XIV.

Perpetuis naturæ microcosmicae legibus sancitum est, ut ad motuum vitalium justam administrationem moderata & proportionem servans sanguinis & humorum quantitas & temperies requirantur.

Scho-

Scholion.

Ut tunice vasorum, in quibus fluida circumvehuntur, libere & convenienter tum contrahantur, tum expandantur, humores nec in excessu, nec in defectu peccare debent. Copiosior enim eorum moles ac renis vasorum elaterem & potentiam systalticam non mediocriter deprivit, unde tardior enascitur progressus, qui deinceps ad stagnationes & corruptiones plurimum confert. Quod si vero deficiunt humores, expansio vasorum fit insufficiens, neque etiam ad minima & capillaria vasa tunicarum, quibus ea investiuntur, quæque eorum systalticum motum adjuvant, pertingere a continuari potest; quare non mirum videri debet, si pulsus cordis & arteriarum fiat debilior, atque robur universi corporicedeat.

§. XV.

Legibus naturæ & hoc continetur, ut sanguis vitalibus motibus rite prosequendis aptus ex partibus, quæ ejus essentiam constituunt, probe sit mixtus.

Scholion.

Elementa, ex quibus vitalis ille purpurei coloris succus conflatur, debentur partiti principio oleoso - sulphureo, partim terreo & aquo. Horum vero perfecta mixtio ac unio in eo consistit, ut tres fere partes liquidii aquei ad unam solidi necessario requirantur, quemadmodum id apparet in sanguine hominis sani, si lento calore ejusdem evaporatio instituatur. Proportio vero principii terrei, & sulphurei exacte determinari nequit, eo quod pro diversitate alimentorum, & motus progressivi ac intestini sanguinis illa ipsa admodum variet. Fluidum autem solidi hanc ob rationem prævalere debet, quo tenuissimos mæandros atque canales, ex quibus machina nostra, qua tota hydraulica est, constat, libere permeare possit.

§. XVI.

Eadem lex naturæ præcipit, ut partes solidæ sulphureæ, terreæ, & mucidæ aquæ fluidis intimè sint intermixtae.

Scholion.

Nisi enim solida cum fluidis intimam i-nirent societatem, facile fluida a solidis secederent, & minimi partium tubuli ne-cessario obstruerentur. Quo minus ita-que hæc contingent, provido naturæ consilio multorum viscerum, maxime pulmonum & lienis fabrica ferme tota ex canaliculis minimis est constructa, hunc præcipue in finem, ut pressione ac impul-su per vasculorum myriades transiuntis sanguinis partes solidæ in minimos globulos discrepantes eo melius cum interlabenti-bus fluidis per vasa circumferrentur: unde patet quoque ratio, quare textura san-guinis ex horum viscerum obstruktione vi-tiata plurimorum morborum generationi velificetur.

§. XVII.

Ordo & lex naturæ nostræ microcosmicas postulat, ut temperatus, id est, ab omnibus salino-sulphureis mucidis excrementiis partibus liber & depuratus sanguis ad actiones, quæ in corpore humano fiunt, decenter præstandas esse debeat.

Scholion.

Qua de causa tam copiosa excretoria organa & emunctoria, quæ varii generis i-nutiles & effæctas fordes continuo educunt, in animantium corporibus a provida na-tura constituta reperies. Quo plus enim excrementiis foribus inquinatus est san-guis, eo sanitati minus patrocinatur, quin etiam morborum & mortis causa fit, unde excretiones ad vitam & sanitatem tuen-dam valde sunt necessariae.

§. XVIII.

Vitales illi progressivi, & intestini san-guinis motus ejus sunt naturæ, ut optimi sâ-guinis, & temperati crasis tandem resolvant, eumque intemperatum & vitæ con-tinuandas inutilē reddant; opus hinc est, ut continuo i-nutiles, & excrementiæ partes secretæ foras protrudantur, novæ vero & temperatae in earum vicem surro-gentur.

Scholion.

Quibus cognitis jam clarissime intelli-gitur, cur homo sine aliamentis, & sine excretionibus non diu vivere, & robustus ac validus permanere posse: caloremq;

qui nonnisi intestinus partium sanguinis motus a progressivo oriundos est, continuo in temperatam humorum crasis agit, quam in excrementa salino sulphurea, mucida, corruptibilia dissolvit, ut perpetuo novorum & benignorum succorum accessu opus sit. Continuis itaque ingestibibus atque egestionibus corpus nostrum corruptibile conservatur, adeo ut perpetui humores in illud influant, & rursus ex eo effluant. Quare sapienter more suo Hippocrates ad sanitatem hominis, & ut corpus recte se habeat Lib. de insomniis §. 12. requirit, ut omnes circuitus & exhibiciones ciborum ac fecretiones integræ sint. Preissius autem & specialius idem gravissimus auctor sanitatis naturam per convenientes ingestiones & egestiones Lib. 4. §. 16. describit, & sensus hic est: per ingestum humor ad corpus venit, & in eo manet, si postridie vero aliis ad ipsum accedit, tum prior caliditate diffusus & tenuis factus a recenti expellitur, & tempore graveolens faecilius una cum stercore & urina exit copia ipse sibi inaequalis & consimilis & equilibris, etiamque pars quedam sit, qua maneat in corpore, tamen tertia die, si novus influit humor, rursus secedere debet, atque hoc modo, scribit, sanitas contingere solet. Et in eodem §. addit: humor in corpore manens robur exhibet; & porro addit: si humor pluribus, quam tribus diebus in corpore permaneat, aut aliis multis implens accedit venis calescentibus ac stantibus maius aut minus malum facit.

§. XIX.

Denique etiam a natura constitutum est, ut, si sanitas constare debeat, excretiones in homine, qui non amplius crescit, pondere sint æquales ingestionibus.

Scholion.

Quæ veritas amplissimi in pathologicis usus experimento statico commode confirmatur. Nam si corpus exacta lance quo. ad ejus pondus, & simul etiam ea, quæ trium dierum spatio ex liquidis, & solidis ingerit, examinantur, tunc in fano, & laboribus dedito quinquaginta facile libras æquabunt; si postea rursus pondus corporis indagetur, ejus vel minimum accessisse haud deprehendemus; si aliud e-

venit, plura incommoda sequentur. Ex quo clare intelligitur tantum in fano statu decidere, quantum accessit. Multum itaque refert ad morbos præcavendos & sanitatem hominis indagandam, diligentius ingesta & excreta spectare, num proportionem inter se habuerint: nam si eam non servant, certe morborum primordia non procul erunt. Atque revera totius diætæ cardo in eo vertitur, ut excretiones ingestis bene respondeant.

§. XX.

Per insensibilem transpirationem quæ fit excretion, secundum Sanctorii calculum a. lii, quæ excernuntur, multum prævalet, unde ex hac suppressa vel cohibita sanitas multum patitur detrimenti.

Scholion.

Quare non minus vere quam perite Lib. 1. de diæta §. 3. Hippocrates: si inventa fuerit ciborum mensura & laborum ad unam quamque naturam numerus, ita ut excessus neque supra neque infra modum fiat, inventa sane exacte fuerit hominibus sanitas. Ratio quoque in promtu est; namque labor & exercitatio corporis egregie sanguinis circulum, adeoque excretionem per transpirationem auget & promovet.

§. XXI.

Quoniam alimentorum feculentiae a solutione atque extractione residue una cum succo superfluo bilioso & copioso muco per alvinas vias, vigore motus peristaltici, continuo ejici debent, patet hinc luculentissime, nihil ad sanitatis tutelam æque necessariam esse ac illum motum in sua proportione & æquabilitate conservare. Ab hoc enim læso gravia mala in corpus humanum redundant.

Scholion.

Dicit vix potest, quantum commodi iusta alvi successio, quæ a debita constrictione, & expansione motus peristaltici, quem etiam vermicularem appellant, unice proficiscitur, ad valetudinem tuendam & morbos a corpore propulsandos adferat. Accedit, quod hujus motus integratas ad alimentorum solutionem, plenioram extractionem, & ad succi chylosi ingressum ac motum per venas lacteas multū contribuat.

Quæ

Quā de causa optimam salutis suæ curam gerunt ii, qui in earum rerum, quæ ullo modo hunc ipsum motum conservandi vel labefactandi aut penitus destruendi facultate pollut, exactam notitiam pervenire allaborant.

§. XXII.

Cum homo fere ordinario plus ingerat, quam excernat, deinceps quoque structura unius corporis præ altera ad generandam succorum abundantiam pronior & accommodatior sit, ac demum parum nonnulli corpus suum laboribus vel alia motionis specie exerceant, hinc plerumque plus sanguinis progignitur, quam ad corpus nutriendum, vel motus vitales æquabiles conservando est necessarium; uti & contingere videamus potissimum in feminis & in viris sanguinei temperamenti & spongiosi corporis habitus. Quare summo cum fructu motu quodam naturali spasmodico superfui humores cum sanguine eriam optimæ notæ certis temporum periodis in feminis per menses, & in quibusdam viris per hemorrhoides evacuantur.

§. XXIII.

Verbis vix potest efferri, quam salubres sint ejusmodi excretiones sanguineæ, unde etiam petenda est ratio, quare ab iis turbatis vel ex vehementi quadam causa cohibitis tanta morborum in corpore seges proveneriat, qua de re infra fusius agendum erit.

§. XXIV.

Cum vitæ & sanitatis ratio maxime in eo versetur, ut in machinam nostri corporis mere hydraulicam & vasculosam humores continuo adfluere, inque orbem & circulum ferri & effluere quoque debeant: sequitur omnino, ut ii non modo fluxiles, sed & viae atque tenuissimi meatus, ex quibus maxime excretionibus & excretionibus dicata colatoria constant, patentes atque aperti esse debeant.

Scholion.

Ex quo clarissime intelligitur, quam noxia & sanitati adversa sit sanguinis & humorum crassities atque tenacitas, qua minima vasa, ex quibus pleraque viscera constant, facile obstruunt. Plurimarum autem chronicarum passionum fundamentum in viscerum obstructione, quæ promate in scir-

rhescentiam vel etiam corruptionem abire solet, positum esse, nemo medicorum facile in dubium vocabit.

§. XXV.

Fundamentum itaque conservationis corporis nostri corruptibilissimi in perpetuo affluxu succorum benigna temperie gaudentium, & effluxu sive excretione in temperatorum atque inutilium sūrum cū sit, iis utique utendum est, quæ ad convenientes ingestiones & excretiones faciunt.

Scholion.

Præstat id maxime convenientis & moderatus sex rerum a Galeno dictarum non naturalium usus, quarum usui recto & perverso tum sanitatem & conservationem vitæ, tum morbos & mortem debemus; quarum nonnullæ, ut alimenta, quies animi & corporis, itemque somnus ad generationem & recentiorum succorum corpori nostro utilium conferunt, quedam vero, ut corporis exercitatio ac motus, item vigilia ad inutilium excretionem faciunt. Aer vero & animi affectiones ejus sunt indolis, ut pro differenti statu solidas maxime partes afficiant, quibus varios motus impriment.

§. XXVI.

Cum rerum non naturalium ad vitam & sanitatem tuendam tam inevitabilis sit necessitas, & mors quoque ac morbi inde suam ducent originem, plurimum unique refert, ut quæ ex iis, noxia sint & morbis progignendis idonea, probe intelligeat medicus, eaque a salutaribus discernat.

Scholion.

Quo magis patet, quam utile medico sit aeris, aquarum, alimentorum, locorum & vivendi generis naturam, vires & proprietates exquisite nosse, & quomodo ad sanitatem vel etiam generationem morborum contribuant, qua in re illustri exemplo nobis præavit Hippocrates, qui non sine cura & solertia libros mere physicos de diaria, de aere, aquis & locis, de alimento, humidorum usu, de flatibus conscriptos posteritari reliquit; sed hæc omnia & singula, quod ad morborum generationem & quomodo concurrent, falsiori infra doctrina sub divino favore prosequemur.

§. XXVII.

Precipuum quoque ex fundamentis pa-

tho-

thologicis illud est, quod corpus nostrum sit artificiosissime constructa machina, cujus omnes partes tam solidæ, quam fluidæ, uti in machinis fieri solet, artissime inter se connexæ sint & cohærent, ut solidæ in fluidas & fluidæ in solidas agant, & omnes lassiones ac vitia, sive in solidis sive in fluidis hærent, invicem conspicient, & omnes motus mox in consensum rapiant.

Scholion.

Quomodo fluidorum ratione temperie et motus lassiones in solidas musculosas & nervosas partes mox transeant, & harum motus vitiosi fluidas in temperie mixtione & crassi sua turbent: qua ratione porro gravior quedam partis nervosæ lassio universum nervorum & membranarum genus in consensum rapiat & inde etiam rursus fluida alterentur, hæc probe cognoscere debet is, qui in pathologicis variorum & saepe insolitorum symptomatum rationes & causas explicare conatur. Legi hanc in rem meretur nostra *Differ. de consensu partium præcipuo pathologiae. O' praxeos medicæ fundamento.*

§. XXVIII.

Mira est consensio & communicatio partium nervosarum cum universo fere corpore.

Scholion.

Hujus asserti veritas facile patet, si quis consideret, a lassione nervi vel tendinis, v. g. sub infelici ventre sectione, vel a vespa aculeo, aut a violenta pressione & vellicatione nervosarum tunicarum a vermis, a flatibus, febres, deliria, lipothyrias, epilepsiam, convulsiones provenire.

§. XXIX.

Longe vero maxima est consensio ventriculi & intestinorum cum aliis partibus nervosis & universo fere corpore.

Scholion.

Hanc consensionem inter alia clarissime demonstrat congeries gravissimorum symptomatum, quæ venenum, quod ventriculi tunicas arrodit, subsequitur, quæ sunt partium extremarum frigus cum su-

dore algido, urinæ difficultas, syncope, convulsiones, tormenta atrocia, praecordiorum summæ anxietates, spirandi angustia, epilepsia, paralyses, inflammatio faucium & deglutiendi difficultas, inquietudo, & id genus plura. Atque etiam mirifico illo ventriculi cum corpore consensu adductus est *Helmontius*, ut sedem animæ sensitivæ in ventriculo collocaverit.

§. XXX.

Maxima operationum animalium fluidique cerebri & nervorum cum actionibus vitalibus viget consensio ac mutua communicatio.

Scholion.

Ita in vulneribus capitis a duræ matris punctura vel irritatione vomitus aut motus convulsivi, item febres oriuntur: sanguinis in basi cerebri extravasatio tandem motum cordis & arteriarum tollit. In membris, quæ paralysi tacta sunt, robur, tonus, sensatio & nutritio minuitur, sanguinisque circulus cum pulsu lentior ac debilior evadit. Ad vehementes animi perturbationes v. g. iram, cor validissime palpitat & contrahitur, ut sanguis, perinde ac in febre, per vasa cum impetu feratur. Terror, externas partes constringit, sanguinem circa praecordia sistit, pulsu parvo, debili & inæquali reddito. Anxiæ diuturnæ curæ & meditationes profundiores, tonum & motum peristalticum ventriculi & intestinorum invertendo, digestionem & egestionem alvinam valde turbant. Perversa quoque phantasix actio alienum visceribus imprimit motum. Ita ad alpetum rei ingratæ nausea oritur vel vomitio concitatur: ad conspectum pulchræ pullæ copiose sanguis & fluidum nerveum ad genitalia influit: a variis impressionibus fetus in utero conformatio nem vitiorum, inter omnes constat. Quod naribus suscepimus suaveolens vapor in vehementes convulsiones abdominis viscera adigat, easque graveolens rursus supprimat, notissimum est. Ex quibus satis elucet, quanta sit consensio cerebri & nervorum cum solidis & fluidis corporis nostri partibus.

P H I L O S O P H I A E
C O R P O R I S H U M A N I M O R B O S I ,
S I V E
P A T H O L O G I A E G E N E R A L I S ,
P A R S P R I M A ,

D e M o r t i s , m o r b o r u m & m o t u m m o r b o s o r u m
n a t u r a , L e g i b u s i n p r o d u c e n d i s m o r b i s a c
s y m p t o m a t i b u s & c a u s i s m o r b o r u m .

C A P U T P R I M U M .

D e m o r t i s n a t u r a & c a u s i s .

§. I.

Quemadmodum vita conservationem corporis animati inque corruptionem proni denotat, a motu interno solidorum & fluidorum, præsertim circuli sanguinis beneficio pendentem: ita mors est plenaria destructio circuli sanguinis & motuum in solidis & fluidis peragendorum cessatio, corporis corruptionem putredinosa post se trahens.

S cholion.

Egregie & mechanice Hippocrates lib. 4. de morbis §. 11. vitæ & mortis causas explicat his verbis: *Donec vivit homo, vene aperte sunt & suscipiunt & dimitunt humorem. Ubi vero mortuus fuerit, clauduntur & extenuantur.* Quas veteres nobis reliquerunt definitiones mortis, quod sit discessio animæ a corpore, vel cessans animæ in corpus operatio aut destructio vinculi, quod calido innato cum humido radicalli intercedit, aut secundum Galenum virium corporis nostri plenarius lapsus, aut destructio facultatum ob deficientem a corde innati caloris influxum: eas non sa-

ris perfectas & adæquatas esse, perspicacior quisque facilis intelligit negotio. Illa enim ignorantiae vocabula, ut anima, calidum innatum & humidum radicale, quæ pro causis allegare veteribus placuit, realē & sufficientem mortis conceptum, ex quo aliquid demonstrari possit, intellectui haud sane offerunt, quod realis definitio proprium esse debet. Attamen illæ veterum aberrationes jure meritoque excusandæ sunt, quia pulcherrimum illud circuli sanguinis inventum eos prorsus latuit, quo cognito scimus nos utique, quod sublato sanguinis ad partem vel universum corpus influxu liberoque refluxu prorsus intercluso, non modo ejus functiones penitus cessent, sed & in præsentaneam corruptionem atque putredinem prolabatur.

§. II.

Plenaria systoles & diastoles, quæ in corde & arteriis viget, extinctione, & toni ac roboris fibrarum omnimoda remissione, sanguinis motum & progressum non modo deficit, sed & in momento cogitationes, sensum, calorem, vires & robur, item respirationem artuumque motus perire, certæ indubiaque experientiæ testimonii quotidianis edocemur.

S cholion.

Neque vero syncope, quæ dumtaxat cel.

cessatio motus cordis & sanguinis temporaria est, in qua etiam cogitationes, sensationes, vires & motiones ad tempus perirent: cum morte, quæ est destrucción motuum omnimoda, ut non revocari amplius queant, confundenda est. Quare sibi maxime caveant medici, ne fortiori syncope correptos pro mortuis habeant, cuius rei infelix olim exemplum, ut fertur, edidit instaurator ille anatomicae disciplinæ, *Vesalius*, qui ad mulierem hystericam, quæ mortua credebatur, dissecandam accersitus, adeo se negligenter gessit, ut novacula in corpus adigeret; verum illa motu & clamore se vivam mox ostendebat; quæ res optimum virum invisum ac destabilē redidit, & in calamitates acerbas conjetit.

§. III.

Non desunt indicia, quibus vera mors ab ejus imagine, nempe syncope, discernitur.

Scholion.

Interdum paulo difficultius est vere mortuos a vehementiori syncope correptis distinguere, quia tam lenis s&p numero aeris alternus motus, cordis quoque agitatio & sanguinis cursus tam subtilis est, ut vix ac ne vix quidem in sensus incurrat; sunt tamen certi mortis indices omnium membrorum frigiditas & corporis gravitas; si que ad forte sternutatorium naribus admotum nulla sensatio conspiciatur, neque in cordis regione aut in collo, ubi carotides sitæ sunt, vel minima quædam motio observetur, aut in speculo ori admoto nulla macula observetur. In certissimis autem mortis signis incipiens corruptio habenda est.

§. IV.

Mortis ratio formalis & adæquata non unice in corruptione vel putredine quærenda est; hæc tamen s&p tanquam causa proxima, potissimum vero tanquam effectus mortis præsto fuisse deprehenditur.

Scholion.

Illud quidem certissimum est, corpus vel partem ejus mortuum esse, quæ putredine tacta est, utpote quæ prorsus mixtio nem & structuram destruit: at vero haud quaquam sequitur, corpus non esse mor-

tuum, ubi putredo non deprehenditur: Hujus adserti veritatem quotidiana confirmant exempla eorum, qui violenta morte ex transfostra nobiliore parte, ut corde vel vase majori aut cerebri parte inferiori, aut intensissimo frigore moriuntur. Putredo enim non proxima ratione ab extinctione motuum machinæ nostræ dependet, sed est potius diuturnoris quietis, nec non atmosphæræ calidæ humidæque in corpus multa humiditate perfusum agentis producunt.

§. V.

Proxima cum mortis causa in plenaria cordis & sanguinis quiete consistat, sequitur sane, ut omnia ea inferendæ morti sufficiant, quæ systolen atque diastolen cordis, sanguinisque circularem motum, ex toto auferre valent.

§. VI.

Genuinas mortis causas quicunque paulo altius a motus cordis & circuli sanguinis causis derivant, hi recte sane agunt. Nam quo posito ponitur vita, hoc sublato eadem etiam tollitur.

§. VII.

Ad machinam cordis movendam sanguinis per vase & fluidi tenuissimi per nervos, itemque aeris in pulmones ingressus requiritur: quare statuendum est, quicquid sanguinis ad cordis ventriculos & fluidi per nervos ad ejus fibrosam elasticam compagem adfluxum cohibet, & aeris usum intercipit, id inter certissimæ mortis causas referendum esse.

Scholion.

Ex physiologicis repetendum est, nervis omnibus, qui ad cor abeunt, præcisus ejus motum tolli, & diastolen cordis, a sanguine adfluentem factam, esse systoles, & systolen rursus diastoles causam: sive cor movere sanguinem, & a sanguine quoque moveri. Notandum quoque hic est, miram esse in corde fibrarum fabricam, quæ vi sua elastica pressionem sanguinis mirum in modum adjuvare valent.

§. VIII.

Vehementior apoplexia, quæ a sanguine extravasato ex plexu choroideo in ventriculos cerebri irrumpente nascitur, nec non fractura vertebrarum colli, præsentis

limæ

simæ mortis causæ sunt, quia fluidi ex cerebro vel spinali medulla per nervos ad cor & viscera liber influxus intercipitur.

§. IX.

Sanguinis ex venis immoda effusio, polypo sum concretum ostium vasis in corde claudens, aerisque interceptio mortem præsentissime inferunt.

Scholion.

Patet jam ratio, quare vasorum majorum insignia vulnera, item suffocatio in aquis, strangulatio & aer, ob contentas in eo tenuissimas sulphuris & carbonum exhalationes, expansiva virtute sua orbatu s celerrime homines necandi facultatem habeant.

§. X.

Si cordis substantia, præsertim ad cavitates penetrante vulnere lœsa sit, celerrime mortem inferri necesse est.

Scholion.

Id non tantum eam ob causam evenit, quod sanguis effluat, sed quod etiam machina illa motoria, cuius beneficio fit impetus & compressio, non amplius integra, sed destruta sit.

§. XI.

Venena penetrantioris causticæ indolis, & morsus ac ictus animantium non alia ratione celerrime perimunt, quam quod omne genus membranarum & nervosarum partium graviter convellendo, universum æquilibrium motus solidorum & fluidorum invertunt, & cordis quoque & sanguinis cursum liberum sufflaminant, atque in ventriculo statas sphacelosas & inflammatorias producunt.

§. XII.

Alia tenui sulphure vaporoso narcotico necant, quo fluidum in membranis & nervis mobilissimum contaminando cordis & aliorum solidorum systolen & robur auferrunt.

§. XIII.

Præter violentas has mortis causas sunt adhuc aliæ naturales, quæ mortem in morbis inferunt, inquirendæ; & inter has atonia nimia partium solidarum, ex qua stagnatio, quies humorum plenaria & putredo nascuntur, principem sibi locum vindicat.

§. XIV.

In corporibus morbo extintis ordinario extravasationes sanguinis vel feri corrupti in thorace, in capite & abdomine, vel viscera putrida, sphacelosa & fœtida deprehendimus.

Scholion.

Notatu perquam digna est observatio, quod violenta morte perempti sine ullo fœtoris & putredinis sensu dissecantur: quos vero morbi vehementia opprescit, in iis semper fere in dissectione insignis fœtor, putredo, atque corruptio se se offerunt.

§. XV.

Mortis, sive violenta, sive naturalis ea fuerit, causæ semper in dissecto cadavere reperiuntur.

Scholion.

Legenda hac de re est nostra *dissertatione generatione mortis in morbis*, in qua plurima attulimus exempla & observationes cadaverum certis morbis defunctorum & disectorum, & ostendimus, vel extravasationem humorum, vel corruptionem aut polyposas concretiones fuisse repertas. Cavendum tamen maxime est, ne causas mortis pro morborum causis habeamus ac venditemus, quod plures facere adsolent medici, qui adstantes fallere volunt, proponendo, morbum ob tantam vehementiam lœsionis, quæ cernitur, non potuisse sanationem recipere. Mors enim utique non fit sine causis evidenter & manifestis, sed haec non statim causa morborum, sed potius harum effectus sunt. Id vero in questionem venit, an non causæ, quæ morbum intulerunt, tolli, adeoque morbus sanari, causæque mortis illæ, quas sequentes deprehendunt, averti prohiberique potuissent?

§. XVI.

Porro mortis ex morbis causa familiaris admodum est putredo visceris vel partis intra corpus progenita, quæ celerrime ex inflammatoriis itasibus in acutis, ex sanguinis vero & humorum stagnationibus in chronicis producitur.

Scholion.

In hujus adseri testimonium allegamus anatomen eorum, qui morbo sive acute sive chronicæ interierant, quæ licet infirmitas

ruatur paucis a morte horis, tamen foetidissima intus corruptio subinde offenditur. Vel enim viscera, ut ventriculus & intestina, ex parte aliqua, aut omentum, lien, hepar, uterus sphacelo correpta cum summo foetore sunt, vel aqua aut pus foedi odoris in cavitatibus stagnat, aut apostemata, quæ pus continent, hinc inde deprehenduntur, aut in capite sanguis vel humor extravasatus putrefactus cernitur. Ex quo conficitur, putredinem visceris internam esse frequentissimam mortis causam; & putredinem quoque universi corporis mortem insequitur: quo magis mirari licet præcipitem quorundam adfertionem, quod sphacelus sit res rarissima, adeo ut ex centum mille hominibus vix unus eo intereat: quum potius dicendum sit, ex centum milie vix unum dari, qui morbo pereat, ubi non sphacelosa cujusdam partis internæ corruptio cum foetore ostendatur.

§. XVII.

Putredo vita est inimicissima, quia non modo omnes vires, quibus moventur solidæ & fluidæ, auferit, sed & structuram atque mixtionem corporis penitus dissolvit.

Scholion.

Putredini ea est indoles, ut celerrime se diffundat, & vicinas partes in similem corruptionem conjiciat: deinde, ut vires brevi tempore omnes prosternat, id quod conspicimus in iis, qui ex cancro exulcerato laborant, aut sphacelo in parte quadam ex terrena corripiuntur.

§. XVIII.

Putredo vires & tandem quoque vitam adimit, quia foetore suo corruptivo purissimam illam sanguinis & fluidi nervi substantiam, quæ robur, tonum, motum cordi, fibris elasticis & reliquis solidis partibus conciliat, inficit atque depravat.

Scholion.

Repetendum hic erit, quod supra tertimus, fluidum, quod in cerebro separatur, ex sanguinis subtilissima parte sulphurea, aereo-atheraea, motum maxime facere atque gubernare in corde & aliis solidis partibus existentem.

§. XIX.

Omnis itaque morbus, qui corpus brevi tempore in putredinem conjicit, vires

& vitam facile destruit, & ob id summe malignus habetur.

Scholion.

Hujus rei testes sunt febres pestilentiales, petechiales, & aliae epidemicæ & exanthematicæ malignæ, quæ plerumque ex miasmate, quod ad celerrimam corpus disponit putredinem, nascentur. Si vero lentius procedit corruptio putrida, & magis in lympha, quam sanguine residet, ut in scorbuto, lue venerea, tametsi non vitam statim auferat, tamen lassitudinem summam relinquat; quin imo ex praesenti virium prostratione malignitas & periculum morborum semper existimari debent.

§. XX.

Putredo mortifera in morbis ex stasi & quiete sanguinis omnimoda, sive ejus circuito penitus sublato, prognascitur.

Scholion.

Quamdiu sanguis per vasa circumfertur, nullus foetor vel putredo observatur: simul ac autem firmiter consistit & motus progressivi expers fit, protinus mors partium sive sphacelosa corporis corruptio producitur. Recte itaque Hippocrates lib. 2. de morbis §. 8. a. motu & calore sanguinis vitam, ab ejus vero congelascentia & quiete mortem dilucide explanat.

§. XXI.

Itaque princeps & præcipua medentium intentio esse debet, ut in morbis omnem stasin & majorem ac plenariam quietem sanguinis avertant, ne mors inde sequatur: quod fit, si virium conservatio maxima medentis cura atque intentio sit.

Scholion.

Patet hinc amplissimus analepticorum, & quæ moderate sanguinem & transpirationem movent, in acutis & malignis morbis usus, & quam noxia sint ea, quæ motus sicut atque vires infringunt, cuius generis sunt purgantia, sanguinis missiones, perturbationes animorum, omniaque anodyna & opiate, quibus nihil in hisce morbis perniciosius est, quia horum usu tristissimam mortem acceleratam fuisse, tristissimis aliquot exemplis edocti sumus.

§. XXII.

Mors, quæ morbos sequitur, velex nimia.

mia virium defectione, vel ex spasmo praecedente producitur.

Scholion.

In febribus continua excessivus calor, assidue vigiliae, diurna cibi abstinentia, miasma malignum sanguini admixtum benignorum succorum ipsiusque sanguinis nativam crasin penitus destruendo, omnes vires, quibus solidorum & fluidorum motus conservatur, adimunt, unde incipit sanguis in hac vel illa parte, prælertim in cerebro vel etiam pulmonibus aut abdominis aliquo viscere, ventriculo vel intestino quiescere, putrescere, atque cordis & arteriarum systolen tollere. Innumera afferre possem exempla, ubi ægri morbis acutis valde debilitati, paulo longius in erecto situ existentes subitam & inopinatam mortem sibi accersiverunt: siquidem in hoc situ difficilis est sanguinis a corde propulsio, quæ ob nimis languidum cordis motum, si cessat, vel non sufficiens est, liquidi nervi in cordis fibras influxus etiam cessans plenarie cordis motum auferit. Quare non sine ratione Hippocrates Libr. Prænotionum §. 4. in omnibus acutis morbis malum pronuntiat, si æger erectus in morbi vigore sedeat. Deinceps haud infrequenter mors in vigore ac statu febrium acutarum a sanguinis, propter rigorem & spasmodum in extremis partibus, supervenienti congestione in cerebro, valde ob vim morbi imbecillo, producitur, ex quo si non per narum fluxum prorumpit, lethalem statim vel inflammationem meninges & convolutionem producit. Pessimum itaque & lethale est indicium, si, præsertim die impari, quo secundum adserendum Hippocratis Lib. 2. Epid. Sect. 3. & testante experientia plerumque mori solent acute febricitantes, in variolis, purpura alba, petechiis & aliis epidemias acutis & malignis rigor accedit cum urina tenui, & sine itilicidio sanguinis, mentis emotio sequitur. Recte enim habet, quod Hippocrates in Prænotion. Coac. in acutis rigorem, corpore jam debili, lethalem observavit. Inde etiam ratio quam prompte elici potest, quare unguis nigri, dorsi frigidi & contracti, labia inversa frigida, aures frigidæ

contractæ, tempora collapsa mortis imminentis signa sint.

§. XXIII.

Virium in senectute ordinaria est defecatio, & omnibus hominibus, utut temperatissime secundum præcepta saluberissima viventibus, mors inevitabilis est.

Scholion.

Licet homo purissimo aere, qui pabulum virium & spirituum est, fruatur, & benignissimæ indolis ad pondus alimenta adsumat; optima etiam adsit mentis tranquillitas: tamen extrema senectus & vires & vitam auferit. Quare non fluidis, sed in solidorum structura, quæ sub æstatum decursu valde immutatur, horum effectuum causa quærenda erit.

§. XXIV.

Fibrarum & membranarum nimia soliditas & durities, atque canarium angustia genuina & mechanica virium & vitæ defectionis in senio coniectis causa videtur.

Scholion.

Perpetuae observationis est, fibras & membranas, ex quibus compages corporis nostri maxime valculosa consistit, eo duiores & densiores fieri, quo annosiora sunt animantia; unde etiam eorum carnium valde difficilis est coctio. Neque vero anatomæ peritum latere potest, liquida præstantissimi usus ad robur & motum per capillares & tenuissimos canales in cerebro fecerni, & per membranas ac nervos filtrari. Notum quoque porro est, tenuissimum & valde actiæ indolis excrementum per subcutaneos minimos tubulos foras ejici. Dioribus itaque & densioribus, sub decrepita æstate, redditis membranis, quæ formant hos canales, hi angustantur, vel plane claudontur, ut nec liquida laudatissima ad motum ac nutritionem libere, & quantum satis est, iactuere, neque excrementitia effluere possint. Non mirum hinc est, & sensorius & motorius organis suum robustum atque potentiam movendi subtrahi, & bonos alias succos excrementiis sordibus depravari. Unde nutritionem in senibus perire, vires deficere, & multas impuras sordes in corpore accumulari necesse est, quas necessario tandem sanguinis & humorum stagnatio & quies excipit. Cum itaque

itaque manifestas & in solidorum conformatio-
nione fundatas habeamus mortis in se-
nibus causas; concidit utique frivola eo-
rum opinio, qua moriendi necessitas in
animantibus animæ, cui limites operandi
a Deo præscripti sint, adscribitur.

§. XXV.

Homines habitus corporis spongiosi,
mollioris, repleti, & qui angusta, exilia &
copiosa vasa obtinent, faciliter moriuntur,
atque ex morbis difficiliter convalescunt,
quam macilentiores, & qui ampliora vasa
habent.

Scholion.

Hanc veritatem sua auctoritate quoque
corroborat divus Senex in *aphor. 44. sect. 2.*
Rationem is facile inveniet, qui considerat
solidis & tensis fibris plus roboris & po-
tentia motricis inesse quam laxis, & per
vasta amplioris diametri sanguinis cursum
liberiorem & per angustiora difficiliorem
esse, unde in his stases & stagnationes,
mortis procreatrices, frequentiores & pe-
riculosiores sunt.

CAPUT III.

De morborum & symptomatum
natura.

§. I.

Corpus humanum multis mutationi-
bus, quæ sanitatem, imo vitam de-
struunt, obnoxium est: itaque harum mu-
tationum naturam & causas scire oportet
medicum, cujus officium est, mortem
avertere & sanitatem reparare.

§. II.

Morbus a nonnullis definitur, quod sit
mutatio status naturalis in præternatura-
lem.

Scholion.

Definitio hæc est nominalis, quia tan-
tummodo explicat nomen morbi, non au-
tem ipsam rem & causam, in qua illa mu-
tatio consistat. Et hujus indolis sunt quo-
que a veteribus plures allatae definitiones
morbi, quod videlicet sit affectus præter
naturalam, vel constitutio præternaturalis,
sive alteratio stabilis, quæ vitiet vel laedat

actiones. Quo spectant etiam illæ recen-
tiorum, quod morbus sit moriendi con-
tus vel symptomatum complexio. Neque
nobis hæc arridet, quod omnis morbus sit
molimen sive extraordinarius motus a na-
tura suscepitus eum in finem, ut, quod
corporis mixtioni adversum est, per mo-
tus ejiciat, atque a morte sive corruptione
præserves. Etenim obscurissimum voca-
bulum naturæ & ejus molimen salutare est,
neque hac ratione concipi potest, cur mor-
bus in mortem sæpius terminet, vel di-
spositionem ad alios morbos pejoris sæpe
indolis relinquat.

§. III.

Morbus rectius sic definitur, quod sit
magna mutatio & turbatio proportionis &
ordinis motuum in solidis & fluidis, cum
vel nimis accelerati vel retardati in univer-
so corpore, aut in certis partibus sunt,
juncta cum insigni laetione secretionum,
excretionum & aliarum functionum cor-
poris animati, tendens vel ad ejus salutem
aut interitum, vel ad pravam partium ad
alios morbos dispositionem.

Scholion.

Hæc definitio, quæ morbos in genere,
seu potius statum morbosum a sano defle-
ctentem, explicat, realis est, utpote non
modo rationem ejus formalem, quæ laetio
& depravatio actionum est, sed insuper
ejus genesis ac proximam & continentem
causam, quæ est mutata proportio mo-
tuum in univerlo corpore vel ejus partibus,
complectitur & effectum morbi in corpus
declarat.

§. IV.

Uti sanitas est integritas actionum cor-
poris & animi, ita status morbosus utique
in laetione & depravatione actionum, quæ
ad corpus & animum spectant, consilit.

§. V.

Non quæcumque levior & transitoria
functionum laetio statim pro morbo haberi
debet, sed stabilis & quodammodo perse-
verans requiritur.

Scholion.

Cum nemo mortalium perfecta, con-
stante & omnibus numeris absoluta facile
gaudeat sanitate, propter inumeras res,
quibus homo utitur & quæ eam mutare
atque

atque adfigere possunt ; ideo non quisque levior sanitatis defectus aut lœsio actionum pro morbo statim haberi debet , sed ea tantum causa , quæ æquilibrium & ordinem motuum in solidis & fluidis machinæ valde turbat atque pervertit , eaque stabilis est , causæ veræ morbificæ nomen sibi vindicat . Quia vero ejusmodi causæ rariores sunt , quæ omnem motuum ordinem invertere queant , ideo fit , ut homines non tam frequenter per vitam ægrotent .

§. VI.

In omni morbo vel actiones vitales , ut virium robur , pulsatio arteriarum , respiratione sanguinisque circulus ; vel animales , ut sensuum exercitium , motus membrorum arbitrarius , item somnus & vigilia , mentis vigor & constantia ; vel naturales , cuius generis sunt appetentia , digestio & apta per alvum , urinam & perspirationem sordium excretio , vitio quodam laborant & depravatae sunt .

§. VII.

Ex actionum harum majori vel minori turbatione & perversione morbi utique & causæ lœdentis magnitudo astimanda venit .

Scholion .

Nam sicut effectus semper proportionalis est viribus suæ causæ , ita vehementior turbatio functionum corporis animati causa morbifica vim ac potentiam manifestat .

§. VIII.

Ut moderatus , liber & æquabilis sanguinis & liquidorum cursus , a proportionata solidorum in universo corpore , quæ impellunt & recipiunt fluida , systole & diastole sive constrictione & relaxatione ortus , sanitati & proportionatis secreti- nibus patrocinatur : ita immoderatus , im- peditus & inæqualis sanguinis & liquidorum cursus ac circulus ab improportionata solidorum vel universi corporis vel certarum partium systole vel diastole improportionata sive immunita vel nimis aucta contractione & relaxatione natus , turbationem functionum corporis efficit & morbum format .

§. IX.

Motus itaque solidorum & fluidorum valde immutati , ratione proportionis suæ

Tom. II.

vel nimis deficientes , vel nimis excessivi ; proximam & intimam morborum causam , qua posita ponitur , & qua sublata tollitur morbus , constituent .

Scholion .

Quemadmodum in macrocosmo omnes , quæ contingunt , mutationes a motu pendunt : ita etiam id fit in microcosmo . A motibus enim dependet vita , a motibus quoque sanitas provenit , motus quoque graviter lœdunt & adficiunt homines in morbis : motus quoque ejus sunt indolis , ut destruere corpus & mortem inferre valeant . Idem in ipsis etiam morbis id beneficium corpori præstant , ut sanitatem amissam reparent , & lœsiones a morbis factas emendent . Veteres , cum in explicandis rebus medicis , quippe ignoto sanguinis circulo ad solidorum vel fluidorum motiones non respicerent , sed tantummodo conceptibus circa materiæ copiam , temperiem , facultates , variasque ejus conditiones inhærerent , utique nihil solidi vel demonstrativi in pathologicis adferre potuerunt . Testes sunt eorum libri dogmati- ci , quorum maxima pars , ubi causæ morborum vel symptomatum adferendæ erant , figmentis enarrandis & quantum fieri poterat , incrustandis consumitur .

§. X.

Motus fluidorum in machina nostra du- plicis potissimum generis in statu morbo- so observantur . Vel enim sanguis & reliqua fluida a centro ad peripheriam , sive ab in- terioribus ad exteriores partes moventur & propellantur : vel a peripheria sive ambitu corporis & partibus extremis atque exter- nis sanguinis & fluidorum motus ad inte-riora corporis viscera dirigitur .

Scholion .

Motus , qui ab interioribus ad exteriora tendunt , non adeo naturæ insensi sunt , sed salutarem sœpe effectum relinquunt : præsertim , si fuerint aucti & intenses , quoniam excrementiis sordibus e corpo- re eliminandis inserviunt ; posterioris ve- ro generis illi , qui introrsum vergunt , œconomia corporis nostri admodum ini- mici & ~~τατι~~ ~~τατι~~ morbos dicendi sunt , quoniam in se nunquam , nec nisi per acci- dens utiles evadunt ; & sub horum etiam

C vehe-

vehementia totus vitalis corporis nostri mechanismus destrui solet.

§. XI.

Si sanguis cum magna celeritate & impetu, beneficio systoles cordis & arteriarum intensioris & valde austæ, per universi corporis canaliculosam compagem fertur, motus hic dicitur febrilis, idemque ex immoderato calore & celeritate pulsuum dignoscitur.

§. XII.

Si nimia sit contractio solidorum membranaceorum, inque primis doræ matris, concitatissime fluidum nerveum in membra, quæ motibus voluntariis auscultant, influit, atque inde vehementior distensio, tractatio, constrictio & agitatio musculorum perficitur, qui motus epilepticus dici solet.

§. XIII.

Motus peristalticus, qui in reciproca & blandioni contractione & dilatatione consistit, atque in canalibus excretoriis majoris vel minoris d'ameri locum habet, nimis austus & citius redditus excretiones alvinas, & quæ per transpirationem, per urinam atque per ductus biliarios sunt, promovet & auget.

§. XIV.

Glandularum congregatarum, quæ elater suarum fibrarum lympham impellunt, ejusque progressum per vasa lymphatica promovent, motus systalticus austus celeriore lymphæ, vel etiam salivalis latitatis, progressum atque excretionem efficit.

§. XV.

Quandoque in partibus corporis, sive fibris musculosis sive membranosis ac nervis ea constent, systole sive contractio intenditur, hic motus vocari solet spasmus.

§. XVI.

Spasmus est vel universalis, vel particularis. Ille a partibus extremis vel remotis incipit, & totum sistema fibrarum carnearum, atque vasorum, quæ ex membranis nerveis & muscularibus contexta sunt, afficit. Et talis quidem motus maxime observatur in principio febrium intermittentium, item in plurimis chronicis.

corum paroxysmis, & affectibus spasmoidicis; atque rigore, horrore, frigore, contractione externi habitus, interna vero anxietate, & in arteriarum pulsu duretie ac debilitate sese manifestat.

§. XVII.

Si quando spasmus, a partibus extremitatis initio sumto, membranas exquisitæ sensationis, inque primis cerebri meninges & nervos in consensum trahit, in epilepsiam transit: si vero tantum nervorum illa paria occupat, quæ ad certas partes abeunt, vel ex spinali medulla prodeunt, motus tantum convulsivi emicare solent.

Scholion.

Atrociores infantum ex intestino dolores, vel qui ex dentitionis difficultate fiunt, quandoque etiam in adultis immenses dolores intestinorum, aut qui calculo, vel cardialgia junguntur, in epilepticos motus non raro transeunt. Quin imo videmus morbi sacri paroxysmos saepissime ab extremis partibus, nempe pedum digitis oriri; alii testantur, primum accidentis mali sensum in intestinis se percipere, hinc illum per spinalem medullam usque ad caput penetrare, ubi membranas tandem cerebri occupantes motus in epilepticas contractions easdem adiungunt. De cetero in partibus internis quasdam convulsionum species dari, id colicæ, tusses, asthmata convulsiva, cordisque palpitationes, nec non vomitiones, & singultus vehementissimi satis planius atque testatum faciunt.

§. XVIII.

Spasmi, qui certas tantum nerveas, & membranosas partes corripiunt, dolores parunt, & hi pro diversitate partium, quibus insident, varia fortuntur nomina.

Scholion.

Dolor, qui in tunica ventriculi, vel ejus orificiorum nervea sedem habet, cardialgia; qui in intestinis, dolor ilei, vel colicus vocatur: qui in membranis capitatis, cephalalgia, hemicrania, cephalæa audit: in intestino recto dolor hemorrhoidalis

dalis sese offert: in articulis podagra, chiragra, dolor ischiadicus, gonagra scenam adornant: idem, si membranis costarum insidet, pleuritis spuria; si musculorum membranis inhæret, dolor rheumaticus adpellari solet.

§. XIX.

Spasmus, qui summam cutim, & sub ea delitescentes excretorios tubulos adprehendit, horripilationis quodam sensu percipitur, unde tubuli occluduntur, transpiratio cohibetur, & excrementitia materia versus interiora repellitur.

§. XX.

Spastica intestinorum constrictio non modo fatus concludit, eorumque exitum præpedit, sed & alvum constringit, & sordium excretiones, quæ per eam fiunt, cohibet. In ductibus urinariis si consistit, urine effluxus, vel cum dolore fit, vel saepe pro�sus intercipientur, aut saltē valde difficultis redditur. Canarium, qui bilis ex hepate in duodenum vehunt, per spasmos constrictio biliosi liquoris ad intestina defensionem impedit, unde ob bilis ad vasa lymphatica regurgitationem iterum prompte gignitur.

§. XXI.

Nulla pars tam gravibus strictoris spasticis patet atque obnoxia est, quam ipse ventriculus cum intestinis, quia horum viscerum canales ex membranis valde nervosis acutæque sensationi maxime idoneis contexti sunt.

Scholion.

Clarissime hoc apparet in affectibus colicis, hypochondriacis, hysterics, variisque chronicis, & spasmodicis morbis, quorum primaria sedes, & quasi campus, ubi morbus tyrannidem suam exercet, est in ventriculo, ac intestinis. Et quia his partibus ingens consensio, propter communem nervum intercostalem, cum capite, cum pectori, renibus, hepate & aliis nobilissimis partibus intercedit; hinc tanta symptomatum multitudo & vehementia affectibus spasmodicis jungi solet.

§. XXII.

Quemadmodum nimia solidorum constrictio atque intensior systole, sive spasmus, plures morbosas afflictiones parit:

ita etiam solidorum languidior, & debilior systole, sive laxitas & resolutio eorum nimia, & ad movendum impotentia, quæ Græcis atonia nomine venit, functiones œconomiae nostræ corporeæ valde laedit, atque immutat.

§. XXIII.

Quantum systole intensior motum fluidorum accelerare valet: tantum atonia eundem, vel in universo corpore, vel in certis tantum partibus, impedit atque retardat.

§. XXIV.

Uti spasmus, ita etiam atonia est vel universalis, vel particularis. Illius exemplum in summa virium prostratione, & maxime in animi deliquio videoas: hæc vero, quæ certas tantum partes obsidet, in morbis maxime chronicis, atque hereditariis conspicitur.

§. XXV.

Ex motu liquidorum impedito, & retardato decubitus humorum, infarctus, obstructiones, indurations, item corruptiones viscerum fiunt: adeoque pervicaces & chronicæ passiones ex nimia atonia partium progignuntur.

§. XXVI.

Sanguinis & humorum circulus retardatus valde disponit corpora ad morbos; quandoquidem exinde humores valde spissi, impuri, & copiosi evadunt, ob tentas in corpore multas excrementitias partes, quas evacuationes rite, atque ordine fientes excluderent. Sic plethora atque cacochymia, multarum, inque primis chronicarum passionum secundæ genitrices, nascuntur.

§. XXVII.

Motus solidorum, & fluidorum in morbis valde immutati laedunt & turbant functiones corporis nostri variis modis: & hæc functionum lesiones vocari vulgo solent symptomata.

Scholion.

Ingens confusio apud antores morborum & symptomatum reperitur, dum plures morbos pro symptomatis, & symptomata pro morbis habent. Ex quo intelligas, eos veras utriusque rei notiones animo non concipere, nec modum, quo-

singuli producuntur morbi, satis recte in-
dagasse.

§. XXVIII.

Symptomata duplices sunt generis: vel
anum a motibus morbosim immediate &
proxime fiunt, vel demum ex aliis concur-
rentibus causis producuntur: illa quidem
symptomata morbi essentialia, hæc secun-
daria vocantur.

Scholion.

Essentialia sequuntur presso pede ipsum
morbū, seu potius motus morbosos spe-
ciales, neque possunt divelli aut separari,
unde etiam certa morborum, ex quibus
illi diagnoscuntur & invicem distinguuntur,
signa, atque indicia præbent. Ita febris,
qua motus solidorum ac fluidorum nimis
acceleratus est, symptomata sunt immo-
dicus corporis calor, sitis inexhausta, vi-
giliæ assidue, virium & succorum consum-
tio, appetitus dejectio, respiratio austior,
urina rubicunda: nam hæc omnia sunt fru-
ctus & effectus nimis accelerati sanguinis
circuli. Simili modo inflammationis sym-
ptomata, ex quibus ea cognoscitur, sunt
partis affectæ color, tumor, rubor, arte-
riarum vehementior pulsatio: quia hæc
omnia a denegato sanguinis libero circuitu,
propter ejus in vasculis stases, vel partium
nervosarum stricturas, necessario prove-
niant.

§. XXIX.

Symptomata secundaria non immediate
ex priori morbo, seu motu morbosō, sed
ex alia causa superveniente, pronascuntur.

Scholion.

Horum symptomatum exemplum præ-
bent ventriculi aut meningum vel pulmo-
num inflammationes febribus acutis vel
etiam exanthematicis, variolis, morbillis
in earum statu demum supervenientes;
nam sine illis prior morbus consistere po-
test. Sed hi, si æque rem æstimnes, di-
stincti a priori illo sunt morbi & motus
morbosi, in aliis etiam partibus residen-
tes: quia vero effectus & producta sunt
prioris morbi, symptomata jam vocantur.
Nihil in nostris regionibus solennius est,
quam ut febribus acutis, item variolis &
morbillis demum in fine purpura rubra vel
alba, sapissime funesta, superveniat: quia,

ut mihi quidem videtur, excrementi
succii, ex ipso sanguinis febribi dissolutione
geniti, atque ob cohibitam diutius alvum
in intestinorum latebris occlusi, in humo-
rum massam postliminio recipiuntur, &
hec pessimè sane indolis exanthemata cum
febribi insultu suscitant.

§. XXX.

Neque symptomata morbis supervenientiis
confundi debent cum aliis affectibus,
qui demum sublati morbis prioribus
subnascentur.

Scholion.

Ita ex quartana non raro hydrops, ex
hæmoprysi phthisis, ex tertiana intermit-
tente affectio hypochondriaca, & melanc-
holica, vel colica spasmodica, ex vario-
lis, & morbillis abscessus, ex pleuritide
empyemata pulmonum prodeunt. Motus
enim morbosī ejus sunt indolis atque inge-
nii, ut non modo sanguinis & fluidorum
crasim, sed & solidorum robur, tonum at-
que substantiam multum lœdant, destruant,
vel labefactent, unde quam facile, ob
tantam imbecillitatem partium, indeque
excretiones debiliores redditas, nova ma-
teria novorumque fomes morborum pro-
ducitur. Neque vero infrequenter etiam
ex perversa prioris morbi ab imprudenti
medico tractatione, & ob materiam mor-
bificam relictam, novi & subinde pejoris
notæ morbi pullulant.

§. XXXI.

Ex symptomatibus maxime, secunda-
riis supervenientibus, morbi vis atque ve-
hementia judicanda est.

Scholion.

Siquidem effectus testatur de sua causa,
qua ut plurimum latet; ex symptomati-
bus vero, ceu effectibus dignoscitur. Quo
major itaque est symptomatum morbo su-
pervenientium vehementia; eo plus quo-
que periculi ille morbus habet. Est itaque
boni ac periti medici in prudenti prognosi
formanda, vel ipsa etiam cutatione ador-
nanda symptomatum rationes atque ge-
nium & effectus quæstissimo studio ex-
pendere.

C A P U T . III.

De motuum microcosmorum legibus
& effectibus in producendis
morbis & symptomatibus.

§. I.

Motibus in machina nostra proportionatis & ad excretiones tendentibus vita & sanitas sustinetur: morborum vero natura & indoles mutatis, impeditis, & inæqualibus istis motibus continetur. Motus quoque morbos ejus sunt indolis, ut vel ad interitum machinæ, vel ad sanitatem recuperandam convertantur: quare motuum, qui in machina nostra morbos efficiunt, vitamque ac sanitatem dispensant, naturam, leges, effectus probe intelligere oportet medicum, qui cum certitudine agere & operari tum in præservando, tum in curando velit.

§. II.

Quemadmodum in macrocosmo motus secundum certas leges, tanquam ad normam, fiunt, & constantes edunt effectus; ita quoque in microcosmo tum illi, qui functiones secundum ordinem præstant, tum vero etiam, qui easdem laddunt vel turbant, aut machinam præsentanea corruptione & morte præservant, certis legibus continentur.

Scholion.

Scientia legum, quæ in hydraulicis, staticis, mechanicis, & motu elasticorum corporum observantur, ingens lumen mechanicae corporis nostri scientiae, ad clariorem phenomenonorum explicationem, accedit. Neque enim dubitandum est, quin cuncta in corpore nostro mechanice, id est, secundum certam mensuram & proportionem motuum peragantur; neque illud inficiandum, quod mechanica corporis animati scientia tanto excellenter & sublimior sit ea, quæ per experimenta intellectui humano cognita perspetuaque redditur, quantum sapientia Dei omnem humanam artem longissime exsuperat. Enitendum tamen omni labore ac cura arbitror, ut, quantum fieri potest, divinam in corporibus animatis & vivis mechanicam, motuumque, quæ tantas

mutationes efficiunt, leges inquiramus & addiscamus.

§. III.

Prima itaque lex hydraulica microcosmica hæc est: quod spasmus tubulos, qui fluida vehunt, constringendo liberum eorum cursum impedian, atque cum inæqualem reddant.

Scholion.

Inæqualitas circuli sanguinis in eo positiva videtur, ut ad partes spastico affectas & constrictas minor sanguinis copia, ad alia vero inque primis vicina aperta vasa major, quam convenient, adfluat & irruat. Hunc sanguinis inæqualem progressum pulchre & dilucide satis jam suo tempore annotavit Hippocrates Lib. de flatibus §. 21 his verbis: prohibetur sanguinis cursus, atque alio quidem loco consistit, alio lentius penetrat, qua sane inæqualitate transitus sanguinis per corpus facta omnigenæ inæqualitates per omne corpus contingunt. Ex uno enim canale continuo machina nostri corporis hydraulica construēta est, qui, pro differenti structura, diversa accipit nomina, ut vel arteria, vel vena, vel vas lymphaticum, vel excretorius tubulus, vel glandula nominetur. Si igitur liber fluidorum cursus in uno loco sistitur, necesse est, ut in altero statim inæqualitas progressus fiat.

§. IV.

Quo major est spasmorum, qui vasa coarctant, vehementia, & quo latius illi se se diffundunt, atque ad ampliora vasa ex porrigitur: eo copiosior & impetuosior ad alias & remotas partes fit sanguinis appulsio, translatio & congestio.

Scholion.

Hujus theorematis veritas nicitur hoc axiome, quod causa semper viribus suis proportionatum & adæquatum effectum producat, quare validior spasmus validissime etiam liberum sanguinis cursum impedire, & ad alias partes eum transferre debet. Fundamentum quoque hæc nostra thesis habet eximium in hydraulicis. Nam fluida, certo velocitatis gradu per plures tubulos æquilater decurrentia, tanto majori velocitate per apertos feruntur, quanto magis per obstructos tubulos effluxus impeditus fuit.

§. V.

Varia eaque satis gravia sunt symptoma-
ta, quæ ab intercepto alicubi sanguinis
motu, ejusque majori ad alia loca adfluxu
subnascuntur.

Scholion.

Quando crassiora fluida in arctiores ca-
nales, ubi firmius inclusi hærent, impri-
muntur, fiunt inflammations. Si vero
vasa ob nimiam distensionem aperiuntur,
sanguinis fiunt profusiones sive hæmorrhagiae : a nimia congestione sanguinis & hu-
morum in porosa & vasculosa partium sub-
stantia tumores gignuntur, & ob membra-
narum nervearum violentam ibi factam di-
stensionem dolores gravativi pullulant. Si
a stagnante sanguine partes aqueæ & seroſe
secedunt, catarrhi, defluxiones, rheu-
matismi fiunt. Ex hoc quoque fonte apo-
stematica atque exulcerationes prodeunt ;
sanguis enim in poros partium illapsus, si
regredi nescit, & ibi firmius hæret, in pus
mutatur, vel erodentem, falsam, acrem
indolem adsumit.

§. VI.

Prout loca differunt, in quibus conge-
stio & translatio sanguinis a spasmis facta
est, pro eo diversi quoque prodeunt effe-
ctus seu morbi.

Scholion.

Congestio & stagnatio vehementior san-
guinis in capite, ejusque vasis, narium hæ-
morrhagiam parit: ob rupta vasa plexus
choroidei apoplexia sanguinea oritur: a
nimia distensione vasorum in meningibus
apoplexia spasmodica, vel etiam epilepsia
progeneratur. Si vero secedit serum a san-
guine, & medullæ spinalis nervos occupat,
hemiplexiæ vel paralyses fiunt, si in cere-
bri cortice vel ventriculis serum extra vasa
subsistit, affectus soporosi; si decumbit
circa thalamos nervorum opticorum, gut-
ta serena propullulant. Si serum secessum
facit circa par septimum nervorum, sur-
ditas; si circa nonum par, aphonia sub-
nascuntur. Si firmiter sanguis impactus est
in meningibus, phrenitis; si difficiliter per
vasa cerebri progreditur, insomnia terrifi-
ca dæmoniaca & melancholica pathemata
fiunt.

8

§. VII.

Nimia sanguinis ex spasmorum violen-
tia congestio & decubitus in pulmotibus
hæmoptysin, pleuritidem, peripneumo-
niam, asthma sanguineum, spirationem
valde anxiam & difficilem gignit. In cor-
dis thalamos si multus confluit, & diutius
retinetur, summas anxietates animique
deliquia prompte admodum inducit, ne-
que minus ad immanem ejus palpitati-
onem, vel polyporum ibi generationem,
adeoque ad subitam mortem, facilem oc-
casione subministrat.

§. VIII.

Infarctus & congestio sanguinis in abdo-
minis vasis ex spasmorum vehementia in-
suetas sanguinis effusiones subinde non sin-
periculo producit.

Scholion.

Si enim ex coli nimia strictura in sinistro
latere jacentis ad vasa ventriculi brevia
sanguis cum impetu urgetur, facile iis aper-
tis vomitio gignitur cruenta. Si vero ru-
ptio vasculorum in tenuibus, præsertim in
ileo, contingit, foetidæ & nigræ dejectio-
nes fiunt, & morbus sic dictus niger Hip-
pocratis nascitur. Si vero ob stricturam ve-
hementiorem tunicarum intestinalium ni-
mia sanguinis appulsio atque congestio in
vasis hæmorrhoidalibus est, atque eorum
orificia aperiuntur, immoda sanguinis per
hæc vasa fit profusio. Vasa renum emul-
gentia, a nimio sanguine ibi appulso aper-
ta, mictionem cruentam; disrupta uteri
vasa enormes hæmorrhagias vel etiam
abortiones pariunt.

§. IX.

Quandocunque spasmus organa & vasa
excretoria arctat atque constringit, fit, ut
excretoriis illis motibus inversis & intro-
vergentibus humores superfici & impuri
ad alia & interiora loca non sine damno
transferantur.

Scholion.

Constrictis a ventis septentrionalibus su-
bito ortis subcutaneis tubulis ac spiraculis,
per quæ vaporis specie subtilis humor sine
senso subinde exhalatur, subito ad pectus
& glandulosa capitis ac faucium loca fit
ejus repulso ac retrocessio, & sic coryze,
gravedines, tusses cum externorum horri-
pila-

pilatione, & internorum ardore protinus generantur. Sub spasmis intestinorum, qui continenter hypochondriacos exercent, excernenda, & maxime status sursum feruntur, & ad ventriculum regurgitant, qui anoxerici motus ingentes & admodum molestas ibi inflationes, anxietates, spirandique angustias, phlogoses quoque & continuas eructationes causantur. Canalibus, qui bilem ad intestina deferunt, spasmus arctatis, biliosum illud excrementum, ad lympham & sanguinis massam per lymphaticas venas repulsum, vividum faciei & cutis colorem vitiat, & malum habitum inducit. In pertinaci urinæ ex spasmorum in urinariis ductibus vehementia suppressione copiosus ille falsus liquor ad interiora viscera regurgitans, & in capite subsistens facile affectus soporosos paralysin, convulsiones, in pulmonibus oppressionem respirationis vel etiam pectoris hydrope inginit.

§. X.

Spasmus quoque fortior tanta vi & potentia pollet, ut tumores ingentes cedematosos partium infernarum ad interiora non sine insigni danno repellat.

Scholion.

Vidimus id saepius a subito & vehementi terrore, vel suffumigii aut adstringentibus imprudenter applicatis id factum fuisse: labem inde repentinam pulmones, ubi seri secessio facta, contraxerunt, cum respiratio valde anxia ac difficilis non sine suffocationis metu inde redditia fuerit, ingenti que virium languore cum pulsu parvo ac debili subsequito.

§. XI.

Spasmi quoque efficiunt, ut non bonis certe ægrotantium rebus ex summa cute, quæ jam deposita ibi erant excreta, ad sanguinis massam partesque nervosæ periculose ad modum repellantur.

Scholion.

Nihil perniciöius, & quod magis œconomiam motuum vitalium interturbare possit, est, ac si excrementum tenue, a massa sanguinis jam separatum & ad cuitem depositum, v. g. in scabie, lue venea, scorbuto, in tinea capitis, it. variolis, morbillis, purpura retropellatur, quod promptissime a frigore improvide admisso,

terrore, vel purgantibus aut nimis refrigerantibus fieri solet; siquidem materia ex mora & stagnatione jam pejoris indolis & a nervosis partibus inhærens exitiales inflammations, convulsiones, dolores, inquietudines, anxietates, animique defectiones suscitat. Quo magis intelligitur, quam plena res periculi sit, excretiones, quæ per cutim fiunt, negligere, vel eo prorsus audaciae progredi, ut extrinsecus ea admoveamus, quæ repellendi facultatem custodiunt.

§. XII.

Neque tantum a spasticis strictris, sanguinis, sed & lymphæ circulus impeditur & inæqualis redditur.

Scholion.

A spasmis quam maxime venæ ob debiliorem resistentiam, compressionem patientur, atque adeo sanguinis libera træctione per eas intercepta partes ejus seroste & fluxiles a crassioribus in vasa lymphatica secedunt, quæ nimia distensione tandem rumpuntur, & ingentem seri copiam in cavitates effundunt. Jam facile intelligi poterit ratio, quare asthamati spasmodico, validissimo affectui, testantibus id sectiōibus, nunquam non pectoris vel etiam pericardii hydrope junctus offendatur. Qui saevissimis ex intestino doloribus, vel a sumto veneno cruciatibus intereunt, in iis plerumque ingens ieri colluvies in abdominis cavitate collecta conspicitur. Ingentes dolores & spasmos post partum non raro abdominis diuturna sequitur intumescētia. Novimus ab operatione fortioris emeticī quosdam in mesenterii tumores & abscessus incidisse. Mercurialia præsertim stimulo salino armata, magnam seri profusionem concitare notissimum est; id vero vix alia de causa accidit, quam quod spasticis strictris venas & vasa lymphatica comprimendo largiore serositatum effusionem per nimiam relaxationem tubulorum efficiant.

§. XIII.

Quandocunque spasmus magis universalis est, id est, totam membranacearum & nervosarum partium rem publicā afflit, & maxime cutim totius compaginis seu corporis superficiem cum subtilibus vaculis

arctat atque strigit, fit, ut sanguis cæterique humores a circumferentia ad centrum, sive ab exterioribus & minoribus vasis ad cor, motus circularis principium, pulmones, & majora vasa reprimantur, & horripilatio, rigor cum habitus corporis subsidentia & vasorum cutis detumescientia generetur.

§. XIV.

Repressus sanguis ex partibus exterioribus per spasmum ad cor & majora vasa eorum contractionem ac syphonem adeoque arteriarum pulsationem intensorem & aetiorum reddit, unde cum magno impetu & celeritate sanguis per universum corpus fertur, comitante valde intenso calore, donec, remittente in membranosis & exterioribus partibus spastico, exorbitantes hi motus in statum naturalem reducantur.

Scholion.

Solennes hi naturæ motus, quibus magna vis inest & salvandi & perimendi corpora humana, dicuntur febiles, & quam maxime effectus spastorum sunt, qui obfido partes nervosas & exteriore liquidas, sanguinemque ad interiora & versus vitæ fontem, cor, urgent, ubi primum anxietates & pulsus parvos & languidos faciunt, postea vigore legis atque imperii naturæ, ut ita loquar, validior cordis motus & impetus, quacunque etiam de causa, exlurgit, & ipsum sanguinem cum magna intentione & celeritate rursus versus exteriora pellit, & relaxatis antea constrictis tubulis liberum cursum ei restituit, adeo, ut perspiratio & sudor longe liberalior inde sequatur. Hunc solennem naturæ motum a circumferentia ad centrum, & a centro rursus ad circumferentiam jam olim suo tempore dilucide satis descripsit Hippocrates Lib. de Flatibus, ut suos honos illibatus atque integer etiam antiquitatii constet, dum ait: dum ingesta ventri diu immorantur, & alevus obduratur, per universum corpus permeant flatus sanguineque plena corporis partes maxime petente eas frigescant, frigescatis autem his locis, unde fontes & radices sanguinis prodeunt, per universum corpus horror consequitur, sanguis vero horrore concurrit, ac penetrat per omne corpus ad locos maxime calidos.

Hi enim sunt ejus saltus. Decedente igitur ab extremis partibus sanguine, viscera contremiscunt & carnes. Sunt autem quedam corporis partes sanguine plena, quedam vero exangues. Exangues itaque propter frigus non tremunt, sed parumper commoventur, ac palpitant, quum calor ex eis defecerit. Sanguine autem abundantes propter sanguinis multitudinem & tremunt & inflammations suscitant. Neque enim fieri, ut sanguinis multitudo conquiescat. Et in fine §. 3. scribit: *Hoc ergo modo febres sunt.*

§. XV.

In gravioribus doloribus & pathemibus spastodicis, quæ hypochondriacis dictis perquam familiaria sunt, ejusmodi motus, qui ab extra intro, & ab intra foras tendit, adeoque febrilis anima advertitur.

Scholion.

Neque enim ullus atrocior dolor occurrit, ubi non extermorum refrigeratio cum horripilationis sensu, & pororum cutis constrictio juncta sint; postea vero intensior cordis motus cum calore supervenientis extermorum spasmum solvendo dolorum finem facit. Et quum terroris eadem sit indoles, ut constringendo extrema sanguinem intro pellat, hinc etiam fit, ut tandem in sudorem & calorem universi corporis terminetur.

§. XVI.

Neque tantum ex spasmis liber & aequalis sanguinis & humorum cursus impeditur, sed etiam ob atoniam & nimiam partium solidarum & motricium relaxationem ac debilitatem & retardatum fluidorum motum variae in sanguinis circuitu inaequalitates & turbationes functionum in corpore animato sunt.

Scholion.

Siquidem ob vasorum fibrarum ac membranarum, ex quibus solida contexta sunt, robur deperditum & vim contractilem & elasticam imminutam motus liquidorum retardatur, adeoque eorum sunt in vasis stagnationes, a quibus multa mala, viscerum intumescentiae, infarctus, obstrunctiones & non raro indurations, scirrhescientiae & corruptiones subnascuntur.

§. XVII.

§. XVII.

A stagnante in visceribus sanguine serum separatur, inque vasa lymphatica copiosius transiens ea tandem disruptum, unde tumores cœdematosi, & ascitici ensuntur.

Scholion.

Valet id maxime, ubi duo ampla illa & spongiola, ex meris sanguineis vasis contexta viscera, hepar ac lien, ex nimia atonia infarcta, obstructa, aut indurata fuerint. In his enim ut plurimum fons & scaturigo hydropsis, & cachexiae residet. Qualis vero est sanguinis per hæc viscera transitus, talis quoque est lymphæ per abdominis vasa circulus.

§. XVIII.

Stagnante & difficilius progrediente sanguine per hepar, regurgitat ille ad vicina venæ portæ vasa ac viscera, sieque ingentes in circulo sanguinis fiunt inæqualitates, ejusque nimiae in aliis partibus congestiones, que plura mala progingunt.

Scholion.

Per nullum viscus difficilior est sanguinis transitus, quam per hepar, quia potissima vasa ad illud advehentia sunt venæ, que sufficienti pulsu & impulsu destituuntur. Compertum enim ex anatomicis est, omnem sanguinem, qui ex toto volume intestinorum, ventriculo, omento, liene, & pancreate redit, per venæ portæ ramos advehit ad hepar: quum vero valde difficulter hoc viscus trajiciat, facillime, præseruit in vitæ sedentaria addictis, regurgitat ad eandem venam illa que viscera, unde sanguis hic prodierat. Hinc non est mirum, ob tam difficultem & impeditum sanguinis per hepar transgressum eadem viscera, unde hic sanguis prodierat, ab eodem per hepar liberum transitum non conveniente, tandem infarciri, distendi, & multum in functionibus suis vitiari posse. Si vero in mesenterii vasis nimia sanguinis copia subsistit, facile inde generantur abscessus, febres lentæ, & mesentericae. Ex obstruто hepate & liene vomitus saepe eructus & dejectio nigra fetida fit per alvum. Neque novum est, immodecum sanguinis per hæmorrhoides fluxum ex obstructis hæc visceribus subnasci, qui cachecticis &

hydropicis admodum familiaris evenit. Quod si sanguis inter membranarum intestinalium interstitia congestus earum nimiam distensionem facit, atroces subinde dolores graviter hæmorrhoidarios affligere solent.

§. XIX.

Difficilis quoque est regressus sanguinis per uterum, qui valde copiosis & in se convolutis vasis constat. Ab horum itaque a sanguine infarctu mensium suppressio, aut immoderatus sanguinis, vel seri viscidæ albi fluxus concitantur; exinde quoque non raro ipse uterus in tumorem attollitur, & copiose seri foetidi per uterum effusiones, hydrops ovarii, vel etiam ulceræ aut abscessus uteri generantur.

§. XX.

Ob difficiliorem sanguinis per renes atonia laborantes transitum mictiones cruentæ, renum tumores, exulcerationes, inflammations & calculosæ concretiones fiunt.

§. XXI.

Motus sanguinis valde retardatus in pulmonibus tubercula, abscessus, respirationem difficilem, asthma, peripneumoniam, hemoptysin atque exulcerationem gignit. In corde autem cunctatior sanguinis transitus ejus palpitationes summasque anxietates parit.

§. XXII.

Impeditior sanguinis per vasa progressus ad polyporum generationem multum contribuit. Nam a sanguine intra vasa subsistente ejus fluidæ partes perquam facile sedent, unde fit, ut solidæ, & crassiores procedente tempore concrecant & firmius coagmententur.

Scholion.

Polypi in vasis majoribus hærentes liberum sanguinis itum ac redditum valde perturbant, & plerumque in corde crebriores lipothymias, pertinaces palpitationes, & subitam mortem producent. Si majora pulmonum vasa obsident, asthma convulsivum, hydropem thoracis, catarrhûs suffocativum, vel etiam enormem hemoptysin efficiunt. In finibus duræ marris epilepsia, affectuum apoplecticorum, per-

tinacis cephalalgiae & affectuum soporosorum cauæ sunt. In abdominis vasis majoribus tumores cedematos & hydroperm : in utero , vel continuas sanguinis aut seri profusiones, vel omnimodam mensum suppressionem inducunt. Huc etiam ob similitudinem referre licet , quod in gravidis vasa iliaca ab utero distento compressa inflationem ac tumorem crurum circa ultimos gestationis menses efficiant , qui foetu emissio evanescunt .

S. XXIII.

Nimia laxitas , & atonia glandularum multas præternaturales & immodicas humoris serosi , ob copiosum affluxum , excretiones excitat .

Scholion.

Ex hoc fonte diarrhoeæ , ejectiones copiosi humoris per nares , pertussim , immodicæ urinæ & salivæ profusiones immoderatae , feri vitiosi & humoris seminalis secessiones per fluorem album , gonorrhœam tam benignam quam virulentam , pullulant . Atque hæc nimia glandularum in naribus ac fauibus laxitas etiam in causa est , quod tumores in lue venerea hic suborti miserrime has partes corrodant , & foeda putredine inficiant .

S. XXIV.

Glandulis , quæ elatere fibrarum lymphæ per vasa appropriata circuitum adjuvant , obstrutis ac tumefactis , humores lymphatici circa earum confinia stagnant , ibique diutius hærentes acrem , & erodentem naturam induunt , unde solidarum partium erosiones , exulcerationes , salsa fluxiones , rheumatismi & catarrhi proficiuntur .

Scholion.

Attenta observatione a nobis notatum est , ea cutis vitia , quæ ab acri & erodente lymphæ proveniunt , in quorum censu sunt scabies , lepra , herpes , tinea capitis , achores , exulcerationes foedæ in lue venerea vel scorbuto , necnon salsa ex oculis defluxiones a glandulis tumefactis ortum habere , quæ vel in collo vel in ipsa cute atque in artibus hærent , ubi sæpe tumores , globuli molles , mobiles , rotundi , nunc majoris , nunc minoris ambitus , interdum ovi columbini magnitudine , doloris expertes ,

in maligna præsertim scabie & lue venerea observantur : & quamdiu hi tumores non tolluntur , perfecta horum vitiorum cura , tio frustra speratur .

S. XXV.

Quo majores glandulæ obstructæ sunt , eo magis liber lymphæ transitus impeditur , eoque graviores exulcerationes , apoplemata , vel lymphæ effusiones nascuntur .

Scholion.

Testes hujus rei sunt glandulæ in inguine & sub axillis sitæ , quæ in peste aut febre erysipelacea vel a miasmate venereo intumescentes sæpe mali moris apostema vel ulcus excludunt . Glandulas mesenterij obstructas & valde tumidas sequitur hydrops ascites , vel ingens intumescens abdominis .

S. XXVI.

Est quoque lex firma & constans nature , quod vehementior spasmus , membranis nervosis insidens , vitiosum hunc motum per universam sæpe nervorum ac membranarum compaginem mirifice propaget .

Scholion.

Luculentum hujus rei testimonium præbent venena , v.g. arsenicum album , aut mercurius sublimatus , quæ intra corpus assumta statim tormina atrocissima , litim ingentem , obstricturam glandularum œsophagi & faucium , extremonum frigus , sudores gelidos , anxietates intolerabiles , inquietudines , animi deliquia , vomitiones , constrictiones præcordiorum & convulsiones excitant . Quæ omnia a validissima illa & spastica partium nervosarum constrictione ac celerrima vitiosæ hujus oscillationis fibrarum per totum nervorum genus propagatione proficiuntur . Si dentes eruptionem moluntur , a lola hac generis nervosi irritationem , & punctione gravissima oriuntur pathemata . Inde enim præsto sunt febres , vigiliae , pavores , epilepsiae , inquietudines , alvi constrictiones , tormina abdominalis , & alvo suppressa feces virides , in quibusdam diarrhoeæ , vomitiones & asthmata fiunt ; nihilque contingit frequentius , quam ut tormina infantum cum alvi suppressione juncta febres & epilepsiae funestæ sequantur . A pur-

gantibus improvide, & crebrius sumtis flatulentias, ventris tumores tympaniticos, urinæ suppressiones, sitem, febrilem calorem, sudorem gelidum in ipsa medicamenta operatione animadvertis. Quod crudeles intestinorum dolores in pares vel paralyxin terminentur, res in praxi notissima est. Sic nimia pedum refrigeratio mox ventris dolores concitat. Sic etiam dolor ex calculo nauseas ac vomitiones patit, pulsusque in latere affecto parvum ac depresso reddit, & urinæ exitum ob solam spastica compressionem saepius in utroque uretere impedit. Nec raro est tanta spasmi vis ac magnitudo, ut testem affecti lateris sursum trahat, & crux constringat. A lacte post partum intra mammas flagnante febres excitari, & lochiorum fluxum sufflaminari, saepissime in praxi occurrit. Longe autem clarius motuum horum spasmodicorum per eximios nervorum plexus propagatio in hysteris conspicitur, ubi maximam partem spastice illæ oscillationes in intestinis incipiunt, alvo adstricta & urina aquosa existente; inde vero ad plexum mesentericum, restante id ipsum dolore in prima lumborum vertebra, abeuntes, ad ventriculum, diaphragma, pulmones, fauces & usque ad caput grassantur, indicantibus id summis praecordiorum anxietatibus, diaphragmatis constrictiōibus, fauciū strangulatione, animi deliquio, respiratione ad suffocationem usque difficiili, vertigine, scotomia, hemicrania, quibus interdum epilepsie & suffocationes superveniunt. Haec spasmodicae ac violentæ partium nervosarum tractiones, & commotiones saepius ex capite per eadem nervorum paria, seu vias, ad inferiores partes, unde processerunt, revertuntur, sed plerumque cum majori symptomatum vehementia viriumque debilitate. Ita saepius ex capite summas praecordiorum anxietates cum vomitionibus, & torminibus ventris produisse annotavimus.

§. XXVII.

Spasmi ejus sunt indolis, atque ingenii, ut iis partibus, ad quas ingens languinis & humorum copia cum impetu vibratur, magnam inducant debilitatem.

Scholion.

Nimia humorum copia fibrarum elatorem, tonum ac robur valde infringit atque enervat, adeo, ut pristinam vim ac robur difficulter recipiant. Unde fit, ut novis spasmis insurgentibus ad capiendos & que ac retinendos humores appulsovalde dispositæ atque accommodatae sint. Exemplo esse potest vesica, qua ab urina diutius retenta ita distenditur, ut postea ob debilitatem ejus vim systalticam laticem urinose difficilem emittat. Petenda hinc venit ratio, quare in plurimis morbis eorumque paroxysmis ac recidivis humores per spasmos repulsi prompte admodum eas partes, quas semel occuparunt, per vias quoque & meatus eosdem, rursus affligere ac lacessere soleant.

§. XXVIII.

Ad leges, quæ motus microcosmicos respiciunt, etiam hæc referenda est, quod spasmi, quam partem semel vel iterum atque iterum occuparunt, ei tales inducant habitudinem, ut postea levi causa accidente easdem spasticas constrictiones repeatant, habitum quasi, & consuetudinem quandam consequantur,

Scholion.

Elucet hinc ratio, cur omnes morbi spasmodici, & qui circuitum habent, ut paroxysmi febriles, epileptici convulsivi, vel acerbiores dolores, ut maxime videntur in hypochondriacis & scorbuticis, ex levi admodum causa & occasione tum facile revertantur.

§. XXIX.

Perpetua lex naturæ est, quod spasmodorum in partes operatio non sit continua, sed plerumque ad certum tempus eorum vehementia se remittat, vel plane intermitat, interfecto autem aliquo tempore statim ac certis periodis, cum eodem saepem impetu, revertatur.

Scholion.

Est hæc natura atque indoles omnium morborum tam acutorum quam chronicorum, & qui per paroxysmos, periodos & exacerbations corpora humana exercent, ut non continuo affligant eodem gradu vehementia, sed certo temporis spatio conquiscent, & quasdam quasi faciant industrias.

cias. Adeo etiam atrocissima intestinorum termina, intolerabiles anxietates, vomitiones, aut concitatae alvi dejectiones a veneno, vel drafstico purgante aut emeticco subortae, non continententer corpora afflぐnt atque excruciant, sed remissiones, & exacerbationes suas habent.

§. XXX.

Quod spasmi illis partibus, quas diu obfederunt, atoniam atque imbecillitatem inducant, haec etiam una ex praecipuis naturae legibus & observatis censenda est.

Scholion.

Partium imbecillitas, quae diurnius spasmorum sequitur exercitum, haud aliunde arcessenda videtur, quam quod validissima illa fibrarum agitatione, mutua allisione & contorsione fluidissimae sanguinis ac succinervosi partes, quae tonum ac robur vitale efficiunt, avolent ac dissipentur. Unde sequitur, partibus tamdiu illam inhibere debilitatem, usque dum cum tempore paulatimque recentibus succis spiriuosis iterum perfusae ac refocillatae fuerint.

§. XXXI.

Atonia & imbecillitas, quam vehementia spasmorum in partibus relinquunt, variorum phænomenorum in pathologicis rationem & causam subministrat.

Scholion.

Mirum est, quam levi negotio plura difficultia phænomena per hanc legem mechanicam explicari possint. Res perquam notatu digna est, quod sub intermissione paroxysmis maxima adsit pulsuum, cum interno calore, celeritas ac vehementia, diebus vero vacuis mirabilis pulsuum tarditas ac debilitas cum partium refrigeratione observetur. Si affectus & motus spasmmodici hypochondriacos, arthriticos, vel hystericas exercent, pulsus valde duri, celeres cum interno ardore & anxietate observantur: remittentibus vero his paroxysmis pulsus tardissimi ac debilissimi evadunt. In febribus paroxysmis inque acerbis doloribus cutis arida, tensa, servida, stricta & exsiccata visitur, ut nec quicquam humoris prodeat: finito autem paroxysmo

relaxatur, & tumida ac mollis redditur; largissimoque sudore cum frigidiusculo sensu perfunditur. Sub spasmis, febri calore, ac doloribus urina valde aquosa ac tenuis, & quæ nihil sedimenti deponit, mingitur, quum tamen in declinatione, & silentibus spasmis propter nimiam meatuum laxitatem urina valde crassa ac saturata, quæ facile sedimentum dimittit, excernatur. Quid notius est, quam quod partem vehementer inflamatam, & acutissima sensatione vexatam non ita multo post tanta atonia & resolutio excipere soleat, ut omnis dolor sublatu sit, atque sanguis ob extremam debilitatem partis quiescens sphacelosam corruptionem concipiatur. Sub omni graviori dolore partis adeat constriictione, quam insequens intumescens certum defensionis doloris indicium est. A venenis causticis mire contorquentur intestina cum ventriculo; operatione vero peracta & post mortem venter ab intestinis inflatis in magnum tumorem attollitur. Fortiorem emeticum aut purgantis operationem plerumque ventriculi & intestinorum atonia ac flatulentia excipit, & labefactato motu peristaltico alvi tarditas subsequitur. Petenda hinc etiam est ratio, quare cessante febris impetu aut convulsione demum ingens languor ac virium prostratio percipiat. Similiter in principio tussis materia admodum tenuis est, sub declinatione vero, remittente glandularum spasto, valde copiosa ac mucida excenatur.

§. XXXII.

Quo vehementior iraque est spasmus, & quo diutius partem affigit; eo major atonia, imbecillitas, ac virium resolutio relinquitur.

Scholion.

Inde fit, ut profundior ac vehementior inflammatio sphacelum post se trahat. Motus vero epileptici & asthmacovulsiū, si diu perdurant, plerumque ita vitiant tonum cerebri ac nervorum, ut paralysie, hemiplexia vel apoplexia finem vitae imponant.

§. XXXIII.

Quia partes per motus spasticos & paroxysmos admodum debiles & imbecillæ e-

vadunt, hinc sit, ut stagnantes, & subsistentes, qui affluerunt, humores fomitem ac materiam ad novos paroxysmos producendos ingenerent.

Scholion.

Frequentissime accidit in intermittentibus, ut paroxysmi statim temporum intervallis redeant, etiam si omnis materia febrilis subacta & exturbata fuerit. Qua de re ego ita sentio. Nimirum ipsi paroxysmi novam semper materiam & causam novi & futuri paroxysmi progignunt, dum intensiori calore & motu sanguinis adaugto plures biliosæ ac falsæ extrementitiae sordes, in quas sanguis vehementiori motu attritus tandem fatiscit, producuntur, que in partibus membranosis a paroxysmo valde debilitatis, facile fagnant, easque ad concitandas spasticas constrictiones extimulant. Multo autem facilius paroxysmi regenerantur in partibus valde debilitatis, si materia febrilis adhuc præsens sit, in quo abdominis visceribus adhuc residet. Idem nostrum judicium est de causis, quare febres aliquae morbi facile patientur recidivam. Nisi enim partes a morbo fractas ac debilitatas convenienti medicina roboremus, atque earum tonum instauremus & materiam, que in virtute est, evacuemus, quid mirum est, si de novo priores morbi repulloscant. Ex dictis aperta jam erit ratio, quare cortex chinæ & alia subadstringentia, & roborantia febrilibus paroxysmis, & id genus spasticis pathematibus avertendis sint utique præsidia efficacissima.

§. XXXIV.

In juvenili & virili ætate, in corporibus vegetioribus & agilioris indolis sanguis, & humores impetum magis faciunt versus superiora; in senibus vero infirmis, & seniorioris naturæ hominibus versus inferiore.

Scholion.

Ita observamus, profusiones sanguinis per nares, per pulmones in haemoptysi familiares admodum esse juvenibus, adeo ut etiam ardentibus febribus in iis saepius per narum haemorrhagiam solvantur. Et quia ex sanguinis impetu ad pectus facile phthisis dignitur, patet jam facile ratio, quare

nulla ætas phthisie malo tam obnoxia sit, quam juvenilis. Ratio vero, quare in hac ætate versus superiora magnus humorum fiat impetus, dubio omni procul in fibrum robore, nimia tensione, elatere, querenda erit, in senibus vero & infirmis humores magis versus inferiora tendunt, quoniam nimia est solidorum laxitas, & flacciditas, atque fibrarum robur diminutum, hinc remittit etiam ille vividus humorum versus superiora impetus, sed magis vitiosi humores descendunt ad inferiora, inque visceribus stagnantes chronicas passiones, scorbutum, cachexiam, hydrozem, nephritidem, colicam, fluxus haemorrhoidales, & ex his varia resultantia incommoda producunt. Accedit & illud, quod in juvenili ætate semper alvus sit adstrictior, in senibus vero mollior & laxior. Quin etiam horum libere hinc inde disfluere liquidum nerveum & juxta naturæ ordinem robur ac motum partibus præstare possit. Sunt vero affectus animi certis naturis & corporibus magis vel minus infensi, & cum in juvenili ætate magno impetu agitantur humores, non mirum est, iracundiam juvenibus maxime esse noxiā, dum inde in enormes haemorrhagias narum, haemoptyses, phthises, pleuritides, febres ardentæ, cephalalgias, & deliria facile incident. Et quia in proiectiori ætate solida laxitate naturali laborant, facile intelligitur, mœstiam & curas, terorem quoque senibus esse infensissimos affectus, quibus graves chronicæ passiones, & ipsa etiam mors promte admodum suscitantur. Est enim mirifica tristitia vis tonum ventriculi, & intestinorum labefactandi, & destruendi, ut alimentorum digestio, secretio, & excretio mille modis inde turbetur.

§. XXXV.

Fluida & solida ex repetitis aëtibus, & consuetudine talem acquirunt naturam ac dispositionem, ut facillime eosdem motus repeatant.

Scholion.

Hæc lex naturæ universalis est, & hinc probe custodienda, eo quod plurimorum phænomenorum explicationi inferriat. Plures sunt morbi, seu potius motus morbi,

bos, quibus fluida ex uno loco in alterum cum impetu transferuntur, qui certo anni, aut mensis tempore revertuntur suamque tragœdiam ludunt. Qui semel vel iterum colico dolore correpti sunt, ii facile rursus in eundem incident. Et quibus circa tempora æquinoctialia hæmorrhoides fluere conuescunt, illi eodem tempore revertentes spasmos hæmorrhoidales in lumbis, dorso, osse sacro, ac infimo ventre experuntur. Si qui certo anni tempore venæ seclioni aut scarificationi adfuerint; recurrente eo tempore, gravitatem & pressionem in iis locis patientur, siue has evacuationes omiserint, saxe fit, ut inde in morbos incurvant. Qui nimirū exercitatiōnibus & laboribus corpora assuefecerunt, si intempestiva & diuīna quieti postea indulgent, facile ægrotant, & maxime in articulorum dolores incident, & contra, si quis ex multa quiete, ut verba sunt Hippocratis Lib. de viçtu acutor. §. 24. ad ampliorē laborem drepente perveniat, multo magis laetetur, quam si ex multo cibo ad vaſorum vacuationem transmutetur, & si ex multo labore drepente ad otium & segnitatem exciderit. Oportet tamen & his corpus quiescere. Oportet item illis ventrem a ciborum copia quiescere. Sin minus & dolorem in corpore inducat, & totius corporis gravitatem. Et idem auctor §. 13. levis letetus præter morem mollis dolorem inducit, itemque præter consuetudinem durus. Qui dormire consueverunt hyemali tempore in conclavi minus calefacti, ii laeduntur, si somnum capiunt in hypocaustis tepefactis. Qui adsuēscunt determinata diei hora cibum adsumere, vel etiam expurgisci, ii eadem hora revertente ad ciborum appetitiam coguntur vel evigilant. Quibus in usu est certa noctis hora mingere, eadem singulis noctibus ad mingendum excitabuntur. Sic plura circa hanc rem valde utilia tradidit Hippocrates de veteri medicina §. 19, item de viçtu acutorum. §. 15. 16.

§. XXXVI.

Motus omnes & singuli, qui functiones corporis animati turbant, in se & sua natura noxiæ atque pernicioſi sunt, nihilominus salutarem sapientius effectum relinquunt,

& causas morborum jugulando corpori sanitatem restituunt.

Quemadmodum omnis ordo tam in moralibus, quam in physicis, & quodcumque cum illo recto ordine convenit, in se & sua natura bonum ac salutare est, ita etiam, quod huic ordini repugnat & contrariatur, in se & sua natura malum est. Siuti itaque motus, qui vita & sanitati prevalent, temperati, proportionati, & in æquilibrio consistentes absolute salutares & proficiunt censendi sunt, ita necessario inde infertur, omnes eos motus extra proportionem & æquilibrium constitutos, qui vitiant & laedunt actiones, sua natura & suis viribus esse perniciales. Ecquis est, qui motus circulares humorum retardatos, depressoſ, excretiones suppressas, & ex his pendentes sanguinis & seri stagnationes, viscerum infarctus, obſtructiones, corruptiones, quibus maxime natura morborum chronicorum continetur, dicere vellet salutares? Neque de motibus intensioribus, & spasmoticis absoluta salubritas, quæ corpori utilis sit, illudque a corruptione & morte vindicet, prædicari potest: perquam enim notum est, spasmos ejus naturæ ac indolis esse, ut excretiones fluant, emundatorium cutis, quo utilissima perspiratio continenter fit, conſtringant, atque humorum motum ab ambitu corporis & extremis partibus ad interna, & ipsum cor retrovertant, cum tamen motus illi, qui sanitati & vita patrocinantur, excretori, debeant esse liberi, & a centro ad peripheriam corporis ferri. Et quod spasmus natura vita e diametro adverſetur, vel ex eo colligendum est, quia sub spasmis & per spasmos symptomata, quæ mortem inferunt, producuntur.

§. XXXVII.

Non spasm, sed qui spasmos sapientius subsequuntur, intensiores sanguinis per vasa motus a validiori & celeriori cordis & arteriarum systole fulcitat, & qui ab interioribus ad exteriora devergunt, & febriles dicuntur, salutarem sapientius effectum praestant, dum corpora a causis morbos, & earum pravis effectibus liberant.

Scholion.

Neque etiam febris, utut ejus effectus s̄epe salutaris sit, in se & sua natura adeoque absolute & nullo respectu habito salutaris motus vel conatus naturæ in bonum finem institutus dici potest, quia vires consumendo s̄epe, praesertim in morbis chronicis, stagnationes humorum, & viscerum corruptiones ac putredines detiores reddit; hinc fit, ut febris phthisi aut hydropi vel cachexiæ & scorbuto supervenientis vel senilibus & infirmioribus corporibus accedens plerumque, imo fere semper mortem inferat; salutaris itaque effectus sequitur, si spalsti ejus sunt naturæ, ut causam, a qua proveniunt, nempe sanguinem stagnantem, evacuent, & celerrime febriles motus identidem stales, & stagnationes perniciose discutant, & sanguinem, qui copia & spissitudine laboret, resolvant.

§. XXXVIII.

Periti itaque & prudentis est medici, motuum, qui fiunt in morbis, naturam & effectus probe cognoscere, & in salutarem finem convenienti auxilio convertere.

Scholion.

Profecto in 20. therapiæ cardo versatur, ut medicus valde perniciales morbos motus discernat ab iis, qui salutarem possunt præstare corpori effectum; illos enim præcisus tanquam radicibus compescere, hos vero arte, qua fieri potest, exquisitissima secundare, & adjuvare debet. Neque vero feliciter hoc negotium confidere poterit, nisi naturæ leges, & effectus, item diversissimas motuum morbosorum, a quibus sustentantur, causas, & corporum afflictorum naturam probe, & accurate intelligat, & hæc omnia invicem probe discernat. Et qui omnia hæc bene norit, is nostra sententia optimus erit censendus medicus.

C A P U T IV.

De morborum, & motuum morbosorum causis.

§. I.

Quum turbatio functionum corporis vivi & saniæ motibus, qui secundum leges naturæ fiunt, valde immutatis proyeniat; nulla autem corpori mutatio sine causa, quæ hanc inferat, induci posset, necessario sequitur, ut motus in corpore insigniter mutati ab adæquatibus, & quoad proportionem accommodatis causis proficiscantur.

Scholion.

Quoniam varix, eaque graves admodum turbationes motuum secundum natum incident, quæ etiam variis modis corpus humanum excruciant, faci le patet non unam eandemque, sed valde diversas ratione principii, & virtutis agendi esse causas, quæ hos motus excitarent.

§. II.

Plena, & exquisita causarum morbi cognitio Medico scitu summe est necessaria.

Scholion.

In accurata causarum morbi perspicientia medentis labor maxime versatur atque absolvitur. Nam si quis causas morbi, quo corpus afficitur, juxta effatum Hippocratis, lib. de Flatibus. §. 2. probe cognoverit, valde potens est ea afferre, que corpori commodent, nimirum contraria morborum natura perspecta. Quam sententiam divus Lenox magis planam ac perspicuum facit lib. de Natura human. §. 25. curacionem, inquiens, instituere oportet, ut causa morbi nos opponamus, sic enim solvit utique id, quod merbum in corpore fecit. Pertinet hoc illud Celsi: *causa investigatio, ejusque primordia & occasio in affectionis & remediorum cognitionem deducunt amplissimam.* Sique origines, & principia, ex quibus pravæ corporis affectiones proveniunt, plane atque exacte perspecta sunt, longe facilior præcavendi morbos erit ratio; ex parva enim occasione sape ingens nascitur.

nascitur morbus. Neque vero quicquam præclarius a medico desiderari potest, quam ut corpora humana a morbis & permatura morte defendat.

§. III.

Causa motuum morborum minus rete in principio omnes corporis motus dirigente ponitur.

Scholion.

Si hoc principio fluidum illud nobilissimum in sanguine & nervis contentum atque ex puriori & delibatisima aeris & alienorum substantia oriundum, significatur, non plane repudianda est hæc assertio. Quod enim motus secundum naturam efficit, id immutatum eisdem turbare ac peretere potest. At enim vero si pro tali principio ens quoddam materie expers agnoscitur, quod sensu interno, intentione ac sapientia instructum motus ad certos fines in morbis dirigit, id neutiquam admittere possumus. Clarior enim ac distinctior prius hujusmodi principii, quod motus ad vitam pertinentes tam in statu fano, quam adficio dirigit, tam existentia probatio, quam explicatio a nobis desideratur.

§. IV.

Causæ ex Metaphysicorum scholis in physicam & pathologicam corporis humani doctrinam minime transferri debent.

Scholion.

Metaphysici causarum suarum classes maxime secundum actiones humanas instruxerunt, quo referri videntur causa efficiens, principalis, impulsiva, moralis, physica, instrumentalis, formalis, objectiva, finalis, subjectiva & id genus plures. Ut itaque genuinus harum distinctionum valor & usus, qui ab instituto nostro non alienus videtur, appareat, ponamus, hominem esse, qui imminentem domum ruinam præcavere atque averttere velit. Causa igitur efficiens hic ponenda erit in domino, qui hanc impendentem domum ruinam præsentit, intelligit, & omnia ad hanc avertendam conquirit præsidia. Causam materialem & subjectivam constitutæ, quæ ruinam minatur; objectiva consistet in hujus abolitione; formalis erit modus hanc amoyendi; instrumentalis

continebitur instrumentis huic scopo accommodatis: causa denique finalis dicenda erit præservatio a damno. Hanc concatenatam causarum seriem nonnulli ex recentioribus transferunt ad cœconomiam corporis humani, quod causa morbi ruinæ, & corruptioni facit obnoxium. Rem igitur hunc fere in modum explicant: dicunt nimis, hoc periculum corruptionis esse omni modo a corpore avertendum, atque ad hoc concurrere omnium primo animam humanam, quæ prævideat atque intelligat imminentem corporis sui interitum, omnianque media ad hunc amoliendum dirigat, adeoque causam esse morborum motum efficientem; pro causa autem materiali seu subjectiva habendam esse materiam illam perniciosa, quæ corporis destructionem moliatur; causam objectivam esse ejus ex corpore eliminationem, formalem & motus secretorios, & excretorios, instrumentalem vias & partes solidas, finalem denique corporis ab omni interitu ac putredina conservationem. Hæc utique animæ methodus, in conservatione corporis, quemadmodum est simplicissima, ita etiam a tironibus, quibus simplicia, facilia, & quæ ingenium non adeo fatigant, maxime arrident, avidissime & coeco animi imperu arripit. At enim vero, quum hæc nimis generalia sint, atque ejusmodi principiom, scientia, intentione, & potentia motus tam vitales quam naturales dirigendi instructum, frustra supponatur, quippe cujus existentia nondum solido quondam ratiocinio probata est; causas has metaphysicas, quæ potius mentis, quam corporis operationibus explicandis inseruiunt, jure meritoque rejicimus, easque in physicam corporis humani scientiam neutiquam recipiendas esse existimamus; præsertim cum ejusmodi admissis omnibus vera ratio, & demonstratio in medicina, quæ maxime in vera causarum, quæ corpus in functionibus suis mutant, inquisitione versatur, uno istu præscindatur.

§. V.

Quemadmodum functiones ac motus, qui ad machinæ corruptibilis conservacionem tendunt, a causis mere mechanicis, i.e. rerum corporearum facultatibus, ea-

rum-

rumque mutua actione ac reactione dependent ; ita ab eodem fonte causas , quæ machinam corporis nostri pver-tunt , vel plane destruunt , derivandas es-se arbitramur .

§. VI.

Causa morbifica recte definita est a *Gale-*
nol. de Symptomat. Different. quod sit il-
la , quæ suapte natura , propriisque ac in-
sistis viribus ad morbi generationem con-
fert sive proxime , sive remote .

Scholion.

Nam quemadmodum alimentis æque ac elementis , & venenis peculiaris inest vis ac facultas operandi in corpus humanum , ejus motus diversimode mutando : ita nul-
lum est dubium , quin cause , morborum opifices , proprias atque insitas vires ac facultates habeant , corporis nostri partes solidas ac fluidas multifariam in motu suo turbandi & alterandi . Patet id maxime ex diversis phænomenis atque effectibus , qui in morborum generatione conspicuuntur .

§. VII.

Venenorum vehemens illa operatio , qua celerrime pver-tunt ac destruunt machine nostræ vitales & conservatorios motus , cau-
farum aliarum nocentium & morbidarum indolem , principium & modum operandi per quam pulchre declarat .

Scholion.

Quod venenorū diversa genera sint & cuivis peculiaris potentia agendi in corpus pernicialis inest , ex eorum effectu diversissimo , quem exercent , satis clarum ac perspicuum est . Ita mercuriale venenum peculiariter ratione agit in fauces earumque glandulas , eas constringendo & exulce-rando . Arsenici virus atrocibus tormentis , vomitionibus enormibus , convulsio-nibus , & sphacelatione tunicarum intesti-nalium necat . Semen daturæ infantiam pa-
rit ; hyoscyamus stuporem infert , & adeo conturbat phantasiam , ut dæmones , & spectra homines sibi imaginentur . Opium somnolentiam ac torporem menti infert ; purgantia acriora necant inflammatione intellinorum : morsus canis rabidi fune-stam ab omni liquido horrescentiam affert . Venenum iætus tarantulæ mirabiles effe-

Tom. II.

ctus producit ; nam iætus earum læsi musicis instrumentis delectantur , eorumque soni ad gesticulationem , choreas , & tripudia a-diguntur . Iætus scorpionis subito & frigi-dissimo sudore totum corpus perfundit . Li-thargyrium improvide & copiose haustum colicam convulsivam cum pertinacissima alvi adstrictione producit . Et quodvis etiam venenum peculiariter specifica sua anti-doto oppugnat . Quo clarius intelligi-tur , diverforum , quos venena excitant , pernicialium effectuum causam nullo modo , ut nonnullorum fert hypothesis , in principio corporis nostri agente ac dirigen-te ejus motus , sed in ipsius veneni pecu lia-ri crasi , qua violenter totam motuum vi-talium rem publicam evertit , quærendam esse . Pari ratione plurimæ morborum cau-sæ veneni naturam indolemque æmulan-tur , & diversis effectibus peculiarem suam texturam & ex hac dependentem activita-tem & motum produnt . Ita nullum dubium est , quin variolæ , morbilli , pur-pura rubra alba , esseræ , rubeolæ , macu-læ petechiales scorbuticas a peculiari cau-sæ indole , & schemate proficiscantur , eo quod diversissimus horum morborum sit genius ; symptomatum etiam & curandi diversa ratio ; item quod unus alteri suc-cedat . Ita non novum in praxi est , vario-las supervenire morbillis , his variolas , & u-trisque tandem purpuram accedere , pur-puram rubram sequi albam , vel albam ru-bram supervenire .

§. VIII.

Causa morborum virulentæ non omni-bus , sed certis ac determinatis corporis partibus , in quas suam exercent violen-tiam , infensæ sunt .

Scholion.

Miasma pestilentiale , quod corpora in-ficit humana , cetera animantia non offen-dit ; contagium , quod boum gregem summa virulentia adoritur , equis & aliis be-stiis innoxium est , & contra . Contagium scabiosi non alias partes inficit , quam sub-cutaneas , & similes ibi exulcerationes pro-ducit . Virus impurioris coitus maxime glandulas petit inguinales , & faucium ossi-bus firmiter infidet , inque facie pustulas attollit , quod non facile in ulla morbida ,

D.

et ,

etiam maxima impuritate lymphæ, quæ in scabie, scorbuto & lepra est, visitur. Materia, quæ scorbutum ingenerat, peculiari ratione gingivali carni, quam laxam, putridam & sanguinolentam reddit, infesta est. Ex oculis in ophthalmia promanantia effluvia non phthisin inducunt, sed oculos inflammant. Contra halitus contagiosi phthisicorum pulmoni, non oculis nocent. Materia morbillorum effectrix nervis pneumonicis insidias struit, ac sèpius vehementissimam tussim proritat. Variolarum autem materia habitum corporis externum aggreditur, summamque cutim exulcerat. Serum acre, quod arthritidem parit, tantummodo articulorum membranas invadit, & ex una articulatione in alteram gravissatur, siue ad viscera interna retropellitur, ventriculi & intestinorum membranas petit, easque ad vehementes spasmos & convulsiones sollicitat. Ex quibus adductis clarissime apparet, morborum causas materiales non esse passivas, sed ad actiones & motiones præternaturales inducandas valde potentes, & qualvis peculiari plane elemento, indole, modoque operandi esse instructas.

S. IX.

Quæ morbos inferunt causæ, motusque secundum naturam turbant, non unice primario, directe & efficienter motus in corpore perversos excitant.

Scholion.

Enim vero venena, velexitosæ morbiæ materiae motus istos spasmodicos convulsivos febriles in nervorum & vasorum systemate minime suscitant ita prorsus, ut causa horum unice illis sit adscribenda, sed jam tum in motu existunt, & constitutæ sunt partes corporis nostri, in quas agunt morbificæ causæ, ut proinde motus isti naturales tantummodo a morbidis rebus immutentur, perverse augeantur, aut minuantur.

S. X.

Igitur motus morbos partim motuum, qui jam vigent in partibus secundum naturam, partim causarum morbidarum, quæ partes motrices infestant, producta sunt.

Scholion.

Hic cognitis non longius repetenda erit ratio, cur res infestissimæ, ut venenæ, vel tetræ in aere exhalationes, tempore, quo epidemiacæ affectiones gravantur, non in singulis similia, sed subinde plane diversa symptomata inferant, ita prorsus, ut v.g. variola in nonnullis valde benigne, in aliis acerbissime procedant. Sicut enim idem pharmacum pluribus oblatum diversas edit operationes, ita etiam eadem morbi causa, pro diversa corporum conditio ne effectus exerit, longe multumque discrepantes. Nam secundum vulgatum canonem causæ non tantum ratione activitatis, sed etiam receptivitatis operantur, siue, quod idem est, causarum vires perpetuo se habent relative, i.e. ab aliis præsentibus rebus multifariam modificantur. Prudentis igitur est medici, non modo respicere ad causarum morbidarum vires, sed etiam pensi habere corporum laborantium naturam, habitum, vires ac temperamentum. Ita demum rectum de morbi diagnosi, prognosi & curandi methodo e nascitur judicium.

§. XL

In generandis morbis non una, sed plures concurrunt causæ, quarum seriem & ordinem utique scire oportet medentem.

Scholion.

In cunctis rebus, quæ a natura fiunt, infinitus fere causarum progressus observatur. Ut res illustretur exemplo, annoæ defectus causa esto caloris fecundantis defectio, hujus causa erit cælum continuo turbidum ac pluviosum, quod a continuo ventorum ex occidente & septentrione flatu ortum fuit. Qui diurniores venti dubio omni procul aliam causam, & forsitan peculiares ex terra exhalationes, aut siderum positiones habent. Neque etiam hæc ipsa suis, quibus oriuntur, causis erunt destituta. Et hæc concatenata causarum series prope in infinitum extendi poterit. Simili ratione innumerabilis erit causarum morbidicarum productio, dum semper causa producit effectum, qui postea causa fit alterius effectus, & sic porro. Quemadmodum vero satis est, si physicus causas tantum proximas sterilitatis temporum

runt novit, ita etiam sufficit, quando medicus earum rerum, quæ præter naturam sunt in corpore, causas proximas, & antecedentes, quæ eas regunt, cognoverit.

§. XII.

Causæ continentes proximæ formales morborum dicuntur, quæ immediate & proxima ratione animati corporis functiones vitiant ac perturbant, ita, ut hisce positis corporis afflictiones præsto sint, & remotis, illæ tollantur: & haec sunt maxime motus solidorum & fluidorum perver- si, inæquales, ordinis expertes.

§. XIII.

Causas proximas materiales, quas non nulli efficienes per excellentiam vocant, morborum nosse etiam oportet medicum, & haec sunt illæ, quæ turbatos istos motus sua natura excitant: hisce vero causis, quia antecedunt aliq tam internæ quam externæ, factum est, ut illæ *παρεξοχικές* antecedentes, Græce *παρεξοχές*, haec vero externæ sive *προτεταρτικές* & occasioales a veteribus dictæ fuerint.

Scholion.

Medicam hanc causarum doctrinam illostriorem reddemus exemplo. Sævissimorum, quibus hysterice excruciantur, patthematum continens, & proxima causa formalis erit vehementia spasmodorum, quibus genus nervorum impetratur. Efficiens materialis erit copiosi, spissi & impuri sanguinis in nervosis partibus congestio. Causæ antecedentes erunt vel interne vel externæ: ex illarum genere plæthora ex mensium suppressione, & generis nervosi imbecillitas accorsandæ erunt: Quod vero attinet remotiones causas externas, ex rebus naturalibus corporis nimia sensibilitas, vasorum exilitas, terror, vita motus expers, inordinata diæta, liquidorum usus parcior, quæ ad genesis harum causarum occasio- nem præbent, adducende erunt.

§. XIV.

Plurimum refert, causarum morbificarum ordines in morborum, & medendi scientia non confundi.

Scholion.

Si medicus in demonstrando & sanando considerate ac prudenter agere velit, opus utique est, ut ordines & successiones cau-

sarum non invicem confundat, quod facit, si causas antecedentes loco proximarum & efficientium habet. Quod vitium maxime in recentiorum temporum pathologia solenne est, ubi ad acidum, vel ad humorum acrimoniam, aut ad plethora- ram causâ efficiens vel proxima morborum refertur. Et quum medentes maxime occupati esse debeant in removendis causis proximis, perperam utique curas suas instituant, dum toti in eo sunt, ut humorum acrimoniam vel acorem extin- guant, aut plethoram minuant, quum potius primo omnium causæ proximæ, v. g. vehementia spasmodorum & quæ hanc ef- ficiunt, sanguinis stases vel stagnationes convenienti medicina removendæ essent. Mensium vel hæmorrhoidum suppressio est saepius causa antecedens cachectici vel etiam hectici status, ubi viscera deprava- ta, obstructa & corrupta sunt, atque vi- res cum bonis succis exhaustæ. Si quis ita que tali in negotio ad menses vel hæmor- rhoïdes prolixiendas curationis rationem dirigere velit, hic certe mirum a scopo aberrabit, & secundo successu frustrabitur. Si vero ad preçavendos hos morbos has causas antecedentes animadvertisit, pro- vota rem suam utique perficiet.

§. XV.

Causæ, quæ motus morbosos proxime efficiunt, duplicitis sunt generis: vel enim celerrime agunt, vel paulo tardius suam operationem perficiunt. Ille rursus duplicitis sunt ordinis, nimurum vel immateria- les, aut materiales. Prioris generis sunt animi motus, posterioris, res, quæ dicun- tur toto suo genere infestæ, videlicet ve- nena.

Scholion.

Animi commotions, quæ secundum scholas veterum inter causas morborum remotiones perperam referuntur, cum potius efficienes sint celerrimæ activitatis, immateriales dicuntur, quia in corpore sanissimo absente omni, quæ in vitio sit, materia solidorum & fluidorum motus cum vehementia ac celéritate pervertunt, ut in gravi terrore vel ira appetet. Protinus enim concepta in animo iracundæ idea cor palpitare, arteriae valide pulsare, & hu-

mores cum impetu ad caput ferri incipiunt. A subito terrore protinus frigent & inhorescunt extrema, tubuli subcutanei constringuntur, venæ antea plenæ detumescent, & in præcordiis, a congesto ibi sanguine, oritur anxietas. Et profecto ea est motuum animi vis, ut omnium aliarum causarum, quin etiam venenorū vehementiam ac celeritatem in operando longissime exuperent, quia in instanti agunt, quum venena spatiū postulent; quibus etiam statim in principio adhuc utiliter medicina opponi potest, quod tamen in animi pathematibus non valet. Inter causas igitur, quæ morbos progignunt, primum jure meritoque ordinem animi pathemata tenuunt, in secundo autem venena ponenda sunt.

§. XVI.

Res venenatæ, seu toti animantium naturæ suis viribus infestæ, in exili admodum mole ingentes in corporibus vivis motuum perversiones suscitant.

Scholion.

Venenorum natura & classis latius patet, quam quidem vulgo existimatur, namque epidemias grassari, & acerbe affligere solent passiones, a virulentis maxime rebus, quæ tenuissimæ & valde corrosivæ aut fermentescibilis indolis sunt, & ex tetricis exhalationibus invicem in aere mixtis oriuntur. Et prout earum & crasis, & vis, & natura subinde multum differt, ita etiam fit, ut uno tempore hæc vel illa corpora aut temperamenta, item has vel illas partes sive visim adoriantur. Ad venenorū autem classem quoque pertinent subtilioris indolis sordes, quæ in sanis sive ac ægrotis ad partes extremas, salutari consilio amandanter. Hæc ibi diutius hærentes & introrepulsæ, veri veneni vires sæpiissime æmulantur, ut videmus in transpiratione prohibita, variolis, morbillis, scabie, purpura, erysipelate, & doloribus arthriticis cum violentia repulsi, & fonticulis, & ulceribus intempestive consolidatis.

§. XVII.

Dantur quoque motuum morbosorum causæ materiæ vitiæ majori mole infestæ, & hæc potissimum sunt sanguinis cetero-

rumque humorum in vasis, vel extra eis, stases aut stagnationes.

§. XVIII.

Quamdiu fluida, intemperie copiaque delinquentia, non quiescent, sed motu circulari jugiter agitantur, tam diu morbis procreandis inidonea sunt. Simil ac vero motus sunt expertia, vel vasorum alveis elaborantur, vel in iis firmam stasin concipiunt, vel valde tarde progrediuntur, corpus offendunt, & morbos faciunt.

Scholion.

Ita plethorici vel etiam intemperantissime viventes sæpius sine ullo incommodo spiritum trahunt, si natura est in perpetuo motu circulatorio & excretorio occupata. At ubi a terrore vel vento septentrionali subito obortu libera s̄titur perspiratio, statim ingens morborum seges progerminat, quia humores, qui antea in motu erant & excernebantur, jam deficiente excretione consilentes partes præter natum afficiunt.

§. XIX.

Stases & sanguinis & humorum plus habent periculi, & acutiores sunt, quam horum congestiones & stagnationes. In stasis humores omni motu carent, vasis minimis firmiter impasti, in stagnationibus vero non ex toto quiescent, sed obcopiam & infarctum lentiores tantummodo cursus faciunt, & ejusmodi stagnationes potius passionum chronicarum & motuum morbosorum transitoriorum procreatrices sunt.

§. XX.

Stases sunt vel sanguinis, vel seri impuriæcioris: illæ inflammations, hæ dolores spasticaque contractiones potissimum pariunt, utræque febrilium motuum fecundæ matricæ sunt.

Scholion.

Prout gravior vel levior sanguinis stasis est, & partes magis vel minus sensiles sunt, ita diversæ naturæ & effectus produdent morbi. Sanguinis stasis in locis valde nervosis plurimum habet periculi, qualis est in meningibus atque in ventriculo & intestinorum canalibus, item in membranis, quæ pulmonales vesiculas

constituant. Serum impurius membranas capitis & cerebri lancingans hemicranias, cephalalgias, convulsiones parit: in membranis articulorum dolores arthriticos: in intellinorum tunicis arrociissima tormenta: in ventriculo acerbissimas cardialgias: in meatu auditorio saevam otalgiam: in dentium ligamentis gravissimam odontalgiam: in musculorum membranis rheumaticos dolores suscitat. Idem serum extravasatum variorum exanthematum, macularum, pustularum & ulcerationum causa fit. In glandulosis locis lymphæ stases, fluxiones, & catarrhales febres ingnunt.

§. XXI.

Stagnations sanguinis convulsionum & spasmorum secundæ genitrices sunt, quæ vel ex copia, vel ex inopia humorum, secundum Hippocratis aph. 39. Sect. 6. sunt.

Scholion.

Ad tutelam secundæ valetudinis propria humorum in vasis, quæ nec excedat, nec nimium deficit, semper necessaria est, alias statim propatio, & æquilibrium motuum sedetur: nam ex nimia copia, & que ac ex inopia, si est supra modum, oriuntur stagnations, quæ in locis valde nervosis naturam promte ac expedite ad spasmos sollicitant. Et quamvis in infirmioribus & elanguidis nimia humorum, & sanguinis copia stagnans viscerum & partium tonum plane resolvat, & morbos chronicos potissimum accersat, tamen in vegetioribus, sensibiliors texturæ & juvenilis ètatis hominibus fibras potius ad validissimas & spasticas constrictiones armat, quibus efficitur, ut magna in sanguinis circuitu inæqualitates & intensæ ad alia loca humorum translationes & congestiones fiant.

§. XXII.

Stagnans sanguis ex mensium fluxu suppresso aut vi colibito graves maxime ad alia loca parit congestiones, acerbissimis symptomatibus afflitas.

Scholion.

Nemo expressus & rectius ipso Hippocrate valde infensas sanguinis congestiones ad alia loca, si menses fuerint obstructi in mulieribus, nobis delineatas reliquit. Eiusmodi clarissimus locus extat lib. de virgi-

num morbis §. 6. qui hic est: *sanguis non habens ex utero effluxum præ multitudine reficit ad cor vel ad septum transversum: vel in tibias & pedem descendens torporem inducit.* Et lib. 1. de morbis mulierum hoc prodit: *a mensibus suppressis dolor corripit ventris partem infra umbilicum, nunc inguina, nunc lumbos, & coxendicum ad sedem juncturam, nunc collum; aliquando vero strangulatio foris accidet, & caligo ante oculos observabitur & vertigo, ut pote purgatione sursum vergente ac adscendente.* Præter ea plurimis in locis ut Lib. 1. de morbis mulierum §. 5. 6. 8. 17. diserte explanat, quam graves passiones orientur, si menses ad caput, ad præcordia, ad stomachum, ad hepar, & ad ventrem allapsi fuerint, quæ loca alias fusoriæ explicatione persequemur. Neque in praxi obscurum est, quemadmodum menses vehementia v.g. a gravi terrore repressi sanguinis ex pulmonum, ex ventriculi vasis, ex rebibus profusiones, in capite convulsiones, vertigines, vocis privationes, in præcordiis strangulationes suffocatorias, & ingentes angustias efficiant.

§. XXIII.

Neque minus sanguinis hæmorrhoidalis in pleniori & nervolo intestino, quod colon vocatur, stagnatio, graves congestiones ad alia loca, & affectiones ærumnosas causatur.

Scholion.

Non indignum annotatione est, quod in hanc rem prodidit Celsus lib. 1. cap. 18. cum sanguis per hæmorrhoides exitum, non habeat inclinata ad præcordia materia subitis, & gravissimis morbis corrupti sunt. Et quemadmodum fluentes hæmorrhoides, teste experientia, & secundum Hippocratem lib. 6. epidem. Sect. 3. §. 64. a peripneumonia, pleuritide, ab ulceribus, a lepra & juxta aph. 2. sett. 6. melancholia, a nephritis, item a siderato morbo vid. Coacas Prænotiones Sect. 3. num. 318. liberant: ita nihil dubii est, quin cohibitus hic fluxus eodem morbos proferat. Neque egregius locus Coac. versu 159. præcreundus est, ubi scribit: „ex hæmorrhode parum appa-

rente vertigines obortæ parvam ac modicam siderationem significant : solvit venæ lectio & quicquid hoc modo apparuerit, mali aliquid significat. Item : anteced. versu sanguinis fluxiones statim temporibus contingentes, si sanguinem non effuderint, comitiales morbi mortem inducunt. *Martianus*, excellens Hippocratis commentator in illa loca hæc adjicit ; multitudine sanguinis retenta nervosum genus invadit & si superna petat aut apoplecticus affectus aut con vulsivus producitur, hic quidem, si acrimonia plus laedere aptus sit, si vero corpora pulentia, eo casu apoplecticus affectus exceptandus erit potius: item, si hemorrhoius appareat in sede, id sanguinis plenitudinem testatur, quam si solvere per fluxum natura non potest, in caput translata vertigines sunt ; sunt & adhuc alia eaque valde ærumnosa pathemata spasmodica convulsiva, dolores cardialgici, cum summa anxietate, conatusque vomendi juncti, convulsiva & spasmodica tormenta, quæ paralysin relinquunt, quibus illi infestantur hemorrhoidarii, ubi consueta sanguinis per fædem profusio violentia quadam cohibita fuit.

§. XXIV.

Sanguinis stagnationes in plethoriciis ob consuetas ejus excretiones suppressas obortæ, viscerum tonum solvendo, subinde graves & diurnas passiones inferunt.

Scholion.

Propullulat inde maxime in imo ventre cachexia, hydrops, calculus, morbus niger *Hippocratis*, icterus niger, & scorbutus mille malorum opifex, valde enim impurus a suppressis excretionibus nascitur sanguis, qui graves & spontaneas lassitudines, difficultem inspirationem, pectoris angustiam, corporis extenuationem, luridum faciei colorem, variis coloris maculas, artuum dolores, gingivas foecidas, & putridas in scorbuticis maxime fulcit.

§. XXV.

Sicut sanguinis nimia copia : ita etiam ejus magna inopia & periculosa stagnationes & graves spasmos & partium relutiones efficit.

Scholion.

Neque enim tantum proportionem ex-

cedens sanguinis plenitudo, sed & humorum inopia perniciales stagnationes, spasmodorum & chronicarum passionum procreatrices, producit. Nihil enim familiarius usu evenit, quam ut amissio vel nimium exhausto per morbos vitali nectare gravissimi, & qui difficilem admodum curationem habent, alii superveniant. Observavimus non semel, sed saepius atque iterum, ab enormi sanguinis profusione corpora valde obnoxia fuisse motionibus spasticis, adeo, ut vel refrigeratione vel terrore accidente in summas angustias, anxietates, animi delicia, cordis palpitationes & tremores delapsi fuerint: quin imo in exhaustis corporibus a gravi animi affectu, aut refrigeratione preposta, aut a validiori medicina, aut ab acidorum perverso abuso ærumnosum hypochondriacum, quod non nisi spasmodicum est malum, sapientis subortum annotavi. A largiore sanguinis missione molliora corpora, septentrionali frigido cælo paulo diutius exposita, in catarrhales rheumaticas affectiones promte incident. Neque indigna consideratione res est, quod si ex vena animalis aperta in gens sanguinis copia effundatur, statim convulsiones succedant, ita ut quo major fiat effusio, intensiores etiam oriuntur convulsiones, que circa mortem evadunt vehementissimæ. Quorum ratio hæc veri valde similis videtur: ubi nimis ingens copia sanguinis effunditur, non sufficiens ejus ad cordis musculum fit adfusus, unde ejus dilatatio sive diastole minitur, qualis vero diastole, talis etiam est fistule sive contractio cordis: preinde hæc debilius reddit a sanguinem in vasis præsertim capillaribus constitutum non satis valide propellere & in circulum agere potest, hinc in partibus membranosis & nervosis capitis, & medullæ spinalis stagnans eas ad convulsiones sollicitat. Tandem adjungenda & hæc erit ratio: motus ille contractorius, in nervosis & membranosis partibus qui viget, & a liquidi nervi influxu sustentatur a resistentia sanguinis, qui vas is vehitur, in æquilibrio detinetur, quod plane tollitur sanguine effuso, unde motus contractionis in illis partibus increbit. Ad motus enim temperatos, qui sanitati patrocinantur, utique proportio sanguinis & humorum,

qui nimiae contractioni fibrarum , quam fluidum nerveum efficit , resistant , per quam necessaria est , & contra etiam , ne nimia fibrarum expansio a sanguine fiat , opus est sufficienti fluidi nervi influxu fibre perfundantur , quo systoles , & diastoles exactum fiat æquilibrium . Hoc supposito , jam ratio haud difficulter reddi poterit , cur præsente aut convulsione , aut spasmus , aut in horrore febri , in corporibus non plethoricas sectio venæ immane quantum spasmatica pathemata intendat , ut in extremo vita periculo ægri videantur constituti .

§. XXVI.

Et sanguinis , & seri , & aliorum humorum excrementitiorum stagnationes , morbosas quoque faciunt afflictiones .

Scholion.

Seri excrementum salino-sulphureum , ubi non satis per subcutaneum ciborum , vel per urinarias vias expurgatur , intus remanet , & in partibus glandulosis , & nervosis stagnans eas lacinat , arrodit , & morbos salinos producit ; cuius generis sunt dolores artuum , rheumatismi , coryzae , gravides , tusses , fluxiones salsaæ , acres ex oculis , diarrhoeæ dolores , abdominis ab erosione intestinorum & ventriculi , varii generis exulcerationes . Atque etiam febriles spasmos ab excrementitia transpirationis materia intercepta in locis nervosis , & membranosis nasci , non sine ratione statuendum est . Quo magis mirari subit , esse nostris temporibus nonnullos , qui ab uno extremo in alterum delapsi , plane innati conatu , contra omnem fere pathologiam falsam pugnant .

§. XXVII.

Serum viscidum & copiosum , in habitu poroso & carnosò stagnans , facit tumores cœdemosos ; in cavitates effusum comprimendo lœdit , & ad corruptionem disponit interiores partes : in glandulis colliguntur earum tumores & dolores insignes efficit .

§. XXVIII.

Cruditates acidæ bilioso a prava digestione & alvo suppressa subortæ , & in canali alimentario diutius detentæ , ingentes dolores , inflationes , & ob consensum cum

genere nervoso sævissimos spasmos efficiunt .

Scholion.

Profecto sedes plurimorum morborum ex alvo suppressa est , quoniam complures varii generis & indolis fortes in intestinorum canale confluunt , quæ non ex purgatæ pejorem naturam , ob diurnorem moram , & ob novam cum aliis mixtionem , induunt , unde somites , & mineralæ februm maxime intermittentia , flatulenteriarum , spasmorum , qui præcipue hypochondriacos & hystericas exercere solent , sunt , inde anxietates , inde dolores , etiam in remotis partibus , ut in capite , producuntur .

§. XXIX.

Humores acidi , corrosivi , cum bile permixti viridem , & valde corrosivam indolem nanciscuntur , atque in ventriculo & duodeno stabulantes graves afflictiones inferunt .

Scholion.

Sicuti in nulla corporis parte sibi magis relicta & conspicua est acrimonia acida , quam in ventriculo , ita hæc ipsa nimium ingravescens , quod præsentim fit in sensibus , hypochondriacis , melancholicis , quartanariis , & vitæ sedentariæ additæ , & vina acida bibentibus multas calamitates , ventriculi rotiones cum ardoris & anxie- tatis sensu , eructationes acidæ , vomitiones & insignes debilitates , pectorisque angustias , dolores lacinatorios circa præcordia invehit ; quin iomo inde cholericæ , & dysentericæ affectiones , & diurni rosi cum inflatione dolores intestinorum , ab erosione producuntur .

§. XXX.

Solennes illæ & universales morborum causæ , stases & stagnationes , ubi vel natura vel arte moibis discussoriis & excretoriis removentur , sanum & salvum evadit corpus . Si vero hoc non fit , in pertinaces obstrunctiones , indurations , corruptiones , extravasationes , sphacelationes funestas transeunt .

Scholion.

Universa therapia , quam vel natura vel pars suis motibus adversus morbos suscipit præcipue in eo posita est , ut causæ illæ sunt .

ctionum corporis turbativæ, quæ potissimum sunt sanguinis vel puri vel impuri, aut humorum excrementitiorum infensissimæ stases & stagnationes, removeantur: quod sit, si humores subsistentes vel in ordinem & morum redigantur, vel per congrua emunctoria corpore expellantur. Quod si vero neque natura neque ars id efficere poterit, causæ hæc, quo longius in corpore resident, eo perniciörem induunt indolem, adeo ut, elusa omni curatione, in extremam perniciem & mortem corpora deducant.

§. XXXI.

Providendum hoc præcipue est, ne causarum morbidarum producta, in corporibus dissectis conspicua, pro ipsis morborum causis habeamus & venditemus.

Scholion.

Habent utique dissectiones morbis defunctorum corporum in condenda etiologia magis mortis, quam morborum multum utilitatis atque usus: nam mortis, quæ est destrutio plenaria motuum vitalium, causas omnino reddit perspicuas & sensibus manifestas. Perperam vero hæc causæ mortis cum morborum proximis vel ab imperitis vel ab astutis medicis vulgo confundi solent, cum hi ignaris adstantibus tales esse morborum causas, quæ nulla arte vinci potuissent, promte imponunt, ut èo melius curationes suas sèpe fatis frivolas excusare possint, nihilo tamen minus ex frequentioribus inspectionibus cadaverum illud in pathologicum usum trahere possumus, quæ dvideamus, quales effectus graves imo funestos morborum causæ sibi relictæ, & non sublatæ post se trahant.

§. XXXII.

Cum nulla causa in rebus contingentibus a se ipsa existat, sed ab aliis causis præcipientibus sustentetur: necesse est, ut infensissimæ illæ stases & stagnationes ab aliis producantur, quæ antecedentes secundum scholas vocari solent.

§. XXXIII.

Antecedentes stagnationum & stasiū causæ sunt, maxime sanguinis & excrementitiorum humorum solennes & consuetæ secundum naturam excretiones suppressæ.

Scholion.

Quamdiu humores ratione quantitatis & temperatura in convenienti proportione & æquilibrio consistunt, tamdiu machina placidis, & proportionatis, qui prævita & sanitate militant, gaudet motibus simul ac vero excretiones illæ solennes viatum capiunt, atque adeo sanguis vel humores excrementitii nimium in corpore accumulantur, statim hinc inde exitiosæ humorum sunt stagnationes, motus progressivi expertes, & sic morborum fit genesis.

§. XXXIV.

Excretiones summe salutiferæ vel anima sanguinis & succorum copia, vel ab eorum degeneri & quæ excretoriis motibus restat indole, vel a partium solidarum depresso robore dependet.

Scholion.

Depressio roboris in solidis partibus plurimum sene ad languidores excretiones, & generationem tum plethoræ, tum cachymicæ confert, unde quotidiana praxis edocet, senes infirmos, viribus fratis, propter ingentes sanguinis profusiones aut perperios antea morbos, illis maxime esse obnoxios. Rectissime enim Celsus scribit: *infirmitas omnibus morbis patet*. Quo magis eluet, quantum salutis, & præsidii ab omnibus iis, quæ vires conservant, quæ robur & tonum deperditum restituunt, cuius generis maxime sunt balsamica medicamenta bene temperata, & mixta, in avertendis morbis expectandum sit.

§. XXXV.

Neque universi corporis, neque solidarum partium infirmitas, neque humorum & sanguinis nimia exsuperantia, neque excretionum suppressio, a se ipsa sit, sed ab aliis proignitur causis, quas scholæ remoras, procatarcticas, occasioñales, primordiales vocare solent.

§. XXXVI.

Causarum remotiorum, quæ disponunt partes fluidas &que ac solidas ad motus vivos, classes plures sunt: vel enim partes solidas earumque tonum & robur atque efficaciam motus, vel fluidarum copiam aut mixtionem, & dispositionem

ad motum respiciunt, & sunt vel naturales, vel non naturales, vel præternaturales.

§. XXXVII.

Ex naturalibus, & quæ maxime internam solidarum habitudinem, & dispositionem ad motus afficiunt, sunt ætas, temperamentum, sexus, dispositio hæreditaria a parentibus, consuetudo, habitus corporis; ex præternaturalibus dispositio prava partium solidarum a morbis vel perversa medicatione relicta; ex non naturalibus diuturnus mœror, cura ac angor animi, & aliæ animi perturbationes.

§. XXXVIII.

Vitia partium fluidarum morbis ingenerandis idonea, maxime aer & ingestæ tam solida, quam liquida, motus quoque, quies corporis, somnus & vigilia disponunt & modificant.

Scholion.

A Galeno sex res sive causæ dictæ non naturales, quæ remote morbos ingenerant, numerantur. Sed quia affectus animi vehementiores, præsertim terror & ira, quæ celerrime agunt, neque minus salutares sanguinis & aliarum sordium excretiones cohibitæ & suppressæ inter causas morborum propinquiores & antecedentes referendæ sunt, hinc & ordinis & doctrinæ causa has ipsas ex rerum non naturalium numero, quæ valde remotæ sunt, excludendas esse arbitramur.

§. XXXIX.

Cognitio causarum remotiorum, quæ corpora disponendo ad morbos agunt, non vacat in pathologia & therapia singulare usu ac fructu.

Scholion.

Nam remotiores causæ, quæ ex rerum dictatu non naturalium, non naturalium, & præternaturalium classe petendæ sunt, antecedentes & proximas causas demum progignunt, & constituant. Multum itaque refert scire, qualis vietus, loci, aerisque conditio, qualis coeli status, quale vitæ genus, qualis animi dispositio, qualis ætas ad hunc vel illum morbum ingenerandum conspirent. Ab illis enim unde morbi veniunt & nascuntur, ab illis quoque eorum principia causæque ducendæ sunt:

unde discimus, ad morborum præservatiō nem multum conferre, si harum rerum usum & præcepta diætētica non habeamus neglectui, sed accuratiū illa observemus.

§. XL.

Cum ingens & innumerabilis vero eorum, quæ corpus humanum infestant, idque morbis obnoxium reddunt, sit copia; mirum est, homines non frequentius ægrotare.

Scholion.

Etenim & anni tempora, & varia tempestatum genera, & quævis ætatis partes suos peculiares edunt, & proferunt morbos. Deinde corpora diversi sexus, diversi temperamenti & habitus & dispositionis a parentibus accepta suos peculiares & proprios fovent morbos. Multum quoque juvat nosse, gracilia, an obesa, infirma, an robusta sint corpora, utrum perversæ vitæ & viæ rationes, an noxiæ & insalubres esculentorum & potulentorum assumitorum sint facultates. Hæc enim omnia ad morbos ingenerandos esse aptissima, nemini facile ignotum est. At vero inter tot rerum infestarum, quarum injuria corpus nostrum impeditur, discrimina, rarius homines graviori quodam morbo divexari mirandum est.

§. XLI.

Quamvis plures sint res insalubres & in generandis morbis aptissimæ, tamen non semper tanta potentia possunt, ut motus naturales universæ machinæ turbare valeant: cuius generis sunt perniciales stases & stagnationes humorum cum magna imbecillitate vel universi generis nervosi, vel certarum tantum partium junctæ. Ad harum vero caularum, quæ proxima merito dicendas sunt, productionem, non una remotor causæ, sed plures conspirare & consentire debent, & quoniam id rarius contingit, rariora etiam ex causis remotis via & morbi exsurgunt.

Scholion.

Meretur hæc adserio exemplo illustrari. Morbus ille familiarissimus, qui affectio hypochondriaca nominatur, est convulsa & spasmatica partium nervosarum præcipue ventriculi & intestinorum afflictio: hæc ut producatur, non una, sed plures

concurrere debent causæ. Neque enim sola a motu abstinentia, neque acidorum ac refrigerantium abusus, neque animi mœror, neque vasorum exilitas, neque pharmacorum, quæ stomachum lœdunt, copia, huic gravi malo, ingenerando sigillatim sufficiunt. Si vero inter hæc plura concurrunt, tota natura debilitatur, excretiones necessariæ sufflaminantur, ventriculi robur & digestio perit, ingens saburra, vitiisorum humorum primis in viis congeritur, adeoque & stagnatione sanguinis & excrementiorum humorum partes nervosæ vehementer afficiuntur, & ad spasti cas stricturas sollicitantur summa suble quente earum imbecillitate.

§. XLII.

Rariores quoque inter homines orientur morbi, quia mechanismus corporis nostri ad eorum causas avertendas eximie concurrit.

Scholion.

Tam sapienti constructa est corporis humani machina artificio, ut in continuo motu & solidæ & fluidæ ejus partes existant, cujus beneficio sanguinis & humorum infensissima quies, & statim continuo præcavetur, neque minus superflui, effici, inque corruptionem proni humores continenter per congrua sua emunctoria ejiciuntur. Præservatoriam itaque medicinam a benignissimo corporis nostri architecto in ejus structura & mechanismo positam solertia quisque medicorum animadvertisit, quam medicinam naturæ internam, & præservandi, accurandi methodum, si prudens medicus recte intelligit, & sequi, & imitari, eamque adjuvare scit, is certe non perfunditorie, sed rectissime officio suo fungitur. Cum itaque perpetuo corpori nostro assistat medicina, quæ in humorum circulatione & rerum inutilium excretione consistit, non facile morbi nascuntur, nisi violentæ admodum causæ, ut venenum, vel frigidus potus calefactio corpori immensus, aut vehementissima animi commotio. hunc motuum præservatoriorum ordinem, valide subvertant, & inturbent.

C. A P U T V.

De causarum morbificarum sede
& operatione.

§. I.

Corpus humanum quando a causis extrialibus, quæ motibus ejus naturalibus & proportionatis invertendis aptæ sunt, adscitur, non ut mere passivum, sed ut actuum reagens, & resistens considerandum est; quæ vivida corporis reactio in vera pathologia & therapia stabienda scitu valde est necessaria.

Scholion.

Nunquam enim causæ etiam morbosæ vires suas exerunt secundum suam activitatem, sed secundum receptivitatem, & dispositionem corporis partium; quatenus hæc illarum activitati magis, vel minus resistit. Et profecto consideratio & relatio illa virium, quæ causis morbificis insunt, ad dispositionem & motum partium fluidarum & solidarum corporis animati cognitu valde difficilis, difficultatem etiam in judicando parit, ut sèpe plus conjectura, quam firmior prædictio locum habeat. Ab hac diversitate corporum reagentium fit, ut idem dosi pharmacum valide vel leniter alvum vel vomitum moveat, & materia noxia in quibusdam corporibus nihil quicquam moveat, vel perturbet, in aliis vero ingentes turbas faciat.

§. II.

Ut causa morbi fiat activa, id est, ut motus naturales perturbandi vi polleat, certa ejus quantitas, sive ad agendum efficacia, & in corpore ad hanc recipiendam apta proportio requiritur.

Scholion.

Debet enim in morbis generandis & producendis conspirans consensus & peculiaris quædam inter causam efficientem & excipientem esse proportionem, sine quibus de natura, & effectu causarum morbificarum rite, & ~~et~~ ^{et} nihil quicquam statui unquam poterit. Hoc fundamentum, hic cardo morborum nascendorum est, neque aliunde, quam hinc omnis diagno seos,

feos, prognoseos, & therapias ratio est comparanda. Res vero sic se habet: omnes causę corporeę vires & potentiam suam in alia corpora non nisi motu, qui immunitatio status in corpore mobili est, exercere solent. Jam vero in omni corpore est resistentia, & nullus sit motus, nisi potentia activa movens vires alterius corporis resistentis superest. Si igitur causa morbi pernicialis vim & potentiam suam nocendi, & motus naturales turbandi in corpus nostrum exerere velit, opus est, ut tanta ejus sit potentia, quanta requiritur ad modum naturalem partium corporis nostri immutandum & destruendum, alias nihil efficiet: ex quo facile intelligendum est, quare exigua veneni portio, v. g. unicum granum arsenici albi, vel mercurii sublimati non peritendi habeat potentiam, præsertim in robustioribus, & cur exigua purgantis, vel emeticorum quantitas firmiores nihil moveat, imbecilliores vero satis valide exerceat.

§. III.

Corpora igitur, quo imbecilliora sunt, eo gravius a causa leviori nocente afficiuntur.

Scholion.

Verissima sunt, quæ Celsus prodidit Lib. I. Cap. 3. infirmitatem omnibus morbis maxime esse obnoxiam. In infirmorum vero numero maxime sunt ii, qui per nimias sanguinis profusiones, per diuturnos morbos, per famem, per assiduam vigiliam, per nimiam venerem, per gravem animi mœorem, & fatigationem vires, quæ optime corpora præservant, & quæ potentissim rerum noxiarum resistunt, exhaustur. Eiusmodi imbecillia corpora promptissime contagio afficiuntur, inque passiones epidemias incident, vel ab alia graviori causa facile ladduntur: ita non semel, sed saepius observavimus, a validiori sumto purgante, vel a vehementiori terrore feciminas a puerperio, vel ab abortu valde cruento exhaustas in spongiculum affectum illum spasmodicum, qui hypochondriaco-hystericus nominatur, & maxime omnibus imbecillis corporibus infestus est, incidisse.

§. IV.
Causa eo potentior ad nocendum est, quo subtilioris indolis, & majoris molis existit.

Scholion.

Uti in mechanicis celeritas cum massa comparata constituit impetum: ita quæ celerrime agit materia subtilis nocens, mole accedente, maximam in agendo potentiam producit. Omnis venenæ, & materiæ morbidæ virulentæ ea est natura, & indoles, ut ob summam partium aut sulphurearum, aut salinarum, causticarum tenuitatem celerrimæ operationis sit, ut in cicuta, napello, helleboro albo, arsenico, sibio emetico apparet, & sicut subtilissima, quæ aere vehuntur, morborum miasmata id testantur. Per se igitur liquet, vim nocendi eo esse vehementiorem, quo major materia virulentæ est moles.

§. V.

Omnis morbis inferendis aptæ causæ agunt vel in partes solidas vel in fluidas subtiliores sive in spirituosas aut humidæ.

§. VI.

Quæ in partes tenuissimas, sive spirituosas agunt cause omnium pessimæ sunt, quia vires, & robur corporis, a quibus vita pendet, destruunt. Nihil vero magis partes corporis nostri impetum facientes destruit, usque adversum est, quam putredo.

Scholion.

Constans est observatio, quod plurimum terroris, & periculi habeant illi morbi, qui putredinem intus alunt, cujus generis sunt omnes malignæ febres, ubi sanguis in intestina crassa effusus ater fit, & in foecidissimam abit putredinem, quæ brevi tempore perimit. Qui sphacelo, qui exulcerato cancro pereunt, ob putredinem, quæ celerrime subtilissimas sanguinis partes inficit, & vires adimit, extinguuntur. Narcotica, ut hyoscyamus, opium, stramonium, solanum cito necant, quia ob sulphur graveolens, & vaporosum, quo fluidas cerebri, & nervorum partes inficiunt, & contaminant, vires surripiunt, & motus vitales sistunt. Ingens etiam est potentia odorum in partes, quæ motum & impetum in corpore nostro

nostro faciunt, quod appetit in odoramentis fragrantioribus, quæ naribus subjecta in omnibus fere, qui nervorum & cerebri imbecillitate laborant, vehementes motuum turbationes in genere nervorum afficiunt.

§. VII.

Celerrime in sanguinem & partes fluidas agunt acida, auicta, actu frigida, & valde spirituosa, & quia incrassando, & coagulando liberum sanguinis, maxime per exigua vasa circuitum destruant, ad morborum chronicorum generationem plurimum conferunt.

Scholion.

Nihil frequentius in praxi medica occurrit, quam quod homines ex frigido potu ægrotent, inque acutas, & chronicas passiones incident, præsertim si ex labore sudanti & calefacto corpori offeratur. Nihil quoque frequentius observatur, quam quod ab acidorum abusu præsertim feminæ, & viræ sedentariæ addicte pessime se habeant, inque mensium suppressiones, & spasmodicas affectiones incurvant. Denique nihil familiarius est, quam quod homines ex potu spiritus vini largiori, præsertim matutino tempore, & vacuo ventriculo hausto in insanabiles viscerum corruptelas incurvant. Postremo: hæc tria, acida, frigida & spirituosa ad obstructions, & concretiones polyposas, quæ magnorum morborum somites, & crebriores causæ sunt, producendas omnium aptissima sunt.

§. VIII.

Agunt quam maxime nocentes, & morbificæ causæ in eas partes solidas, quæ motibus præsunt, cuius generis sunt nervoso-membranaceæ, & musculosæ, in quibus maxime motus morbosus, & præternaturales celebrantur.

Scholion.

Etenim partes, quæ motus secundum naturam ordinatos, & proportionatos efficiunt, fluidorum circulum regunt, motusque secretorios, & excretorios gubernant, & sanitatem efformant, sunt utique etiam motuum morbosorum opportunitum subiectum atque instrumentum.

§. IX.

Firma & perpetua naturæ lex est, quod omnes motus, & functiones in universo corpore tranquille, & placide peraganter, si partes, quæ motibus præsunt, qualec sunt nervoso-musculosæ, nullam a causa quadam violenta patientur injuriam. Quotiescumque vero illæ paulo vehementius agitantur, vel offenduntur, protinus insignis turbatio motuum, & functionum animi ac corporis subsequitur.

Scholion.

Naturalis enim tonus, robur & constitutio partium, quæ motus obeunt, quam maxime sanitatis negotium, & omnium functionum liberum exercitium dispensat. Quare firmum ac statum nobis est, quod in omnibus fere morbis, maxime moribus morbosis laetio nervosarum partium occurrat a causis morbificis, & nocentibus induita, adeo, ut quo major sit causæ impetus, & violentia in morbo, eo violentior laetio, spasmus vel motuum resolutio sequatur. Et quamvis intellectu non capere possimus omnium causarum morbificarum agendi modum, sufficit tamen ad scopum medicum, effectus nosse, eosque mechanica ratione produci.

§. X.

Agunt violentæ, & perniciiales causæ maxime mechanice in fibras corporis nostri motrices, eas vel nimium distendendo, aut comprimendo, constringendo, aut irritando, pungendo, arrodendo, discindendo, quæ actiones mox sequitur mutatio fibrarum in motu suo naturali.

Scholion.

Infenissima autem nervoso-musculosis partibus sunt omnis generis venena, animali commotiones, humores valde acres, caustici, acidi, stales quoque, & stagnationes humorum in vasis, & extra vas contingentes. Denique frigidum excessivum valde inimicum est nervosis partibus, quod etiam adfirmat Hippocrates *Sect. 5. aph. 8.* item de humidorum usu § 4. his verbis: *frigidum inimicum ossibus, dentibus, nervis, cerebro, dorsali medullæ.*

§. XI.

Recte igitur plurimorum morborum sedem

dem partes nervosæ, & membranaceæ, moru & sensu instructæ constituunt.

Scholion.

Morbi capitisi, ut epilepsia, variæ infantiae species, sensuum abolitiones, dolores, & affectus soporosi, membranis, quæ cerebrum, & sensoria investiunt, firmiter incident. Convulsivæ motiones, quorum etiam violentæ tusses, asthmata spasmatica, singultus, cordis tremores & palpitationes atroces, vomitiones & abortiones frequentes pertinent, nervosis partibus potissimum inhærent: sæviores ventris rosiones, dolores colici, iliaci, cardialgici, & qui dentes, artus, juncturas, & vias urinarias male habent, nervosis etiam partibus infixi sunt, nihilque dubii est, quin sava illa, quæ hypochondriacos & hystericas immaniter exercent, spastica symptomata in partibus nervosis & maxime in ventriculi ac intestinorum tunicis, inque mesenterii plêxibus & iis nervis, qui ad pulmones, diaphragma & pectora aibeant, sedem instructam habeant. Febris motus, & qui eos præcedunt, spasmos ad nervorum partiumque nervosarum pathemata referendos esse, nostra est sententia, quam infra fusi persequemur. Enormes illas sanguinis per menses, hæmorrhoides, pulmones aut nares, vel ventriculi venas, perruptiones identidem non sine spastico & adflictione generis nervosi unquam fieri, certissimum est.

§. XII.

Nulla in universo corpore pars tam fertiles morborum somites & materias fovet, quam canalis ille nervoso-membranaceus, qui ventriculi, & intestinorum nomine venit.

Scholion.

Longus ille canalis, qui alimentorum preparationi & egestioni præst, morbis ac mineris morboſis solennem quasi officinam præbet. Congeruntur ibi diversissimæ indolis, & subinde valde aliena alimenta: confluunt quoque ex universo corpore ibi succi excrementitii valde activæ & fermentescibilis indolis, ut sunt lymphaticalis, mucus, ipsaque bilis. Aliis excretoriis occlusis, & constrictis cutis tubulis fortes tenuissimæ indolis ad has vias depel-

li, ibique deponi consuecant. Si sanguis per venas meseraicas difficilis regreditur & transmeat per hepar, uti fit in hypochondriacis, cachecticis, senibus, stagnatione, impurus evadit, & feculentias per glandulas in intestinorum cavitatem infundit. Præter hæc nulla pars corporis est, ubi ob tot plicas, valvulas, flexuras & anfractus tam propte, tam facile, tam diu humores collecti hærent, morantur, ipsaque mora pessimam naturam induunt, quam prima in regione, & præcipue in ventriculo, in duodeno, & in coli flexuris. Accedit & illud, quod ipse aer pessimis subinde inquinamentis imbutus cum ipsis alimentis ad has vias immediate delatus ad fermentationes peregrinas, ad flatulentias concitandas sit omnium apertissimus. Ecquis igitur non perspicit, primam hanc regionem ob varii & pessimis saepe generis partium combinationes, fermentationes & diutinas moras amplissimam esse, imo instructissimam causarum & materiarum morbidarum officinam. Ex quo porro intelligitur, quam prudenter ii medici agant, qui in omni morborum curatione ate omnia ad statum primarium viarum mentem advertunt, & prospiciunt, ut per congrua evacuantia, emetica, laxantia, clysteres, vel etiam per temperantia, absorbentia, corrigentia & salia detersiva, & id genus alia morbos somites ibi contenti sive pessimorum humorum conferta faburra expurgetur.

§. XIII.

Plurimorum itaque morborum domicilium in ventriculo & primis viis collocandum est.

Scholion.

Omnis fere generis tam malignæ, quam benignæ febres maxime omnium vero intermitterentes, & ex his quotidiana, tertiana, simplices & duplices, biliosæ, cholericæ, & quæ lentarum nomine veniunt, somitem & mineram suam in duodenæ flexura positam habent. Pestilentiae morbus, & qui Hungaricus dicitur, & malignæ febres castrentes, item quæ epidemice ex aeris inquinamentis infestant, plerumque causam suam prima in regione fovent, & in hac operatione perniciem

lēm primum exserunt. Plurimi affectuum periodicorum, quo in numero maxime habemus pathemata dolorifica, & spasmatica, quæ remotas maxime partes exercent, a colluvie pessimorum succorum prima in regione collecta ut plurimum propullant. Cardialgia, summa circa praecordia anxietates, diarrhoeæ, dysenteriae, colericæ passiones, convulsiva infantum termina a materia corrosiva, acida, biliosa, ventriculi & intestinorum tunicis firmiter insidente incunabula sua trahunt. Continuae eructationes acidorum succorum, anxietates constrictoria, & inflationes sub costis nostris in sinistro latere dolorifica cum alvo constrictiori, quæ continenter sic distos hypochondriacos exercent, vix aliud quicquam designant, quam hujus morbi affectam sedem esse in ventriculo ac primis viis quærendam. Qui caput pessime habent gravissimi affectus, ut melancholia, mania, epilepsia, acerbissimi doctores, convulsiones, vertigines etiam, frequentissime ex male affectis primis viis oriuntur, adeo, ut vitiosorum humorum saburra per alvum, vel vomitum expurgata proutius mitiorem naturam induant. Dolores arthritici, podagrī ibi etiam causam suam delitescensem lèpissime habent; hinc fit, ut si statim in principio clementi medicina sordes per alvum educantur, lenissime hi affectus incedant. Sed prolixius hæc omnia persecuti sumus in Dissert. quæ agit de duodeno plurimorum morborum sede.

§. XIV.

Quia morbi & motus morbos in membranis nervoso-musculosis maxime resident, & causæ morbiferae exitiales in has primario agunt, facile patet, pro differenti harum partium textura, & ad motus anomalos dispositione multum discrepare effectus lœsionum.

Scholion.

Constanti notavimus experientia, quod corpora, quæ fibras habent tenerioris, & sensibilioris textura, temperaturæ sunt cholericæ & ætatis juvenilis, longe acerbiores dolores, convulsivas artuum tractiones, spasmos, anxietates & febres impetus experiantur, quam ubi fibræ sunt densiores, laxiores, & ubi temperamentum

est phlegmaticum, segnius, & proiectior ætas. Ita interceptio solennis mensum fluxus in juvenculis teneroris texturæ atroces spasticas, & convulsivas nervosarum partium tractiones parit: in torpidis vero & habitus corporis spongiosi & laxioris fœminis decolorē faciem, pedes tumidos, & insignem languorem potius inducit, & morbum cachecticum, qui chloroseos nomine venit, progignit.

§. XV.

Cum igitur infensa morborum causæ principaliter in partes sensiles, & nerveas agant, atque morborum plurimi, & præcipui nihil aliud sint, quam acerbæ generis nervosi afflictiones, plurimum utique refert, ut medicus in quovis morbo nervorum systematis dispositionem, imbecille, an validum sit, ad motus anomalos propclive, nec ne, probe noscat.

Scholion.

Supra jam satis ostensum est, motus præternaturales in morbis non solum suis causis deberi, sed maxima ex parte a dispositione subjecti, in quod agunt, dependere. Quapropter inter causas morborum præcipias partium nervosarum constitutio jure meritoque reponenda venit, quia hæc ipsa activitatem, & effectum causarum morbidarum valde immutat, atque modificatur. Juvat itaque, si quis morbum curandum suscipiat, ante omnia inquire, quale sit genus nervosum, validum, an imbecille, & valde sensibile, & utrum hic imbecillitas sit inveterata, an recens, a peruersis animi passionibus, nimia venere, vigilia, ebrietate, acidorum abuso, vel ab imprudenti medicatione inducta, vel an a nativa, & hæreditaria dispositione, vel a præcedenti graviori morbo dependeat, ubi certe omnis erit supervacanea cura, quæ in evacuatione, aut remotione causarum materialium est occupata; sed tum potius id efficiendum erit, ut commoda, & benigna vivendi ratione, ac medicina amissum robur, & tonum nervosis partibus restituamus.

§. XVI.

Homo præ omnibus aliis brutis animalibus, & copiosius cerebrum, & nervosæ tenerioris texturæ, & subtilioris sensatio nis.

nis obtinet; ideo fit, ut longe frequentius ægrotet, & gravioribus morbis obnoxius sit, quam quodvis ex animantibus.

Scholion.

Hujus asserti veritatem ipsa experientia, optima rerum magistra, stabilit, atque confirmat. Rarissime febres, vel epilepticas convulsiones in animantibus animadvertisimus, statas sanguinis eruptiones nunquam videamus, neque pathemata spasmodica, quibus maxime adfligitur genus humanum, in illis locum inveniunt, unde ob horum defectum impetuosiores sanguinis & humorum ad alia loca congesiones, & translationes non observantur: sed brutorum morbi magis ex sanguinis & humorum copia, stagnatione, extravasatione, suppuratione, & viscerum corruptela, ac sphacelatione subnascuntur. Utut vero homo gravius, & frequentius ægrotet, quam ullum animal brutum, ramen vita omnia fere animantia exsuperat. Causa, quod frequentius morbis laborent, in sensibili solidarum partium textura, ad motus febiles, & spasticos suspiciendos admodum idonea, quærenda est. Quod vero diutius vivant, hæc causa videtur: sanguinis & humorum in corpore animantium stases, nisi removeantur, mortem intendunt, eamque certissime inferunt: jam autem ea est motuum febrilium, & spasmodicorum indoles, ut plerumque salutarem effectum exerant in resolvendis, discutiendis, & tollendis perniciibus illis sanguinis, & humorum stagnationibus. Quo cognito jam facile elicitur ratio, quare homines natura sensibiores, & imbecilli frequentius quidem morbis laborent, faciliter vero convalescant, & diutius quoque subinde vivant, quam qui natura robusti, & valentes sunt, atque rarius morbo afficiuntur.

C A P U T V I .

*De differente morborum ratione,
causarum indole, atque
effectu.*

§. I.

INgens est morborum ratione effectuum differentia, quæ unice a differenti causarum, quæ eos inducunt, indole, virtute, atque actione desumenda est.

Scholion.

Omnis quidem morbi in eo convenient, quod functiones corporis vivi, & sani lardant. Quia vero id differenti modo, gradu, atque effectu fit, quærendæ utique hujus differentiæ erunt causæ, quæ partim in materia lardentis perniciose natura, partim in locis, & partibus affectis, partim in ipsis corporis ægrotantis natura resident. Quanta sit causarum morbificarum differentia, supra jam ostensum est; loca vero, quibus ex insident, insignem quoque faciunt differentiam, quod jam olim agnovisse videtur Hippocrates cum Lib. de flatibus §. 4. ait: *morborum omnium unus, & idem modus est, locus vero ipse eorum differentiam facit.* Maxime omnium vero differentem morborum naturam, atque effectum ipsius corporis, quod ægrotat, natura reddit. Si quod enim illud imbecille, vel senile sit, si viscera sint corrupta, vel obstruta, si quedam viscera natura, vel in veterata imbecillitate laborent, si venæ sanguinis puri, vel impuri copia turgent, si tonus ventriculi, & intestinorum destructus sit, & prima regio vitiosorum humorum, aut vermium copia referta sit, si menses, vel alias solennes evacuationes interceptæ, si nervorum sistema ad spasmus valde proclive: tunc profecto una, eademque morbi causa valde discrepantem ratione symptomatum, eventus & curationis producit effectum.

§. II.

Exquisita morborum differentia medentibus scitu admodum est necessaria.

Scholion.

Morborum plena, & exacta ratione differentis causæ, & effectus cognitione medi-
cum

cum tum in prognosi, tum in curando multum juvat. Nam secundum Hippocratis effarum Libr. de articulis §.6. prædictiones morborum splendida sunt, ac gloriose ex cognitione, quo, & qualiter, & quando singuli desinant, sive eo vertantur, ut incurabiles fiant, sive curationis spem exhibeant. Tum differens morborum ratione causarum indoles & aptiorem, & certioremedentem reddit, ut sciat, quæ medicamenta, an debilia aut fortiora, quo tempore, quæ dosi sint porrigenda & an salus vel spes curationis ab iis sit expectanda, nec ne.

§. III.

Quidam morborum sunt acuti & breves, quidam longi; illi ex statibus inflammatorii viscerum vel a lassione partium nervo-membranacearum ab inhærente acri caustica materia; hi vero potius ex humorum & sanguinis stagnatione & spasmis ortum suum habent.

Scholion.

Plurimum refert, ut medicus sciat, an morbus, quem curandum suscepit, sit acutus vel longus, siquidem ille cito finitur, vel cito hominem tollit, neque periculi expers est: nam si statim non discuruntur & removentur, in exitialem putredinem & spacelum transeunt. In longis morbis secundum Celsum Lib.3. cap.1. neque sanitas, neque exitium est in propinquuo, sed diutius perseverant; acuti vero periculi non sunt expertes, quia plerumque inflammatorias statim viscerum vel partium nervo-membranacearum lassiones pro causa habent, quæ nisi natura adjuvante, quæ in hisce morbis optima est medicatrix, per auctiores motus removentur, in exitialem putredinem transeunt. Hippocrates Lib.1.de morbis §. 18. in acutorum classem maxime reponit inflammatorias & acutas febres, phrenitidem, peripneumoniam, anginam, pleuritidem; inter longos vero refert tabem, alvi fluxum, podagram, arthritidem, cachexiam, coxendicum morbum, stranguriam, in senioribus nephritidem, hæmorhoides, ani fistulas, in mulieribus fluxum sanguinolentum. Quod pertinet ad curam acutarum illud sciendum est, quod natura ibi plus sibi vindicet, quam ars, quare secundum Celsum l.c. magis ignoscendum medico-

est, parum proficiens in acutis morbis, quam in longis. Hic enim breve spatium est, intra quod, si quod auxilium non profuit, æger extinguitur: in chronicis & deliberationi mutationi remediorum tempus patet, adeo ut raro, si inter initia medicus accesserit, obsequens æger sine illius vito pereat; & monet idem Celsus, quod in cura eorum non statim contemnendum sit, si quid non statim profuit, neque statim removendum, si quid paululum saltem juvit, quia defectus tempore expletur.

§. IV.

Sunt quoque morbi vel continui vel intermittentes: illi dicuntur, ubi sine intermissionibus accessiones & symptomata urgent, quia eorum causa firmus nervoso genere & partibus membranaceis insident, ubi universalem & continuum quandam spasmum, ut in febre sit, efficiunt. Si vero latentes causæ a partibus vitalibus paulo remotores sunt, & in primis viis vel exercitoris consistunt, tunc spasmi intermittunt, & symptomata plane ad tempus quiescent, postea certis periodis redeunt.

Scholion.

De continuis illud circa praxin tenendum est, quod plus habeant periculi, quam intermittentes, quia continuo & sine intermissione, ut non æquali vehementia, universi corporis functiones lœdunt, & vires frangunt, quæ penitus fractæ causis & effectibus morborum removendis non amplius sufficiunt. Accedit, quod in continuis, & ubi natura est in motu, valida auxilia nunquam proficient. Quia vero vacuo tempore vires elanguidæ recolliguntur, & spasticis motibus conquiscentibus omnia tranquilla redditæ sunt, non tantum adest periculi, & medicamentorum etiam expeditior & certior est operatio, utpote quæ ex male habentibus primis viis longe citius hostiles causas exturbare, quam ex interioribus nervorum & viscerum sedibus propellere possunt.

§. V.

Morborum acutorum alii sunt benigni, alii maligni: in illis non tam perniciens indolis est causa morbi, neque tanta labes & proclivitas ad corruptionem, quam in malignis, qui facile inclinant in putredinem vitæ & viribus infensissimam.

Scholion.

Quia benigni a causis non adeo vita infestis producuntur, symptomata sunt mitigatione, & tempora sua, ac ordinem servant in excretionibus criticis, & remediorum etiam viribus magis obediunt, & ex hisce raro pereunt homines, nisi magna ægrotantium vel medicorum culpa. Quia vero malignorum causæ grassantur magis in eas partes corporis, quæ motum & impetum faciunt & solidorum robur firmant, hinc vires, a quibus vita proxime pendet, valde prosterunt, & insuetis incedunt symptomatibus, inconstantis sunt decursus & expertorum etiam remediorum vires eludendo plures perimunt.

§. VI.

Dantur quoque ex morbis chronicis quidam maligni, & hi fiunt, si succi valde imputri & in putridam corruptionem proni sunt.

Scholion.

Ita scabies, gonorrhœa, purpura, intermittentes febres, scorbutus, diarrhoeæ dantur benignæ vel etiam malignæ. Horum indoles ut plurimum a constitutione ipsorum corporum laborantium dependet, si succis impurioribus in corruptionem pronis venæ magis vel minus refertæ, siue partes solidæ adhuc robustæ vel a robore penitus dejectæ sunt. Et quia temporum anni mutationes & præcedentes constitutiones tempestatum præternaturales magna potentia gaudent corporis nostri succos prava diathesi imbuendi & ad corruptionem eos disponendi, hinc efficitur, ut arthritides, intermittentes febres, purpura, quæ alias satis benigne & placide incedunt, pestilios mores induant, neque absque omni periculo sint. Chronicis quoque malignis merito annumeramus cancrum, si in exacerbationem abit, item sphacelum, qui a causa interna fit, quandoquidem summam dyscrasiam & promitudinem sanguinis & humorum ad putridam corruptionem indicat.

§. VII.

Morborum quidam sunt communes, qui plures uno in loco invadunt & Græce dicuntur epidemii. Quidam non multos communiter, sed separatim sparsimque adprendunt & sporadicæ vocantur. Illi a com-

muni causa, nempe aeris vitio & inquinamentis, hi a pravæ vitæ & viciis ratione nascuntur.

Scholion.

Epidemii certis tantum temporibus prædeunt, & quia aeris vitiis & alienis exhalationibus & inquinamentis in eo contentis temporumque constitutioni plane præternaturali debentur, sit, ut in uno districtu plures invadant. Quia vero harum mutationum aeris magna est differentia, neque unius ejusdemque semper indolis sunt inordinatae aeris constitutiones & exhalationes in eo contentæ noxiæ, quæ diversissimo sepe genio & moribus incedunt, accedit, ut non una semper methodo curationem recipiant, sed quæ uno tempore prouult remedia, alio noceant, neque etiam eadem auxilia omnibus ægris propter dissidentem vim, atque naturam convenient. Solerti itaque & periti est medici, morborum, qui grassantur, origines & causas a priori, id est, ex præcedenti temporum ac tempestatum habitu probe cognoscere, eo consilio, ut postea communes ejusmodi afflictiones convenienti dæta vel auxilio avertere, & corpora ab iis præservare possit. Nihil enim præstantius est, quam sub præternaturali temporum morbororum constitutione accuratori vitæ & viciis ratione invigilare, ut vel morbi communiter grassantes arceantur, vel corporibus bene sic præparatis modestius, & benignius se exhibeant.

§. VIII.

Alia quoque est morborum endemiorum, alia pandemiorum ratio: hi spectant ad universum populum, & quasi sunt plebeii ac vulgi fecem maxime afficiunt, atque uno eodemque tempore in multis cujuscunque sexus, temperamenti, ætatis, conditionis, aut generis vitæ fuerint, promiscue grassantur ac desæviunt, cujus generis sunt morbi pestilentes. Eadem vero certis locis proprii sunt & inquilini, & ab aere, situ loci, vieti consueto, & pravis aquis nascentur.

Scholion.

Ad morbos pandemios maxime pertinent castrenses, qui ex fame & annonæ difficultate, ex insolentium & eorum, a

quibus natura plane abhorret, eis, ex aliamentis, quæ uliginosis in locis ac fecundis justo diutius condita fuerunt, vel situ putrilineaque obsita, atque inquinata sunt, vel ex ingurgitatione aquarum stagnantium nascuntur. Hoc genus morbi sunt febres dysentericæ, diarrhœæ, morbus Ungaricus, anginæ. Ad pandemios referri etiam debent, qui ex frugibus sideratis, ærugine, quæ pestis segetum est, obductis, fecali corrupto & lolio temulento infecto originem suam traxerunt superioribus annis, cuius generis exemplum nuper habuimus, cum ob copiam pluviarum tumultum lolum fecali admixtum miras convulsiones excitavit. Endemiorum, qui certis regionibus, vel etiam locis proprii sunt, causa varia sunt, quas longa serie enumeraavimus & pertractavimus in *Dissertatio-*
ne de morbis endemiosis.

§. IX.

Sunt quidam morbi contagiosi, quidam contagii plane expertes; illi ex subtiliori miasmate fermentalis indolis proveniunt, quod cum aere & aliamentis in ventriculum descendit, & primum succos ibi contentos, postea lympham & sanguinem inficit, atque corruptum.

Scholion.

Ex contagiosorum classe maxime eminent pestis & omnes febres petechiales & catarrhales malignæ, item variolosa, morbillosa, dysenterica. Ex numero chronicorum scabies, lepra, lues venerea, gonorrhœa virulenta, ulcera mali moris sunt. Res notata dignissima est, quod omnes febres acutæ, quæ ex sanguinis inflammatoria stali sunt, item morbi chronicæ, qui ex viscerum corruptione nascuntur, a contagio sint immunes; contra vero, qui a lymphæ corruptione & putredine sunt, fermentativæ & multiplicativæ indolis sint, & contagio se propagant. Sanguinis enim putredo sphacelosa sive internis, sive externis partibus insideas, propter infectionem minus est terribilis, quia crassioris paulo est textura, & sensus afficit, sed quæ in tenuissimo lymphatico humore residet, penetrantioris est naturæ, quia in poros altius se insinuat, & fluidas partes in intestinam similem motionem promittissime abripit.

§. X.

Morbi sunt vel simplices, vel compositi; illi dicuntur, qui ab una morbi causa proxima oriuntur, hi vero sunt, cum plures causæ ad morbum producendum conspirant.

Scholion.

Sæpiissime fit, ut compositi appareant morbi ita epidemii cum endemiosis frequenter miscentur, febres omnis generis, item variolæ, morbilli, catarrhales & aliae gra-
fantes sepe cacoehymicos, scorbuticos, hypochondriacos, vermis laborantes, arthriticos, & lue venerea infectos invadunt, & tunc semper minus tractabiles sunt, multumque medentibus facessunt negotii, quia simplici methodo & remedii alias morbo appropriatis non obtemperant.

§. XI.

Differens quoque morborum idiopathi-
corum & symptomaticorum est ratio. In iis morbi causa functionum turbationem efficit, ubi sedem suam habet. Quando-
cunque vero causa morbi in alio loco resi-
det, quam ubi functiones turbat, sympto-
maticus morbus dicitur.

Scholion.

Ita epilepsia & convulsiones, si quando-
dentium dolori ex eorum eruptione vio-
lenta, vel atrocioribus intestinorum tor-
mentis, aut calculo vel vermis supervenient,
morbi habendi sunt symptomatici. Idem fit, si vertigo, si capitis dolor, si tin-
nitus & difficultas auditus, aut melancho-
lia ex male affecto ventriculo, cruditate
acida ibi hærente & spasmos ac inflationes
concitante subnascitur. Ita quoque vomi-
tus symptomaticus est, si dolori ex calculo
supervenit, & tussis symptomatica fit, si
ab acidorum, & acrum humorum subura
primis in viis cõgesta oritur. Epilepsia idio-
pathica est, qua supervenit graviori capi-
tis pertusione, si festucæ, vel fragmenta
cerebri membranis infixæ sint; vomitus
idiopathicus fit pyloro existente erofo, vel
duodeno, humore corrosivo, bilioso op-
pleto. Tussis idiopathicæ pulmonalis est,
si tubercula, obstructions, aut vomicæ
ibi hærent, vel serum acre a sanguine se-
cedens bronchiorum membranis altius in-
sidet. Hæc distinctio inter morbum idio-
pathi-

pathicum, & symptomaticum magni momenti est in praxi medica, nam facilius semper symptomaticus tollitur, si causa in prima regione, ubi facile corrigi, & evacuari potest, hæret, ac si altius interioribus visceribus fuerit infixa. Dein curato morbo principali secundarii, & symptomatici sua sponte desinunt, & solvuntur. Tandem vero, & illud sciendum est, quod morbus acutus aliis acutis, cœu symptoma superveniens lethalis plerumque sit, quia exhaustis jam a magno morbo viribus, alias magnus superveniens non potest tolerari. Ita phrenitis, vel inflammatio ventriculi, quando supervenit acutis, plerumque necat.

§. XII.

Morborum alii sunt, vel genuini, alii corrupti. Priors suum genium, typum, progressum, atque effectum decenti tempore, & ordine observant; posteriores ex perverso laborantis régimine, aut errore medentium alium plane, & pejorem morrem adsumunt.

Scholion.

Corrupti morbi plerumque sunt effectus malæ administratæ curæ, si e. g. intermit tens febris ante correctionem, vel evacuationem materiæ peccantis intempestive fa migerato illo chinc cortice, vel alia adstringente medicina reprimitur, vel si exanthemata cum febre sociata, ut vario la, morbilli, purpura, paulo calidioribus, & expellentibus præpostere tractantur, vel si solennes, & statæ excretiones, v. g. mensium, hæmorrhoidum nimia va lidioribus constringentibus intercipiuntur, vel si virulenta gonorrhœa intempestivis adstringentibus, aut calidioribus balsamis præpostere fititur, aut excretio quædam critica supprimitur. Tunc enim plerumque insueta, & deterioris indolis symptomata, ac ordinario fieri solet, sequuntur, & tum certe artis, & laboris est, corruptos hos affectus pristinæ sive formæ restituere. Pulchra sunt, quæ circa hanc rem suo jam tempore monuit Celsus lib. 3. cap. 2. multum interest, ab initio quis recliteratus sit, an perperam, quia curatio minus his prodest, in quibus assidue frustratur. Plura de hac materia legi possunt in-

dissertati nostra de conversione morbi benigni in malignum.

§. XIII.

Dantur morbi recidivantes, qui ad tempus silent, postea majori vehementia, & periculo recurrent, partim ob causam non penitus sublatam, & in corpore adhuc reliquat, quæ cum tempore vires sumens pejorem effectum producit; partim ob insignem partis affectæ imbecillitatem a morbo inductam, quæ promte, data causa occasionali vitiosos motus repetit.

Scholion.

Ex recidivantium numero sunt maxime intermitentes febres, si imperite, quod plerumque fit, tractantur, nec perfecte sanantur. Recidivant quoque sanguinis nimiae per hæmorrhoides, per pulmones, per ventriculum proptiores, quæ plerumque ob validorem spasmodum primarum viarum, & a nimia sanguinis abundantia, vel bilis acrimonia nascuntur. Recidivant quoque asthmata, affectus apoplectici, paralytici, capitis dolores, qui ex raptu sanguinis ad caput ob violentos in imo ventre spasmos producuntur, qui si partem a morbo priori debilem reliquit inveniunt, facile periculosas stagnationes de novo ibi efficiunt. Ipsa quoque experientia deprehendimus, quosdam ex morbis chronicis, qui sublati videbantur, recurrisse, ut icterum, hydropem, phthisin, luem venereum, scorbutum, purpuram; in feminis maxime abortus.

§. XIV.

Redeunt quoque certo anni tempore, quo primum invaserunt, quidam morbi, & hi vocari solent anniversarii.

Scholion.

Nullum anni tempus facilis eosdem morbos revocat, quam vernum, & autumnale, ob sanguinis copiam, quæ spasmos efficit, & sanguinis congestiones, quas veteres raptus vocarunt, ad alia loca. Ita maxime narium hæmorrhagia, pleurides, peripneumonia, cephalalgia, asthmata, in autumno certo, & statu mente saepius revertuntur ob congestos multos impuros humores, & ob aeris inæqualitatem frequentiorem, quæ ingentem imbecillitatem partium antea laborantium de-

nuo produceit. Ita quoque redeunt arthritides, podagra, malum ischiadicum, diarrhoea, catarrhales febres, defluxiones rheumaticæ, qui morbi etiam in senioribus, & imbecillioribus verno tempore stata sua anni temporis servant.

§. XV.

Alia est differentia morborum recentium, alia antiquorum, & habitualium, illi in partibus magis fluidis, hi magis in solidis vitium suum positum habent.

Scholion.

Omnes morbi recentes facilius admittunt medicinam, quam inveterati, eo quod vitium, in partibus fluidis consistens, facilius emendari potest, quam illud, quod in partium solidarum, viscerum vel nervorum depravata constitutione hæret. Affectus quoque spasmoidici, & qui in habitum, atque consuetudinem abierunt, uti videmus in hypochondriacis, & doloribus inveteratis, difficulter, & ægerrimo sanationem recipiunt. *Hippocrates*, antiquos morbos difficilius curari, quam recentes adserit. *Lib. de locis in homine* §. 47. quia morbos antiquos primum recentes facere oportet.

§. XVI.

Sunt quoque morbi, vel hæreditarii, vel adventitiæ; priores in solidæ cujusdam partis vitio, & imbecillitate nativa causam suam positam habent. Adventitiæ prævæ vixit, & vitæ rationi, & omnibus, quæ fluidorum crasis destruant, accepti sunt referendi.

Scholion.

In affectuum hæreditariorum numero sunt epilepsia, mania, melancholia, apoplexia, qui in mala, & nativa constitutione cerebri fundamentum suum habent. Ex pulmone, si imbecillitate nativa laborat, nascitur hæmoptysis, & phthisis; ubi a natura male affectum est hepar, cachezia, & hydroœs cum tempore oriuntur: ubi ventriculi, & intestinorum tubus nervoso-membranaceus a tono suo plane dejectus, & ad spasmos ac flatulentias a natura promitus est, molestissima illa adfætio, quæ hypochondriaca audit, producitur. De congenitis vero morbis scribit *Hippocrates* *Libr. 2. predict. §. 11.* quod qui

hifce corripisuntur, ægre ab ipsis liberentur.

§. XVII.

Alia morborum species est congruorum, alia incongruorum; illi dicuntur, qui certis ætatibus, temperamento, sexui, anni temporibus convenientes, & familiares sunt: incongrui vero appellantur, si plane hifce non respondent.

Scholion.

De hifce morbis tale judicium fert *Hippocrates* *Sect. 2. aphor. 3. 4. minus periculoſe agrotant si, quorum vel naturæ, vel ætati, vel consuetudini, vel temporis familiaris est morbus, quam quibus horum nullus affinis cognatusque existit.* Et ut rem planiorem faciamus exemplo, epilepsia, variola, morbilli, infantilæ ætati sunt maxime proprii, faciliusque tum solvuntur, ac leviores sunt: si vero hifce juvenis, vel vir labrat, ob strictiorem fabrarum habitum longe periculosior est eventus. Hæmorrhoides, & apoplexia senibus familiares, si primam ætatem infestant, aliquid monstri alunt. Febres tertianæ ætati convenientiunt, & citius etiam tunc finiuntur; ubi vero, si autumnali tempore incident, pertinacissimæ indolis sunt: menstruæ purgationes circa quinquagesimum annum discedunt, si vero in senili ætate accedunt, sanguinis eruptiones gravissimæ, & quæ periculo non vacant, esse solent. Pleuritides, si juvenilis ætas est, facile solvuntur, in senili ætate ut plurimum necant. Plura, quæ ad hoc argumentum pertinent, tractavimus in *Dissertatione de morbis incongruis*.

§. XVIII.

Diversi quoque sunt morbi ratione ætatum, dum quidam in pueritia, alii in adolescentia, & juvenili ætate, alii in virili, & senili oriuntur.

Scholion.

Observatione digna sunt, quæ de morbis ætatum *Hippocrates in Coacis Prænotiis Sect. 3. §. 95. profert:* morbi ante pubertatem non sunt peripneumonia, pleuritis, podagra, nephritis, varix circa tibias, fluxus sanguinis, hæmorrhoides. Horum morborum nullum ante pubertatem fore, expectandum est: verum ab anno decimo quarto usque ad quadragesimum secundum natura corpore.

peris morborum omnis generis ferax est. Rursum ab hac etate usque ad annos sexaginta tres non sunt strume, neque lapis in vesica, nisi prius existat, neque defluxus medullae spinalis, neque nephritis, nisi ex alia etate comitentur, neque haemorrhoides, neque fluxus sanguineus, nisi prius fuerit. His usque ad senectutem absunt morbi.

§. XIX.

Memorabile est, quod etates suos proferant morbos incipiendo a capite, & superioribus partibus, successu temporis ad alias inferiores, & extremas progrediendo.

Scholion.

In infantia caput maxime petitur, ibique ob nimiam humiditatem, & fibrarum flacciditatem, neutiquam vero ob pulsionem sanguinis ad caput, a natura sapiente institutam eo consilio, ut per nares nimia sanguinis copia excernatur, sunt a stagnatione seri achores, & tinea capitis, crusta lactea, fluxiones ex auribus, epilepsie, glandularum tumores, parotides, ophthalmiae, lippitudines; in adolescentia gravidae, coryzae, cephalalgiae; in etate juvenili, & virili morbi magis pectoris invadunt, & tum magis tusses siccæ, pleuritides spuriae & verae, peripneumoniae, pulmonum vomice, phthisis, circa hypochondria & praecordia spasmi, ardentes febres, alvi constrictiones. In prima senectute haemorrhoides fluentes vel coeca, flatulentiae, ieterus, quartanae, cachexia, calculus renum, colicæ flatulentæ, in proiectiori vero senectute morbi magis adhuc descendunt in ima viscera & regionem corporis infimam, unde scorbutus, cachexia, stranguria, calculus vesicæ, tenesmus, haemorrhoides ulcerose, podagra fixa, malum ischiadicum, gonagra, marasmus, atrophia, mictus cruentus, in foeminis profusiones sanguinis enormes per uterus contingunt.

§. XX.

Morbi etatum fundamentum suum maxime habent in dispositione solidarum partium ad motum & ad humores commotos, & congestos recipiendos.

Scholion.

Etenim in etate prima, & adolescente, & juvenili magno impetu humores sursum

feruntur propter validum elaterem, & tensionem, ibique postea, si ob partis jam antea affectæ imbecillitatem, statim vel stagnationem efficiunt, facile hos morbos procreant. Quoniam autem paulatim, & procedente tempore hic vigor, hic motus, hoc robur partium remittit, imo plane deficit, illud efficitur, ut ob laxitatem partium solidarum magis humores inferiora petant, & descendant, ut in abdominis visceribus stagnationes, & ab his morbi chronicæ, & imi ventris fiant.

§. XXI.

Morborum alii sunt sanabiles, alii insanabiles; illorum virtus magis consistunt in partibus fluidis, quæ faciliter emendari possunt: horum causæ in tanta labie viscerum positæ sunt, quæ medicina nulla superari potest.

Scholion.

In morbis insanabilibus præcipui sunt hemiplexia, vel paralysis in veterata, surditas & gutta serena antiqua, heptica ex viscerum corruptione, hydrops ascites ex induratione viscerum, cachexia scorbutica ex corruptis visceribus, hydrops pectoris ex polypo cordis, vel vasorum pulmonalium, cordis palpitatio, vel asthma ex polypo, calculus renum per plures annos affigens, mania in veterata, cancer exulceratus, sphacelus a causa interna, podagra hereditaria, gonorrhœa in veterata ex prostatarum fistulis, exulcerationes pulmonum fistulosæ, calculus vesicæ, exulceratio vetus uteri, chlorosis, & sterilitas ex polypo vasorum uterinorum, marasmus senilis.

§. XXII.

Distinctio inter morbos sanabiles, & insanabiles non caret suo usu in medicina.

Scholion.

Præclara sunt, quæ hac de re prodidit Hippocrates Libr. de articulis §. 6. possit aliquis dicere, extra medicinam talia esse. Quid enim opus est de his, quæ incurabilia facta sunt, amplius tractare? At hoc facere multum resert. Ejusdem enim professionis est, hoc cognoscere. Non enim fieri potest, ut inter se dirimantur. Oportet enim curabilia ita tractare, ut ne incurabilia fiant, ea intelligentia, ut quam maxime prohibeamus, ne ad hoc devenant.

§. XXIII.

Plurimi ex morbis sunt salutares, non nulli etiam exitiales: illi restituunt hominem pristinæ secundæ valetudini, vel etiam corpus præservant a gravioribus malis; hi ad perniciem, vel destructionem corporis vergunt.

Scholion.

Morbi salutares dicuntur, quia salutarem habent exitum, dum motibus suis extraordianariis, & vehementioribus a causa perniciali morbida corpus liberant, quatenus eam, sive discutiendo, sive foras ejiciendo a corpore removent.

§. XXIV.

Morbi plurimi ex salutaribus solvuntur excretionibus, sive sanguinis per varia excretoria, sive propulsione excrementi humoris ad habitum corporis, vel per sudorem, aut transpirationem austam, sive per crebriores dejectiones.

Scholion.

Non omnes morbi, qui cum excretionibus junguntur, salutari semper sine, atque effectu gaudent, sed ita tantum, qui cum levamine fiunt, & causam, a qua motus morbos orti sunt, evacuant: si videlicet morbi non tam a qualitate vitiosa, & motu inordinato, quam a copia nimia vitiosæ materiæ nascuntur.

§. XXV.

Ex morbis salutaribus eminet maxime febris, quæ summum præsidium, & medicina sèpius est corpori, illudque non tantum a causa morbifica, sed a graviori morbo, imo morte præservat.

Scholion.

Præclara sunt, quæ refert *Celsus de Asclepiade*, quod febre ipsa præcipue se ad remedium ut. professus sit, & lib. 2. cap. 8. scribit: *febris, quod maxime mirum videri potest sepe præsidio est.* Sanguis enim, cum in febre majori celeritate per omnis generis tubulos fertur, ipsas periculosas stras, & stagnationes sensim paulatimque resolvit, humorum nimiam copiam consumit, obstructa, & constricta excretoria, & tubulos tandem aperit, & liberum sanguinis, & humorum reddendo circulum, omnes suppressas evacuationes restituit. Quod si itaque hæc præstat, utique talis febris salutaris dicenda est.

Porro omnes febres, quæ cum levamine ad partes extremas materiam nocentem ex-turbant, uti sunt variolosa, morbillosa, purpuracea, arthritica, catarrhalis, & quæ dejectiones copiose comitantur, salutares quoque morbi sunt. Pleraque etiam intermitentes febres, si sibi relinquuntur, & remoto eausæ morbificæ arte adjuvatur, nec postera medicina, aut diæta impeditur, saluti & præsidio potius sunt corpori, quam detrimento, & corpus ab aliis gravioribus malis vindicant. Maxime omnium vero febres catarrhalis cum tussi, cum coryza juncta, omnium saluberrimæ sunt.

§. XXVI.

Morbi & febres, quæ ad exitium & summam perniciem tendunt corporis, sunt, qui a vehementiori inflammatione, a partium nervosarum corruptione, & sphacelo interno nascuntur, item inflammations, quæ alii gravioribus morbis superveniunt, ut sunt phrenitis, & inflammatio ventriculi, ac intestinorum, vel illæ febres, atque excretiones, quæ a gravissimo animi affectu, ab adsumto veneno, a bile caustica, a gravilæsione externa partium nervosarum, a vermis intestina rodentibus, a fistibus, ab hernia incarcerata, a nimis doloribus fiunt, quia omnes hi morbi, & motus morbos, non ita sunt comparati, ut causas removeant, sed potius lassiones reddit graviores, & in extremam perniciem, ac imbecillitatem, vel universum genus nervosum, vel certæ partis tonum, ac robur præcipitant.

Scholion.

Ex hisce jam omnibus clarissime apparet arbitror, quanta cum cura, & solertia motus, qui in salutarem finem tendunt, & qui perniciem adferunt, sint distinguendi; nam in illis naturam adjuvare, & ejus negotium promovere debemus, ubi pestilens error est, si ejusmodi motus sine respectu ad causam latim sistamus; cum contra perniciales omnes motus, qui nihil salutare praestant, sed vires magis exhausti, utique protinus, & sedandi, & profligandi sint.

§. XXVII.

Distinctio etiam non exigui usus in medicina admittenda est inter morbos frequentes, & rariores. Priora dicuntur, qui crebrius

brius, & fere omnes homines invadunt; posteriores tales sunt, qui rarius, & tempore, & numero eveniuntur.

Scholion.

Omnis quidem morbi in genere rariores sunt, id est, minus frequenter homines infestant, si consideramus tantum rerum insalubrium, & nocentium, quibus perpetue corpus humanum objectum, atque expositum est, copiam. Causam hujus peculiaris phænomeni jam supra attulimus, quia ea est insalubrium rerum indoles, ut non proxime, sed potius remote, & tantum dispositio ad morborum generationem quidpiam conferant, atque etiam ex his plures cause ad partium solidarum tonum naturalem destruendum conspirare, & concurrere debant. Sed tamen, neque tam rari sunt quidam morbi, quia plures frequentissime in prædicti eveniunt, & non semel, sed saepius homines per omnem ætatem excruciant.

§. XXVIII.

Inter frequentissimos morbos, seu potius effectus morborum, qui jugulant, & e vita tollunt hominem, est interna viscerum corruptio, & sphacelatio.

Scholion.

Quo rariores sunt sphaceli in partibus extensis, eo frequentior est in internis; nam nec ullus fere hominum, qui morbo naturali moritur, & non violenta, vel celerrima morte perit, est qui non ex putrida, & sphacelosa corruptione partium internarum moriatur, quod iis quidem, qui rarius, vel plane nunquam morbis defunctorum hominum cadavera dissecuerunt, ignotum videtur, neutiquam vero iis, qui frequentius hisce exercitus interfuerunt.

§. XXIX.

Morbi frequentiores iis sunt, qui maxime a causa communis, ut aeris constitutione fiunt, & potissimum a transpiratione prohibita suam originem habent. Ita saepius intra anni spatium invadunt, & plures simul diversant catarrhi, coryzae, gravedines, tusles homide, catarrhales febres, & rheumaticæ, item diarrhoeæ, cephalalgiae, variolæ, morbilli, febres intermittentes, prefertim tertiane, dolores artuum, & id genus plures.

§. XXX.

Frequentiores etiam sunt iis morbi, qui

certis locis ob peculiarem coeli constitutio nem, situm regionis, aquarum, & alimen torum naturam familiarissimi sunt.

Scholion.

Ita in Westphalia frequentiores sunt peripneumonia, quartana, & hydrops. Qui loca maritima incolunt, vel diutius in mari versantur, scorbutum vix effugere possunt. Qui dulci, farinaceo viatu utuntur, in febres putridas, malignas, lumbricos, purpuram & exanthemata maligna facile incident; qui in locis paludosis degunt, creberrime intermittentibus iisque anomalis exercentur.

§. XXXI.

Frequentissime quoque, & graviter homines laborant ex vehementia animi pathematum.

Scholion.

Nullus fere gravior morbus acutus, vel chronicus est, quem non animi affectus, multo vero magis cum aliis causis juncti excitare possunt; inde enim apoplexiæ, epilepsiæ, hæmoptyses, narium hæmorrhoidumque effrenes hæmorrhagiæ, febres inflammatoria ventriculi, ardentes, chole ricæ, abortus, mensium, hæmorrhoidum, alvi, sudorisque suppressiones, & exinde gravia pathemata, cordis palpitationes, tremores, animi deliquia oriuntur.

§. XXXII.

Frequentiores etiam sunt morbi, qui ex prædictæ digestionis vitio, item ex mensium, vel hæmorrhoidum defectu, vel suppressione oriuntur.

Scholion.

Pœminæ frequentius ægrotant, & de variis incommodis conqueruntur, si sunt gravidae, vel eo tempore, quo mentes instant: multoque magis affliguntur, si hi deficiunt, vel supprimuntur, aut plane in senioribus cessant. Cræbrius quoque afficiuntur homines ex prædictæ digestionis vitio, & cruditatibus prima in regione stagnantibus: inde enim nausea, colicæ flatulentæ, diarrhoeæ cum torminibus, cephalalgiae, vertigines, vigiliæ, spasmi pectoriales, inflationes ventriculi, dolores hypochondriorum, alvi adstrictiones: affectus enim hypochondriacus datus malum est, si ullum, frequens, & familiare, quod plures hominum per mul-

tos annos quotidie divexat, & excruciat.

§. XXXIII.

Notabile est, quod morbi salutares, id est, qui ad salutem machine tendunt longe frequentiores sint, quam qui in ejus perniciem cedunt.

Scholion.

Divis sapientie tanquam corporis humani architectrici, hoc beneficium debemus, quod plurimi, qui frequentissime homines excent, morbi liberent corpus a gravissimis malis, dum materia vitiola, vel corripitur, vel per convenientia e munctoria excenritur; quales sunt illi spasmi, & affectiones morbosæ, quæ circa mensum, vel hæmorrhoidum fluxum infestant, item omnes catarrhales, & rheumaticæ febres, defluxiones, coryzae, rafses humidæ, diarrhoeæ, intermittentes febres, variolæ, morbilli, arthritides, aliaeque febrium species.

§. XXXIV.

Rariores sunt morbi, qui ratione etatis, temperamenti, & structuræ partium incongrui sunt, ut & graviores chronicæ.

Scholion.

Ita infantibus, vel pueris rarius, vel plane non eveniunt podagra, apoplexia, hemoptyses, vomitus cruentus, vel sanguinis ex hæmorrhoidibus, velutero profusiones, nec non mania, melancholia, senibus vero rarissime accidunt hemoptyses, epilepsie, variolæ, morbilli, phthises, lumbrici, spasmi hypochondriaci. Rariores etiam sunt apoplexie, hemiplexie, paralyses, mania, gutta serena, melancholia, epilepsia chronica; rarius quoque est vera phthisis, & asthma spasmodicum, rarius hydrops, & icterus niger, morbus niger, & velut calculus; item lepra scabies maligna: quia dicti hi morbi non tam facile oriuntur, sed summa imbecillitatem, & dejectum robur partium, earumque magnam labem, & corruptionem, sanguinisque, ac succorum maximam dyscrasiam, & viscerum obstructionem, que non tam facilis negotio insignitur, subindicant.

§. XXXV.

Differentia inter morbos raros, & frequentes non caret in therapia suo usu: dicimus enim exinde naturam earum rerum, que frequenter, & graviter nostra corpora afficiunt, iisque inimicæ sunt, ut majori cum cura earum noxam evitemus.

§. XXXVI.

Hujus generis sunt animi commotiones, aeris repente mutationes, frigus, acida, lacticinia, & que excretiones menstruas, alvinas, & cutaneas suppressunt, intemperantia, nimia voracitas, sedentaria vita.

§. XXXVII.

Datur quoque plurimi ex morbis, qui stat tempore, certo mense, circa lunæ mutationes, vel certa septimana, die, etiam hora determinata redeunt, & hi vocari solent periodici; alii vero sunt morbi simplices, omnis circuitus expertes.

Scholion.

Differunt periodici a recidivantibus morbis, quia hi non servant periodos, ut varii de causis revertantur, neque confundendi sunt periodici cum remittentibus, nam dolor ex calculo, item colici, arthriticæ remittunt quidem, raro tamen certo, ac definito tempore revertuntur.

§. XXXVIII.

Omnes affectus periodici habent suum fundatum in motibus spasmodicis, quare, & omnes morbi spasmodici, qui in qualibet circuitum sanguinis, ejusque congestionem in partibus efficiunt, sunt etiam periodici, & inter hos primas partes tenent hæmorrhagiae.

Scholion.

De mensum & hæmorrhoidum fluxures jam satis nota, & explorata est, quod statas periodos servent, neque ignotum est, has sanguinis excretiones semper cum spastico partium externarum, & lumborum, quo comprimitur sanguis versus uterum & anum, fieri, & quia abortus etiam cum spasmis & nimis uteri hæmorrhagiis invadunt, illi pariter inter affectus periodicos jure, meritoque sunt referendi.

Nam.

Nam in recens nuptis non raro tertio mense & circa ordinarium fluxus menstrui tempus, exactissime etiam septimana respondentem, non semel vel bis, sed saepius ter quater, imo ultra recurrente. Ita quoque multiplici experientia compertum est, & narium hæmorrhagias & hæmoptyses dari menstruas, & semper cum extremerum refrigeratione & constrictione invadere, neque rarum est, vomitus cruentos intra certum mensis spatium in feminis, quibus menses suppressi fuerint, reverti.

§. XXXIX.

Quando statæ, & solennes excretiones sanguinis per nares, hæmorrhoides vel menses non respondent, & a spasmis sunt sanguinis, & humorum ad partes infimas congestiones, varia inde pathemata convulsiva, spasmodica, dolorosa periodica nascuntur.

Scholion.

Sepissime occurrit in praxi, quod intercebras sanguinis per menses & hæmorrhoides excretiones excipiant hemicrania vel ophthalmico hemicrania, odontalgiae, otalgiae, it. capititis erysipelata periodica, neque minus in pectori asthmata spasmodica, tusses convulsiva & violentæ. Circa praecordia vero graves anxietates, dolores, cardialgiae, inflationes ventriculi ructuose, vomitus, siccum cum ariditate lingua, ingentes dolores circa lumbos, & os sacrum sunt, que omnia periodice eveniunt, & exacerbantur. Dantur quoque ex mensuram defectu epilepsia, & motus convulsivi periodici, circa mensuram maxime fluxum provenientes, & postea singulis diebus certis horis redeuntes. Neque minus ab eodem fonte hysterica pathemata, per periodos recurrentia, producta vidimus.

§. XL.

Cum spasmis maxime familiares sint tubis nervo-musculosis ventriculi & intestinorum, non mirum est, eos morbos, qui ex spasko primarum viarum sunt, periodos & stata sua tempora sapissime servare.

Scholion.

Ita dolores cardialgici, & colici saepè certis horis recurrent de die. Vidimus vomitus biliosos singulis plenilunii recurrentes

per aliquot dies cum summa angustia, anxietate, & virium prostratione. Vidimus quoque ex spasko duodenii iterum singulis mensibus dominica die recurrentem, & per aliquot dies perdurantem. Vidimus non semel, sed saepius iterumque ex primarum viarum vitio & cruditatis inde propulsantibus periodicas tusses, & infartus pectoris certis horis de die vel nocte redeuntes, item vertigines, cephalalgias certis horis ingravescentes.

§. XLI.

Febres intermitentes statim & determinatis diebus, imo saepius horis redire noscissimum est.

Scholion.

Paroxysmi intermittentium etiam foboles sunt spasmorum, qui ex prima regione veniunt, postea partes extremas & coccum corporis, cutem & subjacentes musculos constringunt, sanguinemque ad interiora repellunt, ubi anxietates, difficultatem respirandi, & parvum ac debilem pulsum efficiunt, donec motu in contrarium facto a centro ad circumferentiam validiori, hi motus spasmodici discutiantur.

§. XLII.

Periodicorum morborum causa perpetram interno agenti, quod determinato tempore motus praestet, vel fermento morbifico, aut ætheris peregrini per lunas vel sidera instuxi adscribitur; sed potius partium imbecillitati, que stagnationi & corruptioni humoris, & inde producto spasko occasionem subministrat, debetur.

Scholion.

Supra jam in cap. 3. §. 27. 28. 29. 30. 31. latius deduximus, spasmos semper relinquere post se quandam imbecillitatem, que deinde facile ad stagnationes occasionem subministrat, & ad motus jam adfuetas fibras perducere potest, id quod etiam fructu calculo adprobare videtur Galenus in lib. 2. de differentiis febrium, dum omnes accessiones agritum ex membrorum dispositione male affecta orum habere prodidit. Atque etiam inter certas & itaras leges microcosmicas referenda hoc est, quod natura ad partes infimas maxime humoros ablegare soleat, præsertim si illa in spasmis

motibus violentis est occupata. Ita, frequenter etiam evenit, quod in hisce partibus quæ scarificatione vel incisione venarum aliquoties affectæ fuerunt, certis temporum intervallis, idque ex redundantia humorum, tensivi & pungitivi dolores ac languores percipientur. Observavimus, a contusione dorsi & scapularum circa æquinoctialia tempora, in partibus affectis ingentes dolores recruduisse. Si dens vitio laborat & cariosus est, facile recrudescit dolor intra certum temporis spatium, præsertim circa vesperam; exerto autem dente omnis dolor quiescit. Id quod unicum exemplum nos potest deducere ad cognitionem causalem repetitionis febrium: necessario enim statuenda videtur mala, in primis viis diathermia, quæ infirmitas stagnationem & motum humoris facit, qui postea causa febris est: sublata vero hac prava diathesi & virtus partis correcto necesse est, ut motus & febris provocatio cesseret.

§. XLIII.

Morborum periodicorum causæ, investigatae clarissime medentem instruunt, quod nec valentiiora remedia, quæ spasmos concitant, neque opjata & narcotica, omnia que ea, quæ robur partium infirmant, locum habent, sed potius roborantia, nervina, item diaphoretica cum clementioribus anodynis mixta magnum solatum adferant.

Scholion.

Pessime periodici affectus tractantur, præsertim si adsuefacti & habituales sint, per valentiiora emetica, purgantia, & sudorifera: hæc enim omnia robur partium valde infirmant, & spasmos magis adaugent, tantum abest, ut eos sittant. Deinceps ea est ratio atque indoles motuum adsuefactorum, ut a leviter nocente causa revocentur, cui removendæ tam valida remediorum genera minus quadrant. Neque etiam expedit, dolores vel convulsiones fortiori medicina sedativa tractare, quia in principio quidem alleviamentum quoddam præstant, postea vero propter infirmitatem, quam partibus nervosis inducunt, pejoris indolis fiunt, & crebriori usu facile in cachexiam, tumores œdematosos, ac lentas febres ægros præcipitant.

§. XLIV.

Datur etiam singularis species morborum, in quibus ad externas partes propulsa materia peccans stationem suam relinquit, & ad interiora revertitur, & hi voluntur retrogradi vel retrocedentes.

Scholion.

Variant multum inter se retrogradi qui adpellantur morbi. Quidam enim ex iis ad summam cutem, ejusque superficiem tantum feruntur, ut sunt morbilli, variolæ, purpura, scabies, crusta lactea, quidam vero profundius inhaerent partibus carnosis & nervosis ipsique glandulis, cuius generis sunt erysipelata, bubones venerei, pestilentiales, carbunculi, tumores podagrī, venerei, œdematosi, antiqua ulcera.

§. XLV.

Retrogradorum morborum pessima est ratio atque eventus, quia materia ad superficiem corporis detrusa, indolis subtilioris salino-sulphureæ postea ad interiora delata nervosas partes occupans, gravissima pathemata excitat.

Scholion.

Quod si enim materia retrorsum ad cerebrum ejusque membranas delata fuerit, graves affectus capitis, ut phrenitides, convulsiones epileptice, lethargus, hemiplegia, aphonia, gutta serena, mentis & memoriæ alienationes suscitantur. Si vero ad pectora delata nervosas ibi fatigat partes, graves pectoris morbi, ut asthma convulsivum, tussis ferina, catarrhus suffocativus, difficilis, & egra cum anxietate & angustia spiratio, & ingens virium collapsus resultant. Etsi ventriculi & intestinorum tunics firmiter inhaerescat, atrocia ventris tormenta, cardialgia, & periculose harum partium inflammations, strigulus, diarrhoeæ oriuntur. Ex quo intelligitur, quantum periculi omnes illi morbi habeant, qui ab exterioribus ad interiora convertuntur, id quod olim probe annotavit Hippocrates in Coac. §. 103 erysipelas foras quidem accedere commodum est, intro autem converti lethale, invertitur autem intro, cum disparsente rubore peccus gravatur, & difficultem spiracionem habet. Et quod de erysipelate hic die-

dictum est, id de omni affectu externo, qui cum quadam inflammatione & dolore jungitur, intelligendum venit. Quod vero tantum periculi hi morbi alant, ex eo fit, quod materia morbifica virulentæ indolis ad interiora relegata nervosas maxime partes obsidet, in quibus gravissima pattemata producit, nec tam facile ex iis rursus evelli potest. Quapropter oportet utique medicum hos omnes morbos, qui facile ab exterioribus ad interiora revertuntur, cautissime tractare, & ab omnibus iis, quæ ullo modo repellendi facultate pollut, uti sunt externa constringentia, item purgantia, emetica, sanguinis missiones, quæ ab ambitu corporis humores revocant, abstinere. Contra nihil praesentius est, quam ejusmodi in morbis corpora in perpetua leniori & æquabili transpiratio servare, & omni modo a topicis sibi cavere.

§. XLVI.

Morborum alii sunt cogniti sive manifesti, alii incogniti sive occulti: illi dicuntur, quorum causa cognitu faciles sunt, hi vero vel novi sunt, vel eorum natura, causa, eventus adhuc latent.

Scholion.

De novis, & incognitis morbis insignis occurrit locus in *Præfatione Cornel. Celsi p. 14.* dum ait: *rarius, sed aliquando morbus quoque ipse novus est, quem non incidere manifeste falsum est, cum atate no-*

stra quedam ex naturalibus partibus carne prolapsa & arente intra paucas horas expiraverit, sic ut nobilissimi medici neque genus mali, neque remedium invenerint, quos ideo nihil tentasse judico, quia nemo in splendida persona periclitari conjectura sua voluerit, ne occidisse, nisi servasse videretur. Veteres illi morbos, quorum causæ erant occultæ, Æmoni sive divinum quid in se continere judicabant, & tales fuerunt, quas ex temperaturo facultatibus minus explicare poterant, unde huc referabant in primis epidemios, & qui ex aeris infesta, & virulenta quadam qualitate nascebantur. Ceterum Hippocrates lib. de loc. in homine §. 461. de curatione morborum incognitorum id egregie monet, ut, si quis morbum non cognoscat, medicamentum bibendum non forte præbeat. Illud saltē in hoc loco adjicimus, quod plurimi morborum & ratione indolis, & causarum & ratione ægrotantis corporis, adeoque etiam ratione curationis sint proh dolor incogniti non ex se & sua natura, sed propter ignorantiam eorum, qui divinam hanc artem temerario plane ausu exercent His itaque & ego auctor suus orque sum, ut cum prodesse nequeant, si non nocere velint, debilissimas semper medicinas porrigit, quibus maxime diaphoretica fixiora, clementer laxantia & analeptica temperata an numero.

**PHILOSOPHIÆ
CORPORIS HUMANI MORBOSI,
S I V E
PATHOLOGIÆ GENERALIS,
P A R S I I.**

De rerum nocentium & insalubrium natura, proprietatibus & viribus in corpus humanum, item de omnibus iis, quæ ullo modo corpora ad morbos reddunt proclivia.

CAPUT PRIMUM.

De rerum insalubrium, & nocentium natura & viribus, speciatim de affectibus animi.

§. I.

CAUSIS morborum proximis exquisitus enucleatis & perspectis, tractationis nostræordo & methodus omnino requirit, ut jam rerum, quæ functiones corporis lœdunt, & ejus conservationi resistunt, naturam & vires ad causarum morbificarum originem, & generationem inquirendam ea, qua pars est, accuratione & tedulitate investigemus atque evolvamus.

Scholion.

Cum morborum cause, quæ corporis nostri motus, secundum naturam proportionatos, inque æquilibrio constitutos, turbant ac pervertunt, non a se existentiam suam habeant, nec casu quodam incomprehensibili, sed ab aliis causis præexistentibus & antecedentibus progignantur, & sustententur; harum utique causarum pri-

mordia atque originem sollicita indagine ut perscrutemur, necesse est.

§. II.

Scientia earum rerum, quæ insalubres sunt, & corpori humano vivo ac sano nocent, siue ad causarum morbificarum productionem multum faciunt, medico tum ad præservationem, tum ad curationem morborum summe utilis, & necessaria est.

Scholion.

Rectissime hinc definitur medicina ab ipso Galeno, quod sit rerum salubrium & insalubrium scientia. Etenim non sufficit, medicum earum tantummodo rerum, quæ salutis sunt corpori, ejusque sanum statum & valetudinem prosperam tuerint, notitia esse imbutum, sed id etiam potissimum requiritur, ut insimul illas res plene, & exacte cognoscat, quæ miserandis doloribus & variis æruminis corpora humana objiciunt, animo vigorem & integritatem demunt, ac morbos, & præmaturam mortem inferunt. Nam quia præservatio a morbis circa remotionem, & depulsionem causarum, quæ illis ingeniendis aptæ sunt,

uni-

unice versatur: facile quisque medicorum solertissimus videt, scientiam harum rerum, quæ corpori officiunt, & vitæ ac sanitati adversantur, ipsi esse pernecessariam, & ad suam perfectionem non pa- rum contribuere.

§. III.

Uti causarum morbicularum multiplies sunt classes atque genera, eorumque quædam tardiori gradu, & longiori tempore vim suam nocentem exerunt, alia vero tantum partium dispositionem ad morbos inferunt & remote concurrunt: ita etiam non unius ejusdemque sunt generis & virtutis res exitioæ, siquidem nonnullæ cito & efficacissime inque minima mole operationem patefaciunt, nonnullæ tardius inque majori mole & longiori tempore id præstant: alia vero tantum dispositivæ ad causas morborum proximas ingeniendas concurrunt.

§. IV.

Quemadmodum dantur morborum causa, quæ motus partium solidarum, aquibus sanguinis circulos, vita, sanitas cum secretionibus & excretionibus congruis dependent, proxime ac immediate invertunt ac destruunt: ita similiter etiam dantur res, quæ hoc præstant, nocentissimæ, cuius generis sunt graves animi commotiones, & omnes illæ materiae, quæ veneni vim habent, & cum magna vehe- mentia ac celeritate inque minima mole solidorum motus destruunt.

§. V.

Plethora & cacochymia magnæ sunt morborum, præsertim chronicorum, cau- se; hinc omnia ea, quæ ad nimiam redundantiam, item summam impuritatem & corruptionem sanguinis, & humorum aliiquid conferunt, in classem insalubrium & nocentium jure meritoque referri debent.

Scholion.

Si probe naturam, & vires causarum morbicularum cognitas atque perspectas habemus, utique nobis in facilis erit ea- rum rerum naturam explorare, quæ infestæ sunt corpori, & causas illas stabi- lunt.

§. VI.

Quæ excretiones sanguinis tum puræ, tum impuri consuetæ interceptæ, itemque ordinariæ evacuationes superfluarum, & excrementitarum sordium per urinam, alvum, & cutis porulos cohibitæ ad productionem plethoræ, & ad generationem & augmentationem impuri ac lutulentis sanguinis & lymphæ variarumque excretionitarum sordium in corpore plurimum contribuunt: facile hinc potest intelligi, omnia illa, sive ex classe rerum naturalium, sive non naturalium & præternaturalium sint, quæ salutares illas sanitatis conservatrices excretiones ullo modo impediunt, pro rebus maxime noxiis, & infensis esse habenda.

Scholion.

Ad hunc censum pertinent nimia ciborum copia, acidorum & viscidorum abusus, aer valde humidus, & frigidus, vita laboris & motus expers, incongruus potus, cibi plane corrupti & alieni, atque id genus plura.

§. VII.

Cum dejectio virium in universo corpo- re, vel atonia & infirmitas certarum partium ad stagnationes humorum, obstruc- tiones glandularum, & viscerum corrup- tiones, adeoque ad passiones chronicas inferendas & acutas funestas reddendas multum contribuant: hinc facile conclu- dendum, omnia ea, quæ corpus infirmant, & partium tonum ac robur dejiciunt, ut sunt præcedentes morbi, vel imprudentes remediorum administrationes, res esse nocentissimas, & ad morborum, ipsiusque adeo mortis generationem aptissimas.

§. VIII.

Quoniam morbi non solum ex iis rebus, quibus ad vitæ sustentationem quotidie opus habemus, in corpore nostro progignun- tur: sed subinde etiam ad morborum pro- ductionem multum conferat peculiaris ali- cujus corporis structura & natura: hinc utique a medico & ætate & sexu, & tempe- ramentum & habitus corporis & nativa at- que hæreditaria, seu a parentibus suscep- partium constitutio, ipsa quoque conflu- tudo, quæ altera est natura, probe consi- de-

deranda sunt, ut inde certus reddatur, ad quos morbos singula haec disponant.

S. IX.

Inter res nocentissimas, & quae celerime corpora afficiunt, & morbos, imo mortem inferunt, jure optimo valde gravia animi pathemata sunt referenda.

Scholion.

Tanta est affectuum animi vehementia, ut celerime corpus etiam firmissimum & integra sanitate fruens lacerare, ejusque motus ordinatos, qui vita praesunt, destitueret, perverteret, & gravissimos morbos, imo subitam mortem inferre possint: hinc fit, ut potentia ac celeritate nocendi validissima etiam venena superent, quae non tam cito mortem inferunt, vel in momento in actiones vitales gravantur, quam subitus & vehemens animi affectus, qualis est ira vel terror.

S. X.

Animi pathemata in fluidum nervum, huic ministerio in partes nervosum musculosas, quae motuum directioni praesunt, proxime & immediare agunt.

Scholion.

Affectus animi maxime ac primario afficiunt cor & arterias, deinde operatio eorum transit in membranas cerebri, ventriculi & intestinalium, tum in ductos biliarios & urinarios, praeceps vero in tubulos & fibras subcutaneas; haec enim partes sanguis ex sensibilissimis fibris membranoso-nervis constructae sunt. Quod vero in fluidas partes animi pathematum vis. & operatio sese exferat, id inter alia ex eo clarum fit, quod per salivam, per lac nutricum longe gravissima mala in infantes inde transferri queant.

S. XI.

Quemadmodum motus solidorum ac inde dependens fluidorum triplici modo levatur, dum vel vehementior & celerior sit contractio nervoso-musculosarum partium corporis, & motus ab internis ad exteriora tendit: vel ab exteriori partium constrictione motus humorum ad interiora vergit; vel tonus & robur partium plane dejicitur & perit, atque ob atomiam, &

imbecillitatem circuitus sanguinis, & humorum immittitur: ita etiam affectus animi simili plane modo operantur, & motus solidorum ac fluidorum turbant, ut ex motu subjungendis evidentissime patet.

Scholion.

Præclare de operatione affectuum animi scribit Pergamenus lib. 2. de caus. sympt. cap. 5. ubi haec verba leguntur: est quedam ex primis & ut aliquis diceret, principiis moventibus ipsa naturalis calor intro forasque delatio, multas animi passiones sequens, simul autem cum ipso spiritu & sanguis modo intro & ad principium feruntur ac contrahuntur, modo foras distenduntur & funduntur. Et licet motus hos evidenter perspicere cum in aliis multis, tum in ipsis animi perturbationibus e. g. terrore & ira, ille intro & ad principium spiritum & sanguinem una cum refrigeratione corporis superficiaria subducit & contrahit, hac vero foras agit, fundit & calescit.

S. XII.

Ira, ejus est indolis, ut vehementiori partium nervoso-musculosarum contractione totum sistema nervosum celerime commoveat, & systolen cordis eique adnexorum vasorum cum arteriosorum, tum venosorum, & tonum etiam partium fibrosarum universo in corpore mirifice adaugeat, ut adeo recte a veteribus parva febris, infania, ac momentanea epilepsia dicta fuerit.

Scholion.

Equidem post iram manifestum motus cordis augmentum, pullus intenso, respiratio concitator, sitis, calor, inflatio & rubor faciei, arteriarum capitis, praesertim circa tempora, major pulsatio & intumescencia, oculorum ferocia, tremor extremarum partium, & affectionum mentis præcipitania observantur, quae omnia luculentum satis de imperio cordis fluidi nervi & sanguinis motu edunt testimonium. Neque parum ad hujus rei illustrationem confert illa observatio practica, qua edocemur, nihil tam celeriter febrem acutam, biliofam intermittentem inflammatoriæ

concitare posse, quam ipsum iracundia vehementiorem affectum.

§. XIII.

Deinceps is quoque iræ liberioris & a metu, tristitia, vel vindicandi libidine non interruptæ effectus est, ut sanguinem a centro ad circumferentiam moveat, & hoc modo humores viscidos, & hinc inde in vasis flagrantes & firmiter harenites resolvat, diluerat, & excrementa ad habitum corporis externum detrudat. Et ob hunc motum resolutorium & excretorium ad auctum accedit, ut iracundiae affectus interdum saluti sit corporibus, frigidioris præsertim temperamenti, & in morbis sic dictis frigidis, & qui ab humorum infarctu ac nimia mole proficiuntur.

Scholion.

Sicuti febris sive intensior solidorum & fluidorum motus, quo cum impetu sanguis circumvolvitur, ad visciderum humorum resolutionem & materia heterogenea ad habitum corporis protrusionem maxime confert; ita illud ipsum etiam contingit in ira, unde animadvertisimus, purpuram, variolas, morbillos, erysipelata ab eadem fuisse excitata, & graves ac contumaces morbos ejus prudenti proritatione fuisse sanatos. Quare Hippocrates lib. 2. Epid. sect. 4. hoc remedii genus commendavit in iis, qui ex assiduo leguminosum usu crurum impotentes facti fueront, dubio procul ad visciderum sanguinem resolvendum & calorem ac spiritualientiam sanguinis reparandam. Dicit enim gravissimus auctor: diligentia adhibenda est, ut excandescientia inducatur, & coloris reparandi, & sanguinis in habitum corporis invitantis causa. Et alio loco ita fatur: ira frigidis remedio est. Cujus in sententiam eunt plures alii gravissimi viri, ut passim hinc inde annatas observationes contestandur. Ita paralyticus in veteratam & singultum enormiter beneficio sanatum describit. Valeriolib. 2. obs. 4. Dan. Beckerus de cultrivo. ro Borussico quast. 9. & Crato lib. 6. Consil. in paralytico & phlegmatico iram cum insigni euphoria proritari adserit. Horsius lib. 3. Consil. Epist. 12. refert, triennalem paralyticum, qui ob præsentiam hostis in fureorem fecerit actus, & lecto repente pro-

siliisse, & cum sociis civibus hostem invaserit. Porro etiam in aliis affectibus confirmatis mirabilem iram præstissem opem observations testantur. De iræ efficacia in podagrico quodam egregiam communicat observationem Pechlinus lib. 3. obs. 28. & Bartholin. in Act. cent. 6. Hist. 28. Quartanas & tertianas febres contumacissimas subito, & vehementi iracundiae affectu sublatae fuisse memorant. Miscell. Nat. Curios. Dec. 2. A. 3. obs. 93. it. Parens lib. 1. cap. 23. Valeriolib. 2. obs. 4. ad strictionem alvi ab ira solitam refert. Consil. quoque Miscell. Nat. Curios. Dec 2. A. 5. pag. 57. mutum ira loquentem vid. in Act. Hafniens. Vol. 1. obs. 81. Illud certum est, iram minus esse perniciem, quam reliquos animi affectus vid. Baco de Verulam in Hist. Vit. & mort. pag. 249. Cavendum vero maximopere est, ne in cholericis, vel eriam in cacheeticis, & ubi male constituta sunt viscera, itemque ubi ad erysipelas, ad hemorrhagias, ad apoplexiā, & ad metastases sanguinis ad caput, ad affectus spasmaticos inclinant corpora, ejusmodi curam adhibeamus.

§. XIV.

Ulterius ira spasmatica partium, qua agit, strictrum vitium suum in primis in ventriculum & intestina, tenui partes valde nervosas & membranaceas exquisitoris sensus & motus, exerit, & e facilis inflammationem ibidem subinde periculosa, imo lethalem efficit.

Scholion.

Nihil frequentius in praxi occurrit, quam ab ira inflammationem pati ventriculum & intestina, eamque cum primis lethalem fieri, si mox potus frigidus paulo avidius superingeratur, vel purgans, vel emeticum propinetur ad billem ab ira, ut vulgo putant, commotam e ventriculi sinu exturbandam. Et facillime quidem hoc contingit in subjectis debilibus, qualia sunt hypochondriaco malo obnoxia. Ita in virgue hypochondriaca post iracundiam notavimus inflammationem lethalem, quæ duravit viginti quatuor dies, cum delirio & circa mortem secessu sanguinis per alvum. Aucta fuit inflammatione ultimis ægritudinis diebus, cum de-

denuo iracundia excandoisset, & notabile etiam erat in hoc subjecto, quod feces per intestina inflammata & phacelata ad colon transierint. Ceterum non semel, sed aliquoties vidimus, a purgantibus vel emeticis post graviorem iracundiae affectum exhibitis omnia versa fuisse in deterius, & mortem acceleratam. Neque enim aliam, quam nocendi facultatem hoc in statu exercere possunt memorata pharmaca, siquidem eorum operatio spalmis tunicarum ventriculi & intestinalium absolvitur. Canis igitur & angue pejus vitanda sunt in affectionibus & symptomatibus ab ira producatis omnia purgantia drastica & emetica; quo in casu potius exhibere convenient blanda antispasmodica, diaphoretica, & nitrofa, bilem corrigentia, & abstergentia, neque minus laxantia benigniora rhabarbarina.

§. XV.

Agit insuper iracundiae affectus in membranas cerebri, & alia viscera, ubi sanguis irae impetu celerrime ad pulsus regredi nescit, eamque ob rationem subsistens inflammationes periculosissimas efficit.

Scholion.

Quod si ad caput impetuosis compellitur sanguis, in meningibus exoritur phrenitis. Observavimus ingens sanguinis profluum per venas fedis in hypochondriaco accedentem iram vehementem ita constrictio coloni, ut funis instar contortum & angustatum fuerit, & sanguinis ad caput appulsum augendo delirium convulsivum funestum in viro generolo induxit. *Hildanus cent. 1. obs. 17.* meminit juvenis, cui caput vulneratum & cranium fractum erat, qui ex sola ira in phrenesin incidit ac mortuus est. Cranio post obitum aperito inventae fuerunt cerebri membranæ inflamatæ, venæque & arteriæ sanguine congrumato turgentes. Si ad pectus fertur sanguis non raro ab ira exorbitante, obicitur pleuritis & peripneumonia, ad abdomen delatus suscitat inflammationem hepatis. Erysipelas quoque subsequi ram, præsertim in cæcochymicis & scorbucis corporibus, res familiarissima est.

§. XVI.

Peculiarerem vero vim ira exerceat in ductus biliosos, & hepatis, adeo ut eorum strictura fortiori facile hepar scirrhosum fiat, imo calculi in cystide ac ductibus biliaris generentur, quia liber motus & effluxus bilis hac ratione impeditur.

Scholion.

Præsertim hoc accidit ab ira pessimæ nocte, qua cum tristitia, aut metu, ubi vindicandi occasio aut facultas deest, coniungitur. Propter constrictiōnem quoque horum ductuum icterus fit, qui facile in vesica biliaris calculos desinit, quemadmodum id ex sectionibus cadaverum eorum hominum, qui ictero de mortui sunt, apparet.

§. XVII.

Quando bilis ab ira affectu vehementius commovetur, & copiose ex ductibus biliaris & cysticis ad duodenum & ventriculum effunditur, ex ejus ibidem facta stagnatione, & concepta ob diuturniorem moram acredine, nausea, vomitiones, diarrhoeæ, cholericæ passiones, cephhalalgiae, anxietates, febres biliosæ continuae & intermitentes suscitantur.

Scholion.

Hinc est peculiare illud iracundorum symptoma, quod in latere dextro sub scrobiculo cordis sentiant dolorem quendam constrictivum, in ore autem amarorem. Originem suam hanc pathe mata non aliunde ducunt, quam a motu bilis ejusque effusione in intestina impetuosiore; ductus biliaris, nervosis ac musculosis tunicis contexti, ab influxu spirituum animalium citatori nimium compressi ingentem quantitatem bilis exonerant & infundunt duodeno, unde etiam dependet inclinatio ad vomitum & diarrhoeam, quare *Hildanus cent. obs. 7. 18.* annotavit, alvum subducitam fuisse ab ira, ac si pharmacum adsumtum fuisset. Si bilis acrimonia delinquit, & a frequentiori hoc affectu bilis nimium effunditur, intestinalium & ventriculi erosiones cum lenta febre sequente non raro vidimus.

§. XVIII.

Tandem & illud proprietatibus iræ accensendum venit, quod intensiori partium

solidarum & fluidarum per eam redditio motu sanguis copiosior cum impetu ad partes pellatur, quas deinceps nimium & venarum ibi existentium orificia aperit.

Scholion.

Constat experientia practica, iram maxima habere facultatem, in consuetis & dispositis maxime enormes sanguinis excretiones, sive per nares, sive per arterias pulmonalis aperturam, sive per venas ani, & in feminis per uterum excitandi. Quotidianum etiam fere est, vultum statim rubore suffundi, & venas capitidis praesertim frontales, mirum quantum intumescere, mox etiam sanguinem naribus, si haec haemorrhagia olim juveni consueta fuit, effundi. Ita vidimus feminas ab ira undia in uteri haemorrhagias incidisse, vel etiam haemorrhagias narium passas fuisse. Et haec quoque est ratio, quare in senibus & plethorici vehemens ira apoplexiā sanguineam, qua sit ab arteriolis plexus choroidei in capite perruptis, non raro producat.

§. XIX.

Terroris effectus est spasmodica partium externarum constrictio, qua sanguis a circumferentia ad centrum propellitur, & omnis generis excretiones supprimuntur; hinc disponit maxime ad morbos, qui ab excretionibus sanguinis sufflaminatis ejusque regurgitatione ad interiora proveniunt.

Scholion.

Observamus a terrore subito, & vehementi habitum corporis externum constringi, unde vasa deumescant, venis plane nullis vel minimis tantum apparentibus, facies pallorem contrahit, partes externae refrigerantur & contremiscunt. Et cum sanguis sic cum impetu ruat ad cor & pulmones, excitat ibi, mole sua premente, anxietates intensas, spirandi angustiam, pulsus debilitatem & frequentiam. Et quoniam cor ab onere hoc se expedit conatur, fluidum nerveum non raro maximo cum impetu in ejus musculos fertur, & convulsivum motum ejus sive palpitationem, quae fere individuum est signum terrore affectorum, producit. Quanta vel ex solo terrore spirituum in sanguineo

Tom. II.

fluido condensando & præcipitando sit potentia, docet *Malpighius in obs. de Polpo*, ubi refert, virum quandam robustum terrorre percussum, subito in pulsus inæqualitatem ac obscuritatem incidisse, & recurrente ingenti spirandi difficultate brevi tandem per sputa quandoque rubri sanguinis portiones, quandoque copiosa alba quedam frustula excrevisse, postremo turgentibus superioribus & coercita sanguinis copia suffocatum interiisse. Terrorem quoque cor virtute sua spoliare, horroremque febri similem inducere, effatum est *Mæbit in Institutionibus lib. 7.* siquidem in febris principio itidem partes extremæ spasmodice constringuntur, ut sanguis non libere possit in illas influere, sed potius retrogrado motu ad cor pellatur, ubi substans anxietates efficit ineffabiles.

§. XX.

A spasmodica partium ob vehementiam terroris constrictione etiam illud dependet, quod omnis generis evacuationes vel retardantur vel peccitus sistantur.

Scholion.

Nihil frequentius in praxi occurrit, quam a terrore subito exerto alvum fieri adstrictiorem, ita ut vel quinque vel sex diebus quandoque non deponatur; transpirationem quoque imminui, mensum, lochiorum, haemorrhoidum & urinæ suppressionem accidere saepe momentaneam. Neque novum est in puerperis & lactantibus lac in mammis coagulari, & purpuram in fibribus acutis vel exanthemata in variolis, & morbillis retropelliri, uti produnt *Miscell. Nat. Curios. der. 2. A. 9. obs. 18.* Vidi non semel, sed saepius atque iterum, fonticulos, & ulceræ antiquæ a vehementi terrore non sine periculo consolidata, asthmate, & colica convulsiva subsecutis.

§. XXI.

Singularis quoque observationis est, quod terror non tantum fluxum sanguinis cohbeat atque sistat, praesertim in juvenculis virginibus, & quibus venæ sunt exiliores, sed etiam quandoque eundem resuscitet.

Scholion.

Non semel, sed saepius in praxi annovimus, mensium fluxum nimium modo cessantem, terroris vi illico fuisse resuscitatum; neque minus lochia post abortum vel partum, immoderate fluentia, si videantur jam sanata, & in statum pacationem deducta, ex terrore confessim revocari, quod forsan accidit ob nimiam vasorum uterinorum relaxationem, qua impetus sanguinis, a partibus exterioribus repressi, ad imbecillia vasa uteri urguntur.

§. XXII.

Quia terror reprimit sanguinem ad interiora, ejusque motum plane inaequalem reddit: hinc is certa in parte congestus pro diversitate locorum, quibus infidet, gravia excitat symptomata & multiplices affectiones.

Scholion.

Si in capite ejus fit congestio, non raro apoplexia, hemiplexia, paralyses, epilepsia & convulsivi motus fiunt, secundum observationem *Plateri lib. I. p. 17.* Et elegantissimum locum, qua ratione ex terrore quidam delirare & spectra videre possit, vid. apud *Hippocratem sect. 5. pag. 125.* In corde vero accumulatus sanguis inducit ejus palpitationem, anxiетatem, syncopen, lypothymiam: in pulmonibus spirandi difficultatem, hæmoptysin, catarrhum suffocativum, in utero apud gravidas abortum. Mensium tempore invadens feminas terror spasmodica symptomata excitat. Ita *Raygerus in obs. 60. p. 131.* meminit virginis cuiusdam, quæ ex terrore leví aliqua de causa concepto incidit in hysterica symptomata, scilicet difficultem respirationem, dolorem lumborum pedumque, lipothymias & alias molestias, cum mensium obstructione nullis remediis facile expugnanda. Similiter observatione constat frequenti, mammae in puerperis, & gravidis singulariter affici terrore, dum saepius tubercula in iis exsurgunt, quæ interdum in ulcera cacoethica vel carcinoma mali moris mutantur. A congesto quoque & ad statim deducto sanguine per terrorem exulcerationes labiorum & in certis partibus tumores erysipelaceos progigni, in vul-

gus rotum est. In abdomen post terrorem vel metum gravem flatus & borborum infestare solent, qui saepius vel cum alvi fluxu, quod bonum est; vel cum ejus obstructione & abdominalis distensione terrore percusso affligunt: & hinc contingit, a terrore hypochondriacorum & hysterorum symptomata familiaria mirifice exacerbari.

§. XXIII.

Quemadmodum terror corpora maxime imbecillia, & quæ sanguine bono ejusque sufficiente ad partes externas influxu destituta sunt, invadere solet: ita in ipsis quoque majorem violentiam exercet.

Scholion.

Terror & frigus debilitatis corporibus validissime nocent, & symptomata spasmodica facile excitant. Experientia certa cognitum perspectumque habemus, si terror post hemorrhagiam largiorem, vel etiam sub mensium fluxu, vel post eorum prorruptionem copiosam, aut diuturnum morbum, vel etiam partu debilitas feminas invadat; spasmos & flatulentias primarum viarum, quin imo multo truculentiora non sine magno vitæ periculo sequi pathemata, cujus generis sunt animi delicia, extermorum tremores, paralyses, apoplexia, respiratio difficilis, pectoris angustia cum metu suffocationis, & horrendæ cordis palpitationes, omniumque virium subitus lapsus. Quid quod nihil magis morbis contagiosis viam pandit, & miseriati pestilentiali aditum praebet, quam gravis terror. Deinde etiam certissimum est, terrorem morbis acutis continuis precedentem sevissima inferre symptomata, & saepius totum morbi genium immutare, ut medicus etiam peritissimus, nisi certus fuerit de causa hac antecedente, in prognosi sua insigniter fallatur. Dici quoque vix potest, quantum terror noceat in morbis acutis, si praesertim die critico superveniat. Evacuationes enim criticas supprimendo & exanthema repellendo, faciem morbi longe aliam reddit, & ægrum ut plurimum dat intermissioni. Ita non semel noravimus, a terrore in cacoethicis febribus lethalem cum summa virium dejectione fuisse obortum.

Nulla

§. XXIV.

Nulla res tam infensa est vita senum, quam gravis terror.

Scholion.

Aliquot nobis nota sunt exempla, ubi senes adhuc vegeti a terrore tam periculose lœsi fuerunt, ut appetentia ciborum omni dejecta, & placido somno destituti, ad pristinas vires redire non potuerint, sed marasmo & lento calore confecti diem extreum obierint. Si enim tanta terro ris vis est, ut robustos homines infirmet, multo magis minus valentes & infirmiores lœdere debet, eorumque vires depopulari.

§. XXV.

Neque vero tantum variis generis morbos inducit terror, sed etiam quandoque ipsius subitæ mortis causam præbet efficacissimam.

Scholion.

Multa hanc in rem exempla in medicorum prostant monumentis. Hac enim ratione plures interiisse dudum notavit Galenus lib. de caus. sympt. cap. 5. Ita & Plinius lib. 7. Hist. Natural. cap. 36. refert, Publ. Rutilium, nunciata fratri in consulatus petitione repulsa, illico expirasse. Heli quoque Judæorum Pontificem, & Judicem accepto tristi nuncio de clade, qua Palæstinæ hostes, capta arca occisiisque ipsius filii, Judaicum exercitum affecerant, magno subitoque terrore oppressum, de sella retrorsum cecidisse, ac subito expirasse ex sacris literis constat, ne de nuru ejusdem hoc loco dicamus. Conf. quoque Miscell. Nat. Curios. Dec. 3. A. 9. & 10. obs. 57. pag. 114. Bonetus in sepulchre suo. Forz. Fidel. de relat. med. lib. 4. cap. 3. Rayger. in obs. med. obs. 96. Bartholin. Hist. 76. cent. 4. Plura quoque exempla collegit, & hinc inde historiæ suæ insperitus Valerius Maximus. Rationem autem hujus tam subiti, & funesti eventus investigare, in proclivi est; sanguis enim hoc modo circa cor, & pulmones accumulatus coagulationem, si præfertim natura existit debilis, lethalem subit promittissime.

§. XXVI.

Licer motus, quem terror inducit, a superficie corporis ad centrum vitæ & sanitati corporis nostri sit inimicissimus, & ad morbos internos curandos minus utilis vel constantis effectus: nihilominus tamen observationes inveniuntur, quæ docent, terrorem quandoque in certis morbis fuisse remedio.

Scholion.

Ita Rolfinccius Comment. in 1. aphorism. 2. profert exemplum maniaci, qui incusso terrore a larvato homine sanatus est. Ip fam paralyzin subito incendiis terrore cefasste in viro alterius partis solutione affecto, per complures annos omni ope humana destituto, eleganti observatione refert Fr. Valeriola lib. 2. obs. 4. Pechlinus lib. 3. obs. 24. annotavit, uterum prolapsum terrore sanatum fuisse. Conf. quoq; Zac. Lusit. lib. 2. obs. 65. Vulgari experimento hæmorrhagiæ narium ex improviso adfusa frigida aqua, ut terrore percutiantur affecti, sèpissime tolluntur atque cohíbentur. Mæbius in Epitome instit. L. 4. P. 2. cap. 8. memorat terrore arthritidem curatam fuisse, quod non aliter fit, ac quia terror ex extremis partibus spasmō repellit materiam, quemadmodum adposito cataplasmate adstringente parti affectæ podagra quandoque, sed non semper salutari cum effectu recedit. Valeriola in obs. pag. 162. refert, singultum contumacissimum terrore subitaneo excitatum curatum fuisse: ratio nulla alia est, quam quia partes nervosæ & musculosæ, quæ singultum efficiunt, terrore constrictæ vehementiorem fluidi nervi adfluxum intercipiunt. Cavendum tamen quam maxime est, ne has curationes terrore præstitas universales habeamus, ac temere imitemur. Sunt enim hæc curationes & rariores, & infcuriores, nam is motus naturæ, qui ab exterioribus versus interiora sanguinem & humores impetuose propellit, valde suspectus habendus est. Si quando itaque a terrore salutaris effectus, vel morbi curatio sequuta fuerit, id, nostro quidem judicio, non aliunde fieri arbitramur quam intensiori & quasi febrili sanguinis

ad externas partes commotione, quæ se-
pissime vehementem terorem, præfer-
rim in vegetioribus, comitari & subsequi
solent.

§. XXVII.

Terror salutariter solvit motu inten-
sori cordis & arteriarum quodam febrili
eum subsequentे sudore.

Scholion.

Quia vehementiori spasmo superficies
corporis constringitur, & sanguis versus
interiora urgetur, non secus ac in febre fie-
ri solet, collecti circa vitales partes humo-
res intensum cordis & arteriarum motum,
qui febrilis dicitur, efficiunt, quo poslea
resistitur sanguini pristinus circulus, unde
calor occupat rursus externas partes, &
ita salutaris sit solutio morboſi status a ter-
ore induiti.

§. XXVIII.

Quædam gravia symptomata a terrore
sunt statim in principio, dum sanguis ad
interiora vehementi spasmo propellitur,
ubi sunt anxieties, palpitationes cordis
cum virium dejectione, item animi deli-
quia & apoplexia. quædam vero secundo
vel tertio die obveniunt, cum sanguis rur-
sus cum quodam impetu ad exteriora ver-
git, & hujus generis sunt sanguinis immo-
dicæ profusiones per hemorrhoides, per
uterum, quæ in gravidis abortum faciunt,
per pulmones, per narēs. Huc pertinent
quoque erysipelata & tumores glandula-
rum inflammatorij v.g. in mammis, glan-
dulis inguinalibus, pone aures, qui quan-
doque tertio die terrore correptis super-
veniunt.

§. XXIX.

Ad lœvissima illa mala, quæ terrorem
insequuntur, avertenda, non opportu-
nior datur medicina, quam quæ spasticas
partium nervosarum stricturas relaxat, vi-
res reficit, sanguinis cursum ad exteriora
promovet, eumque liberiorem reddit.

Scholion.

Quia tam gravia & periculi plena sym-
ptomata a deterimo illo affectu profici-
scuntur, omni utique modo providere o-
portet medicum, ut commoda medicina
ea præcaveat, quod optima ratione effici-
tur, spasmodicis strictris externalum par-

tium attemperatis & sanguinis circulo ad
exteriora revocato: ad quem finem obti-
nendum ego cum felici semper successu uti
solitus sum mixtus, quæ aquas analipti-
cas habent, ut sunt aquæ litorum conval-
lium, florum tiliæ, salvia cum vino & sine
vino, balsamum embryonum, misceri
potest essentia ambra, spiritus nitri dulcis,
mixtura simplex vel etiam essentia theria-
calis, item polvis bezoardicus. Præterea
liquor noster balsamicus tribus partibus li-
quoris mineralis anodynæ nostræ præpara-
tionis mixtus, & ad guttas triginta vel ul-
tra propinatus expertissimæ virtutis hoc
in genere nunquam non observatus fuit.
Juvat quoque corpus in quiete servare, &
probe tegere, frictiones circa præcordia,
& partes extremas adhibere, pedes quo-
que balneo immittere, & molliente ely-
mate alvum eluere. Sanguinis quoque
missio in plethorice necessaria est, hac ta-
men cum cautela, ne statim inter initia,
ubi omnia frigent & tremunt, administretur,
sed tum, quando pulsus incipit fieri ma-
jor, & redeunt vires, & calor ad partes ex-
ternas revertitur. Nihil vero deterius est,
quam potum frigidum vel externum frigus
admittere, & validiora purgantia, emetica
aut nimis calida propinare, siquidem hi-
sce omnibus spasmī invalefcunt.

§. XXX.

Ex iis affectibus, qui tonum, & robur
partibus motricibus & nerveis suffurantur,
& vires maxime subtrahunt, nullus vali-
dior est, quam diuturnior, & profundior
tristitia animique angor.

Scholion.

Sicuti tres maxime motuum naturæ
hostilium & morbificorum dantur classes,
ut vehementer febrilis, qui ab intra foras
cum impetu pellit sanguinem, & spasmus,
qui ab exterioribus cum urget ad inter-
iora, & denique atonia, quæ in nimia
resolutione & relaxatione fibrarum motri-
culum & remissione toni consistit: ita etiam
tres vehementes in anima sic dicta sensitiva
exsurgunt passiones, quæ singulas has mo-
tiones morbosas peculiari modo fovent &
sustinent, adeo, ut ira motu febrili, ter-
ror spasmo, tristitia atonia operationes sua-
exerant. Et quemadmodum ira & terror

terrime agunt, ita tristitia tardiori paulo gradu nocet, paulatim corporis vires depascendo, & tonum ac robur partium solidarum solvendo.

§. XXXI.

Tristitia solvit vires corporis, dum pulsum reddit exilem ac lendum, appetitiam & digestionem dejicit, vires corporis convellit, faciem reddit pallidam, cutim flaccidam, transpirationem remissorem, frigus in partibus extremis, alvi crebras dejectiones, somnum turbulentum parit.

§. XXXII.

Quia tristitiae affectus tonum & robur fibris motricibus sensim sensimque suffatur, cordis motum, & sanguinis circulum reddit languidiorem, adeoque excretiones sufflaminat, atque obstructions vasorum viscerumque infarctus gignit, unde longorum & difficultium morborum origo est.

Scholion.

Tristitia maxime infesta est visceribus, praesertim imo ventris, inque primis cursum sanguinis per ramos venæ portæ atque per lienem, pancreas, & hepatis sufflaminat. Quandoquidem hæc viscera jam tum naturali quadam imbecillitate toni laborent, quia fibrarum carnearum & nervosarum elatere sunt destituta, & vena etiam portæ pullu caret, & ordinario sanguinis segnior fit per hæc viscera trajectio; hinc facile potest intelligi, ab affectu tristitiae hæc viscera multum pati, & longe imbecilliora reddit a morbis, qui ex horum officio neglecto proveniunt, valde obnoxia fieri. Unde Hipp. lib. 2. de Morb. ait: *cura in visceribus veluti spinæ est utque illa pungit.* Prodeunt vero a tristitiae affectu maxime cachexia, scorbutus, malum hypochondriacum, paralysps.

§. XXXIII.

Tristitia pro diversitate partium, quarum tonum destruit, & quos infirmas reddit, ut ad stagnationem & decubitum humores fiant proclives, alios atque alios graves producit morbos.

Scholion.

In capite ad melancholiā, maniam, affectus soporofos, hemiplexiam, paralysin, ad guttam quoque ferentem; in re-

gione pectoris ad animi deliquia, ad polyposas concretiones, cordis palpitationes: in regione præcordiali ad inflammationem ventriculi, appetitum dejectum; in intestinis ad diarrheam, flatulentias hypochondriacas, imo ipsum affectum hypochondriacum disponit; unde *Sanctorius* Sect. 7. A. 3. mœrentes, inquit, facile obstrunctiones, partis duritatem & affectum hypochondriacum patiuntur, eam nempe rationem, quia mœstitia, si diu durat, carnes frigidas facit, dum impedit, ne perspirabilium crassa & inutilis portio exhalat. In reliquis abdominis visceribus cachexiam & maxime scorbutum inducit. Et de scorbuto quidem, quod is originem suam a profundiori tristitia ut plurimum ducat, multis in locis præclare monuit *Severinus Eugaleanus* in *Tract. de scorbuto*; siquidem pag. 3. ubi de causis scorbuti agit, hunc in modum verba facit: *quos cum crassiori victus ratione diurnior mœstitia exercuit, de his agrotantibus constanter semper predilecere ausus fui, eos a scorbuto morbo vel solo vel aliis permixto tenens.* *Pressius* adhuc hanc suam sententiam explanat obs. 19. pag. 300. ubi ait: *quos hac affectione laborasse novi, omnibus fere vel post crassum melancholicum victimum, vel post diurnis tristitias advenisse eam memini.* Conf. quoque Obs. 27. pag. 293. it. 284. In renibus calculum gignit, in utero mensium suppressionem facit. Observavimus, si magna tristitia ob damnum acceptum, ob maritum vel liberos defunctos, incidat in mensum fluxum, illum statim inordinatum fieri, & gravissime inde luere feminas, adeo, ut lava pathemata spastica subsequantur, concomitante subinde purpura. In habitu porro corporis ad macilentiā, ad sudorem frigidum maxime in locis inferioribus, nimirum in pedibus, disponit.

§. XXXIV.

Observatione constat, morbos alios benignos & familiares hominibus per diurnam mœstitudinem periculosos & lethales fieri, & medicamentis omnem in atrocioribus symptomatis avertendis alias insitam vim detinat atque denegari.

Scholion.

Ita observavimus, in feminis pathema-
ta hysterica, in viris calculum, podagram,
itemque scorbutum ob invadentem ingen-
tem tristitiam sævissima imo lethalia sym-
ptomata concitasse, eam videlicet ob ra-
tionem, quia hic affectus vires penitus
destruit, unde morbo ejusmodi ingruente,
cui subigendo vires sunt impares, inflam-
matoria & sphacelosa sanguinis stases per-
quam facile contingunt. Quod medica-
mentorum operatio sub gravioribus animi
pathematibus & præsertim quoque mero-
re suspendatur, id extra omne dubium est,
& inter alios graphicè hac de re loquitur
Bagliu. in prax. Med. pag. 133. cūjus verba
hac sunt: *anima quamdiu in perturbatio-
ne est, remedia nequicquam proficient;* &
licet quis ea recipiat, *viribus tamen non
auscultatur natura.* Morbi igitur ab animi
pathematibus orti blande ac leniter tra-
ctandi sunt, & tunc a nimia remediorum
copia & vehementia quam maxime absti-
nendum, ut idem gravissimus auctor pul-
chre monet. Convenit igitur, ut verba
Tulpi lib. 4. cap. 49. nostra faciamus, *et
agros securos agere, ut corpore tantum, non
etiam animo laborent,* & si que sunt, que
ipsorum animos exasperatura sint, optimum
est ea, dum agrotant, ipsorum notitia sub-
trahere.

§. XXXV.

Ad præcavendos morbos, qui a diuturni-
ori tristitia proveniunt, nihil utilius es-
se analepticis, roborantibus, quæ sanguini-
nis & humorum spirituascentiam & libe-
riorem cursum promovent, jam quisque
facile perspicit.

Scholion.

Plura huc pertinent tum ex diætetico,
tum ex pharmaceutico fonte petenda re-
mediorum genera. Nam aeris sereni &
temperati usura, coeli mutatio, motus, &
moderatior vini potentis & purioris aquæ
usus, & omnis animi blandior relaxatio
mirifice eos profligant morbos, qui a tri-
stitia viriumque dejectione proveniunt.
Denique infusa ex herbis aromaticis cali-
de pota, it. succinata, ambrata, salia
volatilia, oleosa, & alia balsamica, & que
digestioni maxime ciborum succurrunt,

vires mirum recreant, & morbos a copia,
infarctu & corruptione proficiscentes ar-
cent.

§. XXXVI.

Præter animi affectus motibus vitalibus
conservatoriis, & excretoriis, ac robori
partium nervosarum infestissimos dantur
adhuc alii mentis morbi, videlicet inten-
sa desideria, cupiditates, inquietæ cogita-
tiones, profunda & laboriosa medita-
tiones, quæ æque vires consumunt, sy-
stema nervorum debilitant, & oconomiam
naturalium motuum potenter invertunt.

Scholion.

Animus certe variis moribus, & labori-
bus agitatus nunquam sanitati prodest, sed
perpetuo secundum naturam actiones in-
tenturbat, quarum integratatem mens
quieta cupiditatibusque & motibus vacua,
id est, sana conservat. Plurimi itaque
morbi primam a morbis animi ducent ori-
ginem: quemadmodum id ex accuratis
morborum historiis abunde discimus. Si-
quidem anima, quo vocabulo principium
cogitandi, sentiendi & imaginandi desi-
gnamus, directe & proxime operationem
in fluidum tenuissimum, quod in cerebro,
nervis & medulla spinali continetur, exer-
cit, dumque hujus naturam & motum na-
turealem pervertit, cumque vel intendit
vel suscitavit imminuit, non potest alii-
ter fieri, quam ut omnes corporis fun-
ctiones inde mutationem in deterius pa-
tiantur.

§. XXXVII.

Diuturni animi labores & profundæ co-
gitationes consumunt maxime vires, ut
adeo robur non tantum toti corpori, sed
etiam potissimum iis partibus, quæ diges-
tioni, secretioni & excretioni vacant, de-
trahatur, & multæ in primis vii crudita-
tes progignantur & accumulentur.

Scholion.

Experientia constat, senes illos, in
quibus a labore immoderato studiorumque
intemperantia spiritus consumti sunt, &
novus eorum proventus ac reparatio ob
viscerum tonum destructum, digestiones
turbatas languidas, & sere deficientes
sunt impedita, ad flatulentias, spasmos hy-
pocondriorum, paralyses, admodum pro-

proclives fieri. Cicero non ob aliam causam summa fuit corporis gracilitate & infirmitate, quam ob assiduas lucubrations, & meditationes, quas in vita amavit, & quarum adeo frequentem in operibus suis mentionem facit. De Baronio refert Janus Nicius Erythraeus Pinacoth. 1. p. 90. illum tabe obiisse assiduo studiorum labore concepta, qua ita cibos omnes fastidiebat, ut nullum esset tam nitidum, tam delicatum, tam suaviter conditum obsoletum, ut posset in ejus stomacho edendi appetitum excitare; imo cum ad cenam vel prandium vocabatur, tanquam ad supplicium se rapi dicebat. Apparet etiam hinc, quare ex nimia studiorum intemperantia hypochondriaca sic dicta passio, in meritis spasmis & flatibus consistens, frequentissime suborietur, & quare ex insano amore in feminis cachexia seu chlorosis proveniat, qui morbus identidem ad cruditates & excretiones imminutas velut ad causam suam referendus est.

§. XXXVIII.

Necque vero tantum inordinati animi motus corpori nocent, sed & quod maximum, peregrinæ impressiones & ideæ susceptarum a perversa phantasia rerum plane mirabiles in peculiaribus morbis concitandis, & structura etiam partium viienda vires possident.

Scholion.

Quantam vim atque efficaciam talis imprelio pro diversitate idearum & individuorum in corpus possideat, ut tam varie actiones naturales ab imaginatione determinentur, inter alia conspicuum reddunt gravidae foeminae; nihil enim ipsis familiarius est, quam ad perversam earumphantiam mirifice formationem foetus & structuram partium ladi & immutari. Dependent inde maculae & navi materni, item mutilationes & conformaciones certorum membrorum in foetu depravatae. A sola impressione, & imaginatione firma presentis pestilentie plures peste correptos esse historiæ & observationes testantur, utri videre licet apud Helmont, in tumulo pessis pag. 981. it. Diemerbroeck in Tract. de peste pag. 859. Pechlin, lib. 3. obs. 16. Quod so-

lus aspectus eundem variolarum morbum provocare possit, quotidianæ est experientia, qua de re consuli potest Pechlin. obs. 23. lib. 3. it. Miscell. Nat. Curios. Dec. 3. An. 4.

§. XXXIX.

Maxime omnium vero motus partium convulsivi vehementiores, & terribiles, concepto inde quodam horrore, aspecti eam vim habent, ut in similes motus spectatores conjicere possint.

Scholion.

Ita plures viso epileptico inciderunt in similem morbum. Huc jure optimo pertinent ex observationes, quibus edociti sumus, homines meditationibus sacris additissimos, in convulsivos sanguinis motus non modo incidisse, sed & alios hisce inconditis motibus consternatos similiter extra se raptos atque convulsos fuisse. Facit hoc quoque, quod nuperime in pueris quibusdam Silesiacis observatum, itemque & ille morbus convulsivus & phantasticus, qui annis superioribus Annabergæ sevuit; de quo conferri potest Andr. Kunadi Consideratio Theolog. morbi convulsivi & phantasmatum, quibus Annabergæ nonnulli homines misere conficitati fuerunt.

§. XL.

Animi passiones infectant maxime imbecillos & tenerioris constitutionis homines; qui vero animo & corpore robustiores sunt, eos minus laedere solent.

Scholion.

Agunt enim affectus animi maxime in partes nervosas, & quæ sensibus ac motibus vacant, quarum tonum, ac motum violant planeque immutant, dum nervorum fluido valde alienum ac turbulentum motum inferunt. Si itaque haec parres ad anomalos motus recipiendos iam antea admodum pronta sunt, in quo maxime natura partium imbecillium posita est, tunc utique longe facilius in alienos & præternaturales motus ab animi passionibus abripiuntur. Quin imo harum partium natura atque indoles ita est comparata, ut si semel graviter v.g. a terrore læsæ fuerint, postea levide cauta & præter voluntatem terrore lafficiantur, eodemque alienos motus in-

corpo producant. Quod etiam de ira vallet, quæ, si animus semel vel aliquoties vehementer illa exceduit, postea frequenter & levi data occasione recurrit. Notatum etiam dignum est, quod homines præseruunt feminæ, ad animi affectus & maxime iram proclives, corpus plerumque infirmum & alienis motibus recipiendis accommodatum obtineant. Et patet hinc etiam ratio, quare foeminae sensibilioris naturæ ut plurimum lèdantur a suaveolentibus, si quidem probabile est, hæc eosdem vel similes motus excitare in partibus nervosis, quales ab animi affectibus produci solent.

C A P U T II.

*De venenis eorumque natura, viribus
& modo agendi.*

S. I.

Alit naturæ res, quæ exigua mole & summa partium tenuitatem brevi tempore concentrum atque ordinem motuum vitalium pervertunt, vel plane destruunt, & hæc vocari solent venena.

Scholion.

Quoniam itaque venena tam infensa sint naturæ corporis nostri conservatrici, seu motibus machinæ conservatoriis & vitalibus, ut vel cito perimant, vel in extremam perniciem corpus conjicant: utique solertis ac prudentis medici est, horum naturam ac vires alta scrutari: indagine, & quomodo illata ab iis noxa averuncari possit, paulo solicitus inquirere.

S. II.

Venenorum tres notæ essentiales sunt, quibus ab aliis rebus existialibus & humanae naturæ inimicis discernuntur. Prima est, quod summa partium tenuitate, adeoque minima mole agent: secunda, quod brevi tempore partium solidarum ac fluidarum motus ordinatos ac proportionatos universo in corpore pervertant, & gravissima symptomata vel mortem ipsam induant: tertia, quod in fluidum tenuisimum, & partes maxime nervosas

vim ac violentiam suam exerceant.

Scholion.

Inveniuntur in amplissimo regno nature plura, quæ brevi tempore nocent ac perirent, ut aqua frigida corpori sudore diffusenti immoderatus superingesta, frigus acerissimum, vel large assumptus spiritus vini, aut mineralis, acidus, ut oleum vitrioli, quæ tamen venenorū classi proprie & commode annumerari non possunt, quoniam præcipui characteres ac proprietates venenorū deficiunt.

S. III.

Quodvis naturæ regnum peculiaria venena profert.

Scholion.

Venena omnium subtilissima, & quæ penetrantissimæ indolis sunt, in regno animali hospitantur, quæ morsu communicantur ab animalibus rabie vel ira vehementi percitis. Secundum locum tinentur ea, quæ regnum minerale suppeditat, ut sunt arsenicalia & mercurialia. His proxime adiungenda sunt quedam ex vegetabilibus, acerissimum & nocentissimum elementum imbuta, quorum classem ducunt purgantia fortiora & narcotica, principio sulphureo vaporoso infesta.

S. IV.

Non quorumlibet animalium vel insectorum morsus plagam infert virulentam, sed eorum tantummodo, quæ rabie & vehementi excandescencia exarserunt, & quæ calidioris naturæ & ad iracundiam pronasunt.

Scholion.

Ex animalium quadrupedum genere, quæ cholericæ sunt temperaturæ, & frequenter ira vel rabie corripuntur, sunt maxime canes, lupi, feles, vulpes, simiæ, quorum morsus ob virulentiam extimescens est. Ex insectis potissimum hunc censem subeunt viperarum, scorpionum & aranearum species.

S. V.

Firma constat experientia, in climatis & locis calidioribus & tempore ardenterissimo insectorum morsus multo esse venenosiores, quam in locis frigidioribus.

Scholion.

Araneæ, scorpiones, & viperæ nostris in regio,

regionibus, ut pote temperatioribus, & septentrionalibus rarius morsu, vel ictu nocent, vel necant; serpentes etiam nostrates plane sunt innoxii. In calidissimis vero Italæ, Siciliæ, & Asiaz locis horum insectorum venenatus morsus, & ictus multiplici experientia satis, superque cognitus, & exploratus est.

§. VI.

Neque insectum, neque ullum aliud animal in se est venenatum, sed maxime eorum ictus, vel morsus vim veneni obtinet; siquidem tunc demum venenosam quasi naturam induunt, quando ira, vel rabie, quæ extrema, & continua irascentia est, exagitantur,

Scholion.

Nunquam fide dignis historiis, vel certa quadam experientia probari poterit, a vi perarum, scorpionum, aranearum, vel aliorum insectorum, quæ vulgo pro venenatis habentur, usu interno mortem, vel insigne quendam perniciem sanis corporibus fuisse inductam. Quamvis enim negari non possit, plurima infecta in se reconditum habere sal quoddam causticum partibus nervosis non adeo amicū; nem tam, quam corpori inferunt ab eorum morsu, vel ictu profici certissimum est. Et quoniam fortiter urinam pellunt interius assunta, ideo hydropicis hæc ipsa remediorum genera saluti fuisse, fide dignæ observationes testantur.

§. VII.

Venenum, quod animantia ictu, vel morsu communicant, originem, & naturam suam maxime ac primario debet animi affectui vehementiori, qualis est ira, eaque extrema, & continuata, quæ in morbum, rabiem, vel insaniam tandem degenerat.

Scholion.

Est ea omnium animi affectuum indoles, ut universam fluidi in cerebro, ac nervis contenti massam, & hujus ministerio totam nervorum, & membranarum compaginem afficiant, omnesque motus vitales partium solidarum æque, ac fluidarum, secretorios nempe, & excretorios magnopere pervertant, quippe in quo veri venenii vis, atque effectus continentur. Atque

hinc clarissime patet, inter venenum, & animi affectum, præsertim vehementiorem, ratione efficacæ, virium, & effectuum nullam prorsus intercedere differentiam.

§. VIII.

Quia tonum fluidum nervorum ab ira, & rabie in concitatissimum motum, quoniam datur perniciosus, violenter abripiatur: non mirum est, omnes corporis successus inde venenosam quandam indolem concipere.

Scholion.

Non defunt exempla, ubi a morsu hominis iracundia commoti lethalia symptoma sequuta fuerunt, non aliam certe ob causam, quam quod saliva veneno infecta fuerit. Ita novimus quendam ex morsu hominis irati mortuum cum eruptione macularum purpurearum accendentibus convulsionibus ac delirio, cuius corpus post mortem dissectum tumidum, & summo factore inquinatum repertum fuit. Deinde non modo rabies, sed etiam vehementiores animi affectus in corpore humano, ut terror & ira, totam lymphæ massam venenata qualitate imbuunt, id quod clarissime ex eo apparere puto, quod infantes ex assumto lacte nutricis, quæ brevi ante ira, vel terrore perculta fuit, in gravissima pathemata convulsiva epileptica, & sævissima alvi tormenta incident, non secus, ac si veneni quid illis fuerit propinatum. Memorabile etiam est exemplum, quod Timæus a Guldenklo Lib. 7 de Morbi Venenat cas. 23. refert de vaeca a cane rabido admorsa, cuius lac omnes, qui eo usi fuerunt, in rabiam egit. Et Fernelius de Abdit. Morbor. Caus. cap. 14. pag. 508. commemorat, lupo rabiolo trucidato, & invaria obsonia a venatoribus quibusdam parato & cocto, omnes, quicunque esstrarunt, non multo post rabie fuisse corruptos. Geminus huic exemplum de porco a cane rabido demorso tradit Borelli. Cent. 1. Obser. 75.

§. IX.

Saliva in primis venenata qualitate imbuitur; quoniam humor est valde subtilis, fermentativa & spirituosa indolis, quicquid illius motum concitatissimum & rabie-

impressum recipere , eumque per reliquos succos diffundere , & quasi multiplicare potest .

Scholion.

Qua de causa salivalis ille virulentus liquor , non tantum mediante morsu nervosus , & fibrosis partibus insinuatus , summe pernicialis est , sed alio eriam modo ad fluidum corporis nostri tenuissimum delatus , ipsi virulentam hanc indolem afficit . *Jul. Palmarius Libr. de Morb. Contag. pag. 321.* insigne exemplum de rustico in rabiem aucto refert , qui liberis suis oscula figens eosdem pari lue infectos internectioni dedit . *A. Cælio Aureliano lib. 3. cap. 9.* hanc in rem quoque notatu dignum memoratur exemplum sartricis cuiusdam , quæ in vestimentis a cane rabido dilaceratis reparandis occupata , admoto prius ore , filum præmordens rabiem contraxit .

§. X.

Virus animantium , quod ab eorum ira , vel infania generatur , non modo salivam , lac & lympham , sed ipsum quoque liquorem seminalem inficit .

Scholion.

Tristissimus ante aliquot annos obtigit Duderstadii casus , ubi a lupo rabido multi canes , & homines admorsi fuerunt , quorum pauci servati , plures cito , quidam post aliquod tempus , præcedente aquæ metu , obierunt . Quidam horum mox post plagam morsu acceptam , quam neglectui habebat , coitum celebravit cum uxore ; post aliquot vero dies una cum uxore , quæ a lupo rabioso non tacta fuit , consuetis symptomatibus correptus est , ubi tamen femina servata , maritus vero extinctus fuit . Præterea novimus patrem quendam , certis intervallis maniacum , qui paroxysmi tempore cum uxore congregiens filium genuit eodem malo post exactos pubertatis annos correptum ; quos vero extra paroxysmum progenuit liberos , ii omnes ab hoc malo immunes fuerunt . Spectat huc etiam illud , quod amor insanus per philtra , quæ ex saliva , semine , vel sanguine menstruo parari solent , eadem prorsus ratione in aliis excitari possit . Neque enim ex toto insuper habendæ sunt illæ observationes , quæ de filtrorum noxa nos cer-

tiores reddunt . Ex hisce vero jam cognitis illud maxime ad usum , & salutem generis humani depromendum esse existimo , quod diligenter evitanda sit consuetudo eorum hominum , qui rabie , ira , vel terrore exagitantur , ac summa cum cura providendum , ne ejusmodi homines quidpiam de saliva , semine , vel lacte aliis sanis , & imbecillioribus communicent . Dissuademus itaque magnopere coitum cum viris , quos paulo ante gravis animi affectus corripuit .

§. XI.

Ut ut venenum , quod morsu animantis rabiosi infertur , valde actívæ , & penetrantis sit indolis : quandoque tamen accidit , ut illud sine omni noxa diutius partibus admortis infideat , & dénum elapso aliquo tempore in actum deducatur .

Scholion.

Prostant in medicorum tum veterum , tum recentiorum monumentis plures observations , ubi a rabidis animantibus admorsi longe inde tempore nihil molestiarum perpessi fuerunt ; exacto vero mensis , vel ultra spatio consuetis gravibus symptomatibus , inprimitique funesto aquæ timore correpti fuerunt . Recte hinc *Cælio Aurelianus lib. 3. cap. 9.* post morsum quidam celerius in passionem veniunt , quidam tardius , ideo etram post annum aut eo amplius , sed magis plures post quadraginta dies . Cujus peculiaris phænomeni causæ quamvis paulo difficiliores videantur , tamen quid verisimile sit , exponere placet . Constat nempe dilaceratas per mortsum fibras cutaneas crispari , & contractione quadam inse invicem coire , unde renitens quidam tumor subnasci solet . Sub hoc itaque virulentam illam subtilem materiam inclusam , & quasi incarcерatam detineri posse probabile est . Præterea concursu succi tenacoris , qui ex fauciatis fibris ex stillat , volatile illud virus quodammodo etiam fugitur , & sub ejus involucre non secus , ac acies in vagina , vel favilla sub cinere ad tempus reconditur , donec certas ob causas a comedibus liberatum , & sui juris factum , in partes nervosas lavare , & vim suam pernicialem prodere incipiat . Existimamus quoque , differens hominum temperamen-

tum .

tum hoc multum facere, utpote quum in corporibus seignioris, torpidæ, & phlegmaticæ naturæ ejusmodi venenum sine effectu longe diutius, quam in cholericæ, & agilioris indolis hominibus latere possit.

§. XII.

Ex penu, & regno minerali pauca prædeunt vera venena, inter quæ tantum unicum est nativum cobaltum: tria vero arte facta, arsenicum cuius tres dantur species, mercurius sublimatus, & vitrum antimonii.

Scholion.

Cobaltum, cuius copiosior proventus in venis subterraneis Misnia est, ob virulentam, & enecantem suam vim, quam exerit in insecta, bruta & homines, notissimum est. Est vero hoc ipsum minera arsenici, dum acriori igne sub præparatio-ne vitri cærulei, quod dicitur smaltum, germanice Blaue Farbe, ex eo flores albi sublimantur, qui vocari solent *Gift-Mehl*; Hi fortiori ignis temperamento fonduntur in corpus vitriforme album, quod vocatur arsenicum album, vel etiam crystallinum venenum innumeris lethalibus exemplis satis infamatum. Quandocunque ad partes decem florum additur una sulphuris vulgaris, & hæc invieem funduntur, non album, sed citrino colore tinctum arsenicum prodit. Si vero duæ partes sulphuris cum decem partibus pulveris albi miscentur, igne fusionis arsenicum rubrum emerget. Hæc omnia sunt venena, sed perniciosissimum album; veteribus vero plane incognita hæc tres species fuerunt; mineralam vero suam, ex qua præparantur, videlicet cobaltum, vehementia, & celeritate nocendi longissime exsuperant. Atque hoc venenum est nostris temporibus commune, & usu pervolgatum, quo ad patrandâ beneficia pessime utuntur, maxime ob hanc causam, quia gustu non percipitur, & in solida æque, ac fluida forma commode offerri potest.

§. XIII.

Vera venena mineralia veteribus fuerunt incognita, qui res alias noxias ex hoc regno venenis fallo adscriperunt.

Scholion.

Antiqui medici resfere omnes minerales

nativas naturæ humanæ incongruas, vel infestas pro venenis habuerunt, unde argentum vivum, antimonium crudum, vitriolum album, & omnes vitrioli species, lithargyrium quoque, & cerussam, item lapidem lazuli, adamantem venenorum classi anumerare non dubitarunt. Maxime omnium vero auripigmentum, quod arsenicum vocarunt, teste *Celsi lib. 5. cap. 5. pag. 260.* in venenorū familiā reduxerunt, quod tamen omnis virulentæ, & enecantis naturæ expers est. Quo spectat etiam veterum sandaraca, quam arsenicum rubrum vocarunt, & ex colligato auripigmento confecerunt, quod etiam enecandi virtute orbatum est. Neque vero negamus, has omnes enumeratas species naturæ humanæ minus convenire, vel etiam rodente quadam virtute esse instructas; sed tamen neutiquam hinc concludendum est, eas ad venenorū classem esse referendas, quoniam veri veneni characteres deficiunt.

§. XIV.

Pessimo errore a recentioribus auripigmentum pro veneno venditor, & cum arsenico citrino factio confunditur.

Scholion.

Error est minime excusandus, dum plures ex recentioribus auripigmentum arsenicum citrinum vocant, & pro veneno declarant, quemadmodum id latius deduxi, & loca allegavi in *Dissert. nostra de Erroribus circa venena vulgaribus*. Nam arsenicorum, quæ veteribus nota fuerunt, & ad auripigmentum referri debent, & quæ demum nostris temporibus inclaruerunt, & ex cobalti minera proveniunt, ratione natalis soli, indolis, & effectus ingens est differentia. Nam auripigmentum est minerale aurei coloris, sulphureum, ex tenuibus crustis, tanquam squamis, instar lapidis specularis fistulis compositum, quod in Græcia, Mysia nempe Helleponi, ex montibus eruitur, & ad nos advehitur. Hoc in pulverem redactum & flamme admotum fluit, accenditur, & flammatum cum fumo albo, subflavo, emitit, qui cultrum superpositum albo luteo, & subrubro colore, pulchro spectaculo obducit, in fundo arenosis, & lapidosis

dosis particulis relicitis: fumus odorem habet foetidi sulphuris. Idem auripigmentum in cucurbita vitrea vehementiori igne liquatum mallam dat instar cinnabaris rubicundam, in superficie instar rubini splendentem, quam veteres sandaracam appellantur. Arsenicum vero album, flavum, & rubrum nostrum est factitium, & patram habet Misniam, ubi tantummodo, inque nullis aliis terris, & quidem in pago Ehen Friedrichsdorff, conficitur ex minera grysei coloris, quæ vocatur cobaltum, germ. *Fliegen-Pulver*, quia muscas hujus pulvere enecare solent. Ex hac minera parantur, ut supra innui, illæ tres arsenici venenati species, quæ veteribus plane incognitæ fuerunt. Unum vero ex illis igni in vase impositum, totum in auras avolat, ne ullo vestigio ejus in vase reliquo, densus albus fumus foetidissimum alliacum spargit odorem, & laminam ferream albo colore obducit, neque flamمام concipit. Jam vero auripigmentum omni draistica, purgante, & emetica virtute caret, neque animantia necat, frequenti experimento instituto in canibus, felibus, quibus in ipsigni dosi ad drachmam unam, & ultra sine ulla subsequentे noxa id obtulimus. Et utut auripigmentum accensum fumum foetidum emitat, tamen potius est sulphureæ, quam arsenicalis, vel mercurialis naturæ: quod vel inde patet, dum ex æquali auripigmenti, & mercurii sublimati parte sublimatione cinnabarim elegantissime rubicundam obtinovimus. Arsenicum vero, sive album, sive flavum, & rubrum, summum est venenum, & omnis generis animantia in paulo majori dosi assutum brevi necat. Ut adeo ex jam dis satis clare appareat, auripigmentum cum arsenico citrino neutiquam esse confundendum, quod tamen a plurimis medicis, imo collegiis factum esse acta, & responsa publica loquuntur.

§. XV.

Præter arsenici tres species etiam argentum vivum, in spiritibus acidis, & mineralibus solutum, veri veneni indolem, atque vim habet.

Scholion.

Mercurius currens vivus omnis virulen-

tiæ expers est, neque in ingenti quantitate haustus ullum ex animalibus interficit, sed pondere suo cito per alvum elabitur, atque adeo in passione iliaca, quæ a fecibus infarctis, & intestinorum complicatione fit, sumnum, & frequenti experimento probatum remedium existit. Si vero ab acido corrosivo, ut est spiritus salis, vel nitri, dissolvitur, acrimoniam summe corrosivam acquirit, qua non modo fibras ventriculi, & intestinalium nerveas lancinat, & discindit, ut omnium corrosivorum mos est, sed & constrictivam, & erodentem vim suam ulterius diffundit, & universum systema nervosarum partium in spasticas constrictiones violenter conjicit; unde sanguinis liber influxus, & effluxus fistitur, & mors paratur. Quia vero ob causticam acrimoniam hoc venenum non facile offerri potest, hinc rarissimi casus in medicorum libris prostant eorum, qui veneno hoc imperfecti fuerunt. Eo plura vero exempla in praxi medica occurruunt, ubi medicamenta mercurialia non rite parata, & correta valde atrocia, imo funesta symptomata excitarunt.

§. XVI.

Inter venena arte parata non insimum locum tenet antimonium in vitrum redatum, quod in pulvere oblatum non modo vehementes, & sevissimis tormentibus stipatas vomitiones, sed etiam haud raro mortem inducit.

Scholion.

Cognita nobis sunt aliquot exempla, ubi vitrum antimonii in substantia propinatum, præsertim, cum jam prima regio spasmodis obnoxia fuit, non secus ac arsenicum intra aliquot horas mortem intulit, præcedentibus omnibus signis, ac symptomatis, quæ propinatum venenum indicant, & sequuntur.

§. XVII.

Ex vegetabilium regno inter præsentissima venena referri debent cicuta vera, napellus, sive aconitum caruleum, solanum furiosum, hyoscyamus, ac datura.

Scholion.

Cicutæ venenum jam antiquissimum temporibus apud Græcos, & maxime apud Athenienses familiarissimum fuit, quippe quo

quo solenni more sibi, vel aliis mortem inferendi usi dicuntur. Neque facile aliud venenum veteribus cognitum, & familiariter usurpatum, præter hoc ipsum, inventimus. Memoriæ etiam proditum est, succum cicutæ, leni insolatione spissatum, olim publice Athenis in poenam fuisse asservatum. Neque tamen inficias ire licet, Græcorum cicutam multo fuisse valentioram ea, quam regiones nostræ alunt; si quidem illa in locis calidioribus nata, a ferventissimo solis æstu longe penetrantioram vim insitam habet. Nec tamen cicutæ, quæ nostris in regionibus progignitur, indolis venenatæ expers est; nam quod lethalia symptomata hominibus induxit, aliquot consignatis historiis luculenter docet Cl. Wepferus in elegantissimo libro de Cicta aquatica. Napellum venenum esse plures historiæ, & observationes testantur, quas videlicet collectas in Dom. Zornii Botanologia Med. pag. 458. De noxibus venenatis folani furioli, & hyoscyami memorabilia, &, ut solet, eruditæ tradit Cl. Wepferus loc. cit. pag. 227.

§. XVIII.

Dantur venena certis potissimum animalibus noxia, quæ in hominibus venenatam efficaciam vix exerunt.

Scholion.

Ita amygdalæ amaræ in volucribus, præsertim in ciconia, columba, convulsiones excitant. Eadem amygdalæ, & nuces vomicæ felibus, & canibus oblatæ cum convolutionibus interficiunt. Piscatores coccus pisces necare, notissimum est. Spiritus etiam vini rectificatus ad unum, vel duo cochlearia felium ori infusus, in iis mox horrendas producit convulsiones. Videtur autem sulphur illud vaporosum, quod commemoratis simplicibus inest, & quo etiam amygdalæ amaræ imbutæ sunt, tellante id ipsum spiritu vini super illas abstracto, animantium cerebro maxime infensum, atque adeo iis magis noxiun, quam hominibus, quos natura majori cerebri mole, & uberiori fluidi nervi quantitate donavit.

§. XIX.

Agunt venena summa partium tenacitate, qua se se aliis partibus nervosis infi-

nuant, iisque infensissimos motus inducunt.

Scholion.

Habet hoc regnum naturæ, ut ex minimo maximi, & stupendi producantur effectus. Quam tenuis, atque exigua est illa portio, tam in ovulo foemino, quam semine virili, ex qua homo progignitor. Nonne totius naturæ conservatio, si animantium, ac vegetabilium regna spectemus, tenuissima materia seminibus inclusa sustinetur? Quam stupendi effectus in rerum natura praestent a tenuissimis fluidis, aere, æthere, in propatulo est. Est etiam illud exiguum, quod morteæ infect, & machinam corporis humani destruit, ut quidem videmus in peste, cujus contagium subtilissimo vapore serpit, aliisque communicatur. Non igitur mirum videri debet, venena summa partium tenacitate suas praestare operationes, id quod ex morbu rabidorum animantium, & venenis per vulnera communicatis clarissime appetat. Antimonium cum vino infusum, vel decies sine diminutione sensibili perderis vehementer purgat. Omnis deleteria purgantium vis, ut hellebore albi, nicotianæ, asari, colocynthidis, item narcoticorum, ut seminis daturæ, hyoscyami, sola diuturniori coctione cum aqua in auras dissipatur. Mercurius vivus, ut plane insolubilis videatur, & ex fixioris, & solidioris naturæ partibus compositus: si tamen cum aqua coquitur, illa vim vermes enecantem acquirit. Cobaltum, arsenicum, ut difficilioris solutionis, & nexus videantur, tamen cum aqua si decoquantur, virulentam vim ipsi communicant. Et aqua ejusmodi arsenicalis infusatum illud venenum est, quo beneficæ quædam Romæ sub Alexandro VII. gravem stragem ediderunt, & aquettam appellarent. Et memorabile est, quod nuper ad me scripsit illustris Dom. Garelli, Anthoniorum Cæsaris princeps, his verbis: Occasione elegantis Tuae dissertationis de Erroribus circa venena in mentem venientium quoddam venenum, quo famosissima beneficia, in carcerebus Neapolitanis adhuc servante, in sexcentorum perniciencia usus est.

Hoc vero nihil aliud est, quam arsenicum crystallinum in larga aqua copia per simplicem decoctionem soluta, addita, nescio in quem finem, cymbalaria herba. Hoc mihi communicavit Augustissimus Imperator, cui transmissus est processus criminalis propriae venefice confessione confirmatus. Aqua vero vulgari idiomate Neapolitano. Aqua della Toffanina appellatur. Certissime interficit, & plurimi hoc veneno occubuerunt.

§. XX.

Agunt quædam venena principio tenuissimo saline acri constringente, alia subtilissimo vaporoso sulphureo, naturæ infesto.

Scholion.

Sale subtilissimo acerrimo caustico agunt maxime venena ex minerali regno, ut arsenicum, cobaltum, vitrum, & regulus antimonii, & mercurius corrosivus factus. Ex vegetabilibus cicutæ, napelli, & quædam fungorum species. Et utut acrimonia illa ob summam tenuitatem gustus organo non non feriat, salina tamen acris eorum indoles partim ex solutione cum aqua, partim ex septica, erodente, & vesicatoria, quam exserunt, partibus externis applicata, ea satis liquida dijudicanda est. Graveolenti vero, & inimico sulphureo vaporoso operantur narcotica; siquidem coctione ingratissimum vaporem exhalant. Et sicut corrosiva in substantiam partium nervearum maxime grassantur: ita vaporosa, & narcotica tenuissimum illud fluidum, quod nervosis partibus infidet, & ex cerebro ad eas derivatur, corrumpt, ejusque motum extinguunt, unde motus, & sensus perire solent, quemadmodum contra corrosiva motus reddunt. vehementiores.

§. XXI.

Venena, præteritum ex mineralium, & vegetabilium regno petita, savitiam suam maxime exercent in ventriculum, velut partem valde nervosam, & sensibilem.

Scholion.

Ventriculum cum ejus orificiis propter tunicas nerveas, & copiosos ex intercostali, & octavo pari nervos ad eas abeuntes.

exquisitissimo sensu, & motu peristaltico gaudere, atque adeo cum universi corporis partibus communicationem, & consensum habere, supra jam satis ostensem est. Quum itaque venena hanc partem inter nerveas principem primo, & immediate tangent, atque afficiant, & diutius quoque illi immorentur, atque etiam succo fermentali gastrico dissolvantur, non mirum est, illa in ventriculo præcipuam suam tyrannidem exercere, quod cardialgia, anxietates, constrictiones, & compressiones præcordiorum, vomitiones, nausea, inflammations, maculae, & stigmata sphacelosa post mortem satis abunde que testantur. Et notabile est, quod narcotica, item arsenicalia, antimonialia citio, antequam ad massam sanguinis eorum materia dispersa fuerit, cum quasi adhuc integra, & vix soluta in ventriculo haerent, virulentiam suam prodant, dum arctissime contrahunt orificia, teste anatome, & vel vomitum, & anxietates, vel gravem somnolentiam derepente inferunt, utpote virulentia simul, ac insinuantur fibris ventriculi nerveis, statim per universum nervorum sistema dispergitur, & hostilis spasmus diffunditur.

§. XXII.

Quum venena summa partium tenuitate agant, ac partibus præcipue nervosis, quas omnes facile in consensum trahiunt, infesta sint, in violentos motus eas adigendo, in prolixi est judicare, quam ob causam intra cutim admissa plus noceant, quam majori dos intus sumta.

Scholion.

Planum, ac perspicuum inde evadit, quare tam exitiosa sint vulnera, quæ telis venenatis infliguntur. Notum est, venatores Hispanos, & Gallos olim succo hellebori albi, qui intus assumptus non statim interficit, tela sua illivisse, iisque necasse cervos, unde venatoria venena, & palestrica vocata fuerunt, qua de re legi merentur Cæsalpinus in Tr. de Vener. pag. 141. Crato Lib. 2. Prax. p. 220. & Celsus Lib. 5. c. 27. Tanta etiam napello vis inert, ut telorum mucrones ejus succo infecti plagam lethalem infligant, cuius rei testes fide digni sunt Dodoneus Lib. 3. de Purgant. Herb. Histor.

*Histor. c. 12. & Conrad. Gesnerus de Lunariis.
Hebr. p. 77. Capivaccius in Med. Pract. Lib.
7. cap. 7. Notatu quoque dignum est, quod
Franc. Rhedi in observ. de Viper. p. 33. refert:
expertum est, inquit, quo terribilia, & le-
thalia jacula incole insulae Bantam ferien-
do brevi tempore mortem contilient. Rela-
tum vero mihi est venenum, quo insciunt
tela, esse linimentum ex succo citri, & ar-
senico paratum. Arsenicum interne majo-
ri dosi sumptum vim summi quidem veneni
obtinet, mirabile tamen est, quot in ex-
igua quantitate exterius applicatum ulceri-
bus cancerosis febres, deliria, & convulso-
nes moverit, id quod aliquot observatio-
nibus confirmat *Hildanus Cent. 6. Obs. 80.*
& 81. Cujus experientiae adstipulatur *Cl.*
Wepferus in Tr. de Cicut. Aquat. p. 281. qui
ab arsenico cum butyro capiti inuncto fe-
brem, deliria, syncopen, & totius capititis
intumescientiam imo mortem ipsam anno-
tavit. Denique memorabilis circa hanc reu-
locus extat in *Thuanii Hist. Lib. 27. p. 22.* ubi
ita fatur: *A fide dignis mihi narratum est,*
apud Convalenses, seu Waldenses in usu
*esse, ut gladiorum actes, spicula, venabu-
la, sagittas, glandes plumbeas, & cetera*
misilia, Tora vulgo dicta, seu potius ph-
*thora succo, que in illis locis frequens nasci-
tur, & vulgari toxicis nomine appellatur,*
inficiant, quod praestitissimum venenum
esse sciunt Medici. Ejus & longe alium in
*re dispari usum inter Alpinos, quem mini-
me reticendum putavi, mirabitur lector:*
gallinas, & pullos, & hujusmodi volucres,
*quorum carnes edules in diversoriis appo-
nuntur, cultris eo succo illitis sub aliis figunt,*
quo ictu mox emissio sanguine exanimantur,
nullo viro inde contracto, tantum carnes in-
*de teneriores redduntur, & statim hospiti-
bus comedende apponuntur. Cicuta exterius*
si incaute usurpatur, testibus Boreello Cent.
2. obser. 3. & Sim. Pauli Quadripart. Botan.
claff. 3. pernicialia symptomata excitat Ran-
nunculus hortensis flore pleno miniatu omni-
quis quidem odoris expers est, emittit ta-
men virulenta effluvia; praeferit si naribus
admoveatur, unde angustias praecor-
diorum, capitis dolores, & vomitus ortos
*fuisse legitimus in *Miscell. Nat. Cur. Dec. 3.**
ann. 9. & 10. obs. 92. Quibus cognitis nemini-*

nem magna tenere debet admiratio, quod
venenum morsu rabidorum animantium
subcutaneis fibrillis insinuatum tam acerba
ac saeva symptomata in universo partium
nervosarum systemate concitet. Ceterum
quam periculosa symptomata ab inunctione
mercurialium proficiscantur, id complures historiae, & observationes satis lu-
culenter evincunt, cuius rei exempla pro-
fert *Hildanus Cent. 3. obs. 92.* dum a mercurio
vivo, vel ejus pulvere ulceribus insper-
so corpora tenella protinus de dolore dentium,
& gingivarum inflammatione con-
questa fuerunt. Idem auctor in alio subje-
cto mortem ab inunctione mercurii vivi
inductam commemorat. Et *Borellus Cent.*
2. obs. 92. perhibet, aquam mercurii subli-
mati in scabie exterius usurpatam paulo
post lyphothymiam excitasse.

§. XXIII.

Omnia vera venena id commune ha-
bent, ut spasmos partibus nervosis, & fi-
brosis inducendo interficiant.

Scholion.

Vana est in medicorum scholis conten-
tio, utrum venena sanguinis massam col-
liquando, an potius coagulando perirent.
Nam venena, ut nobis firmiter persuasum
est, primario non tam in fluidas, quam
potius in solidas partes, quæ fluida regunt,
vim suam exercent; sique ex innumeris
hominum, venenis interpectorum, histo-
riis invicem collatis annotata ibi sympto-
mata intueamur, facile intelligemus, ea
ut plurimum inter se convenire, eorum-
que causam unice referendam esse ad vio-
lentas, & convulsivas partium nervosa-
rum contractiones, quæ liberum fluido-
rum motum perturbant, vel penitus extin-
guunt. Quo magis illa veritas confirmatur,
quod spasmi nervosarum partium naturæ
humanæ sint infensiissimi, nec tantum
morbosi, sed etiam plane mortiferi. Per-
turbant enim sanguinis, & humorum mo-
tum vitalem, qui ad exteriora, & super-
ficiem corporis tendit, omnesque excretio-
nes juvat, atque adeo vitales succos potius
ad interiora urgent, ac tubulis constrictis
liberum eorum itum, ac redditum sufflamini-
ant. Agunt vero omnium trium regno-
rum venena eadem prorsus vi, spasticas

nini-

nimirum stricturas inferendo. Pro differente autem locorum, & partium natura alia, atque alia inducent symptomata. In cerebro nempe ejusque membranis deliria, convulsiones, epilepsiam, nimirumque soporem inferunt; in membranis spinalis medullæ agitationes artuum convulsivas, inquietudinem, & jactationem corporis; in corde, & arteriarum compage animi deliquia, virium plenariam prostrationem, cordis tremorem, pulsum contractum, & celerem, imo plane deficientem producunt. In nervis pneumonici, & diaphragmaticis, singultum, ægram, & summe anxiam respirationem cum violenta dia-phragmatis ad superiora retractione, strangulationis, ac suffocationis metu efficiunt. In œsophago sitim intolerabilem, ac difficultatem deglutendi; in ventriculi tunicis nerveis maximas cardialgias cum naufea, & vomitu, in intestinorum volumine atrocissima parunt tormenta cum contumaci alvi adstrictione. Cutem horror occupat cum frigore, vel sudore frigido, facie pallida, frigida, livida, cadaverosa: ductus urinarii spasmus constricti urinam retinent, vel perpetuo ad illam reddendam stimulantur. Ductus quoque biliarii spasmus coarctati biliolum succum transfundunt in sanguinem, unde icteritia nascitur. Imo veneni contagium etiam ad membrum virile diffunditur, in quo molesta sentitur tensio. Quibus accedit, quod cadavera venenis intersectorum quoad ventrem mirum intumescente soleant, reliquo corpore maculis, & stigmatibus rubris obfesso. Quod procul omni dubio eam ob causam contingit, quoniam vehementes partium stricturas tandem excipit ingens fibrarum laxitas, & atonia; unde flatus antea spasmodis compressi, & coacervati, jam sui juris facti, volumen intestinorum mirifice expandunt. Quod vero ad maculas & stigmata rubra, in ejusmodi cadaveribus conspicua, attinet illa a sanguine vi spasmorum expresso, & inter fibrarum interstitia stagnante provenire videntur. Atque hæc sunt præcipua, & solennia illa, cum quibus veneno tacti conflictantur, symptomata, que si non omnia, ac singula semper, & ubi vis sunt obvia, illorum

tamen præcipua nunquam non observantur. Ecquis autem inde non perspicit, omnes has truculentas afflictiones a violentis partium nervosarum stricturis præcipue suos trahere natales, atque originem?

§. XXIV.

Certæ, ac perpetuae observationis est, quod corpori communicata venena mentem inferant, eique sanæ rationis usum eripiant.

Scholion.

Est ita omnium venenorū indoles comparata, ut non modo mentem emoveant, sed fere singula eorum peculiarem insaniam speciem inducant. Ita ex mortuā canis rabidi hydrophobia, seu vehemens aquæ timor nascitur, ita prorsus, ut ad ipsius aquæ visum, sonitum, vel nomen non tantum sine ulla causa vehementissime inhorreant æ gri, sed & cum anxietate, & iracundia quadam insaniant, & quodvis liquidum respuant, licet intensissima siti premantur. Qui tarantula, quæ araneæ majoris est species, in regionibus Italiae calidissimis, mensibus præsertim aestivis, punguntur, insatiabili saltandi libidine, præsertim ad quandam musices concentum, exagitantur. Qui fructibus solani veri, sive Italica belladonnae dictis vescuntur, eos furor corripit, unde etiam solanum furiosum, seu maniacum appellatur. Quam in rem legi meretur obser. 161. Miscell. Natur. Cur. Decur. 2. ann. 7. ubi sex liberi, assumto robore baccarum solani somniferi, quod loco baccarum eboli confectum fuit, somno expergefacti adeo in fuorem acti fuerunt, ut vestimentis abjectis, & solo indusio velati clara die domuncula exirent, & per plateas discursarent gestuando, tripudiando, cachinnando, & delira multa tum loquendo, tum peragendo. Plures historias vid. in Sim. Pauli Quadri. Botan. class. 3. pag. 541. & Lobel. Adversar. p. 103. & Fabri Strychnomania. Qui lemen vel radicem hyoscyami nigri assumserunt, ita dementantur, ut facti videantur dæmoniaci. Hyoscyamus enim maxime phantasiæ turbat, & satanas ad fraudes, quas intendit, peragendas ut plurimum utitur stupefactis, uti lamiarum unguentia ostendunt. De hyoscyamo memorabilis cit

est locus ap. Scribon. Largum cap. 181. dum
dit: *hyoscyamum qui biberunt caput grave,
venisque distentum habent, mente abalie-
nantur cum verborum alteratione, uide et-
iam nomen herba trahit altercum: postea so-
piuntur, & omni sensu carent, livescen-
tibus membris eorum.* Ab assumto semine da-
turæ Indicæ omnium sensuum, tam inter-
norum, quam externorum, facultas perit,
ita ut apertis oculis, vel auribus nihil au-
diant, vel videant, omniumque actarum
rerum obliuiscantur. Haud dissimilem no-
tam infert radix eiusæ terrestris cocta, &
comesta; qua de re memorabilem casum
tradit Matthiolus in *Commens. Diosc.* lib. 6.
cap. 11. ubi vinitor cum uxore comestis ci-
cuitæ radicibus cubitum ivit, media vero
nocte ambo expegefaisti, omni penitus ra-
tione amissa hue, atque illuc per domum in
tenebris vagantes, amentia, & furore com-
moti caput, faciem, & oculos parietibus
allidentes misere faciem sibi deturparunt.
Plura exempla vid. ap. *Wepferum loc. cit. c. 4.*
p. 27. 28. Ex quibus claramque intelligitur
mentis humanæ sanitatem cito tolli posse,
eamque maximam partem dependere a
mechanismo partium solidarum, ac fluida-
rum, quo repente immutato, (mutatur au-
tem maxime a venenis) celerrime perit
sensuum, ac mentis integritas. Ideo *Hip-*
potrates hominis sapientiam a sanguinis
conditione, & motu rectissime deducit, &
pulchra sunt, quæ gravissimus auctor Lib.
de flatib. §. 20. his verbis profert: *Opinor,*
inter omnia, quæ in corpore sunt, nihil ma-
gis ad prudentiam conferre, quam sanguinem. *Hic* cum in constanti habitu persistit,
consistit etiam prudentia; sanguine autem
permutato concidit simul & prudentia. Ni-
hil vero est, quod lensum, ac mentis usum
ram vehementer interturbet, quam graves
ac violentes partium nervosarum contra-
ctiones, quibus sanguis cum impetu ad ca-
put urgetur, & liberior ejus cursus per ce-
rebrei vas a mire distenta intercipitur, unde
est, quod hypochondriaci plerumque phan-
tasia corrupta laborent, ac vanas subinde
imagines accipiant, temporisque progres-
su facile mania, vel melancholia corripiantur.
Quod vero quadam venena peculia-
rem insanæ speciem inferant, ut apparat

Tom. II.

in hydrophobia, id paulo altioris est inda-
ginis, neque ad scopum medicum directe,
ac necessario pertinet, siquidem curatio
horum affectuum sine exploratione modi,
quo hæc fiunt, eque feliciter institui po-
test.

§. XXV.

Venena, præsertim corrosiva, ex mi-
nerali regno petita, & morsus virulentis
rabidorum animalium sphacelosis inflam-
mationibus; narcotica vero præter sphacelum
vasorum distensione necant.

Scholion.

Digna est notata observatio, quam tra-
dit Cl. Zwingerus *Dec. 3. Ephem. obs. 104.*
pag. 132. qui in cadavere rustici, hydro-
phobia secundo mense ob acceptum a rabido
cane vulnus correpti, & extincti, in
humero, & scapula sinistri lateris, ut &
in reliquo dorso gangrenæ, & sphaceli
indicia observavit: in intestini autem, &
stomachi tunicis, præcipue circa utraque
ejus orificia maculas rubicundas, ceu toti-
dem inflammularum signa, thora-
cis cameram, undique sanguine suffu-
sam, & ex rubro livescensem, pulmo-
nem inflammatum, interstitia membra-
nosa circulorum asperæ arteriæ cartilagi-
neorum intensissime rubentia, diaphrag-
ma maxime circa costas inflammatum, in
corde, vasis majoribus, & pulmonibus
sanguinem concretum, & omni sero flu-
ido destitutum invenit. Quod eorum, qui
cobalto, arsenico, cicuta, emeticis, &
purgantibus acrioribus enecti fuerunt,
ventriculus, & intestina maxime inflam-
mata, sphacelosa, & maculis nigris obsi-
ta inveniuntur, ipse usus, innumeris dis-
solutionibus cadaverum confirmatus docet,
atque etiam experimenta a Cl. Wepfero loc.
cit. adducta id satis liquido demonstrant.
Est vero hæc internarum partium sphace-
lato spasmorum soboles, quibus sanguis
intra vas a congestus, irretitus, ac reflu-
re nescius, statim concipit, tandemque in
putredinem abit, qua sphaceli natura con-
tinetur. Quibus narcotica vitam eripiunt,
in illis mirabilis vasorum cerebri a sanguine
congrumato facta distensio observatur,
vid. *Lentil. Mise. Med. Pract. p. 223 Joach.*
Curae Lib. 2. de senju cap. 17. p. 229. Atque

G ab

ab hac sanguinis coagulatione ejusque motu per cerebri vasa impedito præcipue sensum stupor, atque insania proficiuntur.

§. XXVI.

Omnis mortu animantium tactos curandi ratio in eo versatur, ut venenum per transpirationem, ac sudorem cito e corpore pellatur, & motus spasmodici compescantur.

Scholion.

Quoniam virulenta materia, qua mortu animantium communicatur, textura est tenuissimæ, ideo ad illam corpore expellendam non convenientius datur emunctoriū, quam porosa, ac tubulosa cutis compages. Unde in proclivi est judicare, quanta vis, & efficacia ad noxam venenorum avertendam recondita sit in iis remediis, qua transpirationem movent, ac sudorem prolixiunt. Neque ullum aliud inveniri potest remedium, quod spasmos, qui perpetuo a venenis excitantur, & humores ad interiora corporis retrovertunt, magis prohibeat, quam blandum sudoriferum, quod motum contrarium inducendo succos vitales ab internis partibus ad externas propellit. Veteres tantum non omni veneno frigidam qualitatem tribuerunt, quum liberiorem sanguinis ad partes externas influxum a spasmis cohiberi observarent, quare ratione indicti calida, & inter hæc maxime potens vinum veluti universalem antidotum mirifice commendabant. Quos etiam sequutus videtur Celsus, quo de mortibus animantium nemo melius scripsit, dum lib. 5. cap. 27. necessarium est, inquit, exsorbere potionem meri vini cum pipere, vel quodlibet aliud, quod calor movendo est; nam maxima pars venenorum frigore intermit. Ex quo perspicitur, quam egregie ad expellendum venenum conferat solus motus, & exercitatio corporis, qua sudor proleuit. Et quoniam in tarantismo spasmicutum constringunt, unde sudor gelidus fluit, & corpus refrigeratur, quod etiam in scorpionum mortibus observatum fuit, hinc etiam motus, & corporis agitatio, quæ sudorem provocat, optimum, & frequenti experientia comprobatum in tarantismo est præsidium. Probe enim animad-

versum fuit a sagaciорibus, non musicat, qua tantopere delectantur tarantula icti, genuinum esse tarantismi remedium, sed potius motui, ac sudori, quem movet saltatio, adscribendum esse, quicquid musica præstari singitur. Ceterum interne acutum, ac theriaca in omnibus fere venenorum generibus, solis corrosivis exceptis, discutiendo, ac sudorem movendo opererunt præstantissimam. Quod remedium genus adversus viperarum mortus jam olim commendatum fuit a Celsso, quia spissescens intus humorem difusit, & hac ratione sanitatem dat. Præterea etiam veteribus in more positum fuit, veneno tactos, & hydrophobia laborantes balneo immittere, quod Celsus libr. 5. cap. 27. his verbis testatur: *Quidam post rabiōscianis mortuum protinus in balneum mittunt, cumque ibi patiuntur desudare, dum vires corporis sinnunt, vulnere aperto, quo magis ex eo quoque virus diffillet; deinde multo metacoque vino excipiunt, quod omnibus venenis contrarium est. Idque cum ita per triduum factum est, tutus esse homo a periculo putatur.* Eodem loco gravissimus auctor Iuadet, *vinum calidum cum ruta quam plurimum ingerendum, & in calidum balneum mittendum esse eum, qui cicatram bibit.* Quod curationis genus apud veteres usu receptum valdopere probamus. Temperatum balneum in omni insanis ego magnopere laudo, atque commendo, quia hoc partium nervosarum stricturas laxat, poros cutis recludit, & motum sanguinis, spasmorum vi ad cerebrum, retroversum, ad corporis exteriora revocat. Poris autem apertis vinum propinatum sanguinis motum liberiore reddit, & transpirationem juvando omnem venis conceptam virulentam materiam ex intimis sedibus expellit. Ceteroquin ad hydrophobiam, ceu solenne, ac potens præsidium commendatur immersio in aquam frigidam. Ego autem cum Celsso non semper secum, sed valde infidum id esse remedium puto, quia verendum est, ne, ut ait Celsus Lib. 5. cap. 27. infirmum corpus aqua frigida vexatum nervorum distensio absufiat. Nam si balneum frigidum in ejusmodi casibus juvat, illud exinde contingit, quod ter-

terror, & vehementior sanguinis ad interiora repulso in robustis, & calidioribus subiectis motum sanguinis, & humorum intensiorem cum calore, ac sudore efficiant, quo vis morbi infringitur, & venenum eliminatur. Quum vero id non semper, & ubi vis eveniat, tunc utique frigus spasmi a veneno excitati vehementiam augens majorem potius noxam affert. Quan ob rem *Celsus loc. cit. sapienter monet*, ut, si talis spasmus incidat, æger protinus a pescina in oleum, vel balneum calidum demittatur.

§. XXVII.

Externe adversus venenorum vim convenientissima sunt, quæ stricturas partium laxant, emolliunt, poros aperiunt, & virulentæ materiae exitum præbent.

Scholion.

Veteres hunc in finem non sine ratione, & effectu animalia viva discissa partibus demorsit ad moverunt, quod etiam imperat *Celsus lib. 5. cap. 27. cirrum oportet gallinaceum pullum per medium dividere, & prostrum calidum super vulnus imponere, ut pars interior corpori jungatur. Facit id etiam hædus agnusque discissus, & calida ejus caro statim super vulnus imposita.* Ita etiam pullos gallinarum, vel eorum podices ad movendos suadet *Forestus obser. chir. 34. Lib. 6.* Neque alia profecto ratione juvat viscus, vel pars quædam animalis rabidi, quod plagam inflixit, apposita, vel oleum scorpionum tantopere adversus eorum iætus commendatum, quam emolliente, ac demulcente virtute. Nam quod ex vipera, scorpione, aut alio animali rabido quidpiam interne, vel externe usurpatum specifica, & vi quadam quasi magnetica omnem veneno efficaciam subito detrahatur, id potius inter fabelias aniles, quam veras observationes practicas reponendum puto. Serpentum, ac viperarum, quas nostræ regiones alunt, iætus minime virulentus est, unde frustra ex serpentibus, ac viperis præbetur medicina, quæ etiam sine eo non nocent. Nam vere scribit *Celsus loc. cit. Italia frigidioresque regiones hac parte jalubritatem habent, quod minus terribiles angues edunt.*

§. XXVIII.

Adversus venena corrosiva, ac draistica, & inflammatoria purgantia oleosis, pinguisibus, & lacte copiosius hausto præsentius non datur auxilium.

Scholion.

Agyrtæ, & circulatoris ad fucum faciendum, quasi illorum theriaca potentissimum sit adversus omnia venena præsidium, mercurium sublimatum, arsenicum, & his similia venena in vulgi conspectu deglutiunt, prius autem stomachum butyro infarcient, ex quo fit, ut citra omne periculum venena per vomitum rejiciant. Plures vero ob causas lac aduersus venena corrosiva certissimum præbet auxilium. Primo enim impedit, quo minus ventriculi tunicae a veneni spiculis nimium lancinantur. Deinde oleoso, ac ramoso suo contextu ipsas venenis solutæ acies involvit, atque eo causticam ejus vim obtundit. Tum etiam vehiculum satis opportunum constituit, quo venenum vomitu possit extirpari. Denique vi sua oleosa, ac demulcente impedit, quo minus fibræ in vehementiores spasmos adigantur. Ante aliquot annos hic loci nobis memorabilis casus obtigit, ubi decem juvenes, illustri prosapia oriundi, juscum avenaceum, cui arsenicum ultra duas fere uncias cum æquali pondere sacchari admixtum erat, assūmerant, ac brevi post summis anxietatibus, ac rosionibus ventris torquebantur, quos omnes propitii Numinis favore adjuti oleo amygdalarum dulcium, & late liberavimus; hæc vero remedia tanta in quantitate fuerunt exhibita, ut singulis vix decem mensuræ lactis sufficerint, quæ semper vomitu rejiciebantur, immo tam diu a nobis propinata sunt, donec omnis vomendi conatus ceflaret. Idem lactis remedium ad noxam venenorum, præfertim quæ inflammatione necant, ut est cicutæ, præcavendam magnopere commendamus. Datur autem aduersus venena stupefactiva intus assumta non excellentius remedium emeticis, mature cum oleo oblatis, quo vomitus eo citius provocetur.

C A P U T . III.

De venenis corporis humani.

§. I.

PRÆTER variæ generis venena, quæ alia rerum natura tum ex vegetabilium, tum mineralium penu producit, dantur adhuc alia corpori humano infestissima, & quasi propria, quæ partim in eo generantur, partim ab eo in alia disseminantur, & gravissimos, ac plerumque funestos morbos inferunt.

Scholion.

Venenorum classis latius patet, quam vulgo putatur. Dantur enim quædam morbifera, quæ incubacula sua, primamque originem trahunt in corpore humano; quædam etiam extrinsecus adveniunt, sed modo mirabiliter in corporis humani sucis multiplicantur, adeo, ut funestum morbum aliis communicent. Quare oportet quam maxime medicum venenorum morbiferorum indolem, vires, proprietates, eorumque auxilia paulo accuratius perscrutari.

§. II.

Venena morbifera illa nobis dicuntur, quæ vel extrinsecus mediante aere interiora corporis humani subeunt, & gravem periculique plenum certisque notis distinctum morbum inferunt, & vocari solent miasmata. Tales morbi sunt ex acutis variæ pestilentialium, & malignarum febrium species, variolæ, morbilli, dysenteria maligna; ex chronicis lues venerea, lepra, & maligna scabies. Vel in ipso corpore generantur, si materia excrementitia jam separata a sanguine repellitur, uti in arthritide, podagra, variolis, purpura, morbillis, scabie fieri solet.

§. III.

Ea est natura virulenti miasmati, ut agendo in corporis humani succos, mirifice se propaget, atque multiplicet, & tenuis saltem ex eo prodiens vapor alios, etiam sanos homines simili morbo inficiat.

Scholion.

Qui ex venenis corrosivis, vel etiam narcoticis, ex mineralium, vel vegetabilium regno petitis pereunt, si vix ullo contagio alios contaminant; alia vero est natura, & indoles eorum venenorum, quæ ex animantium, maximeque corporis humani latebris scaturiunt, quippe horum plura contagio corpora præsertim disposita, & vicina, afficiunt.

§. IV.

Miasmata, quæ simili morbo alios inficiunt, sunt fermentativæ, & corruptivæ indolis.

Scholion.

Materia fermentativa, & corruptiva ea nobis vocatur, quæ intestino motu unionem, & texturam corporum mixtorum resolvit, vel destruit, similemque motum, & crasim, in qua materia hæc constituta est, inducit.

§. V.

Duplicis generis fermentativus, & intestinus motus in natura observatur: alter, qui vegetabilium succos, ex partibus oleosis, & acidis mixtos, in spiritum resolvit inflammabilem; alter, qui mixtionem animalium, sive animantium succos, qui ex particulis oleosis, subtilibus terreis, & aqueis, omni acido excluso, commixti sunt, destruit, & cum foetore dissolvit, qualis status vocari solet putredo, sive corruptione.

§. VI.

Fermenta, sive miasmata morbifera, nostra sententia non primo, & proxime in fanguinem, sed potius in succos lymphaticos subtilioris, & fermentativæ indolis, quales præcipue salivales sunt, agunt, illæ similem motum, ac texturam impriment, adeoque simili corruptione eos contaminant.

Scholion.

Duplicem corruptionis speciem in animantium succis admittendam esse arbitramur; quarum una est, quæ in sanguine, liquore admodum sulphureo, consistit; altera, quæ lymphaticos, & serofos magis humores affigit. Illa ob copiosum sulphur eminentioris est foetoris ac putredinis; hæc vero magis in vappescientiam quandam ul-

ceror

cerosam , & corruptionem falso-sulphuream , plerumque acrem , & causticam , degenerat .

§. VII.

A miasmate morbo non primario sanguis in putredinem conjicitur , quia sanguis , quamdiu est in motu progressivo , inque orbem , & circulum agitur , nullam contrahit putredinem . Deinde sanguinis stagnantis putrida , & foeda corruptio non tam est contagiosa , ut appareat ex iis , qui sphacelo , vel cancro exulcerato corripiuntur , ubi foetidissimæ exspirant exhalationes , omnis contagii expertes .

Scholion.

Videtur putredo , quæ cum foetore junxit , longe crassiori , & rudiori esse texture , & indolis , præsertim quum sensus afficiat . Longe vero simplicior , & tenuior materia esse debet , quæ interiora pororum ingredi , & unionem mixti subvertere potest .

§. VIII.

Salivalis latex ad miasmatæ virulentæ in aere vecta recipienda , & propaganda admodum idoneus est .

Scholion.

Neque enim primo alia , & commodior patet via , qua perniciales , a morbofis corporibus , qui prodeunt , halitus in aere vecti cum corporis nostri succis communacentur , quam ipsum os , quod perpetuo salivali humore madet , & quo continenter aerem tanquam horum vehiculum haurimus . Quod vero vapores etiam tenuissimi lubentissime humido sele apponant , inque eo quasi figantur , & itretiantur , res plurimis experimentis compertissima est . Salivæ igitur vehiculo maligni illis halitus continuus deglutitione , præsertim cibo , ac potu sumto , ad ventriculum , & intestina descendunt , & ibi stagnantes valde corruptibiles , & fermentescibiles succos , quos salivales latices ex glandulis ventriculi , & intestinalium tenuium , & ex magna pancreatis glandula defluentes , nec non biliosi in copia affluentes succi , & varii generis ingesta constituunt , in similem fermentativum , & corruptivum motum facile convertunt , et inde ingens corpori struatur pernicies . Denique nullus humor

Tom. II.

est in universo humano corpore , qui ad fermentationem , & intimam partium , quæ corpus constituant , mixtionem dissolventam magis est idoneus , quam saliva , quæ quum ad modum spirituosa , & mobilis naturæ sit fermentum , ideo miasmatibus , quæ similis sunt naturæ , promptissime obsequitur , similemque motum facile recipit , & continuat .

§. IX.

Error est , per cutis spiracula , vel vesicularum pulmonalium poros virulentos pestis halitus cum sanguine proxime misceri , cumque inde corrumpi .

Scholion.

Acrem , qui corpus grave , & elasticum est , & continua respiratione pulmones subit , non pertransire pulmonum vesiculas , & vasa sanguinea , jam superius in tractatione physiologica claris argumentis evincere sustinuimus . Licet vero ponamus , tenuissimæ indolis exhalationes per poros pulmonum ad sanguinem deferri : quia tamen sanguis in continuo motu , atque in transpiratione est , nulla putredo , vel corruptio facile subsistere , neque illæ exhalationes diu in eo hospitari possunt . In prima vero regione longe aliter se res habet , ubi stagnantes , & fermentescibiles sunt succi , quibus associatum miasma diutius inhæreficit , & perniciem suum motum , atque indolem communicat , atque adeo jam mora valde auctum , & multiplicatum longe potentius , quam sibi relictum , violentiam suam in corpus exercere poterit .

§. X.

Quum morbi contagiosi magis ex corruptione lymphæ , quam sanguinis subnascantur : hinc ad lymphaticos rectius , quam ad sanguineos referri debent , atque etiam symptomata a corrupta magis lymphæ , quam sanguineo petenda sunt .

Scholion.

Si consideramus omnis generis febres , quæ mali moris sunt , & quæ contagio serpentes maximam stragam edunt , lenissime illæ incedunt sine singulari ardore , & dolore , & catarrhalium naturam plerumque mentiuntur , ut peritos etiam medicos hoc in genere sœpius fallant . Tusses , ster-

G 3 nuta .

nutationes, pectoris infartus, copiosæ salivæ effusiones, raucedines, crebræ alvi dejectiones, inflammationes faucium, quæ variolis æque, ac morbillis associari solent, pustulæ deinde ulcerosæ cutis, & ulcera sæpius eacoethica a variolis relictæ, quæ & vilceræ, & artus hostiliter infestare solent, quid aliud designant, quam lymphaticos succos extreme esse corruptos. Ex chronicis scabiem, lepram, elephantiasin, ex summa lymphæ corruptione nasci, & ex glandularum vitio prodire res indubia a medicis censemur. Luis venereæ miasma in lymphæ seminali primo tyrannidem suam exercet, postea vero universam lymphæ massam corripiendo, dolores fixos, tumores, ulceræ depascentia, præsertim in glandulosis locis causatur. In pestilentia quoque lympham magis, quam sanguinem, infectam esse, ex glandularum tumoribus, sub axillis, sub inguine, ex parotidibus, in quibus vera pestis pathognomonica signa posita sunt, luculenter appetat. Et quia in peste, & in malignis vires subito, & vehementer prosterunt statim in principio, & antequam putredo formalis sanguinem destruxerit, hinc recte colligitur, spirituosam, & lymphaticam sanguinis, & humorum partem, quæ genuinum virium fomentum est, magis esse a miasmate corruptam, ac destruetam, quam ipsius languinis sulphuream mixtionem, utat, si invaluerit morbus, & mors appropinquet, illud etiam contingat.

§. XI.

Quum contagium subtilioris lymphaticæ corruptionis potius soboles sit, facile patet fœtidam putredinem, in quam post mortem cadavera abeunt, pestem aliquaque contagio infestos morbos non tam facili producere.

§. XII.

Longiori usu, & experientia confirmatum est, quod qui peste laborant, faciliter alios inficiant, quam qui ea occupuerunt. In cuius asserti veritatem insignis locus ex *Forestio Libr. 6. obser. 28. adducendus est: In agone, inquit, facile alios inficiunt peste correpti, sed homines mortui non facile pe-*

ste inficiunt, quia corpora mortuorum, que amplitus non expirant, nullum venenum ejaculantur. Quod si aliquod contrahatur, potius ab eorum pannis, vel vestibus contractatus, in quibus virus diu conservari potuit. Siquidem discecamus aliquando corpora mortua ex peste multis spectatoribus studiosis sine aliquo damno, propterea quod mortuo animali perit omne venenum, & quia ignorabamus, eos mortuos ex peste, causa fuit, ut minus turbaremur. Et quod non a sanguine, sed potius ex corrupta lymphæ, quæ subtilioris naturæ est, ipsi miasmata generentur, vel ex eo appareret, quod ulcerosa materia maxime sit contagiosa, ut in bubonibus pestilentialibus, leprosia, lepra, lue venerea, dysenteria, & variolis videmus.

§. XIII.

Miasmata, quæ morbis gravioribus inferendis idonea sunt, veri veneni naturam simulantur.

Scholion.

Sunt enim venenicharacteres in eo maxime positi, ut primo exigua mole ingenitam potentiam actiones secundum natum immutandi exerceant, deinde ut celeriter id exequantur; tum ut in nervosas maxime, & membranaceas partes vim suam exerant. Hæc omnia propria quoque sunt miasmatibus, siquidem tenuissimus est ille in peste, aliisque malignis affectionibus halitus, qui robusta, & antea sana corpora brevi tempore e medio tollere potest. Tenuerit quoque contagiosorum affectuum, qui longius corpora exercent, ut luis venereæ, lepræ, & virulentæ scabiei principium. Et sicuti venena maxime ventriculo, & intestinis, velot partibus valde sensibilibus, & nervosis, infesta sunt: ita etiam illæ partes in morbis malignis, & contagiosis præcipue omnium læsæ sunt, & patientur. Maxima enim illæ præcordiorum anxietates, corporisque jactationes, ventriculi cum fastidio ciborum subversiones, tormentosæ alvi dejectiones, vel contumaciores ejus adstrictiones, dolor capitis, & lumborum, animi delicia, convulsivæ artuum tractiones, inexhausta sitis, vigilia, extremonrum frigus, pulsus contractus, debilis, & fre-
quens,

quens, tusses convulsivæ, cardialgia, fuenestæ ventriculi, & intestinorum inflammations, quæ malignis, & exanthematici morbi sæpe statim in principio associa-ri solent, non aliam habent originem, quam quod corrupti in primis viis succi nervosas ventriculi, & intestinorum mem-branas, & mediantibus hisce universum nervorum genus vehementer affigant, & commoveant. In eo vero deterior natura morbiferorum miasmatum aliis venenis est, quod sepe commiscendo cum succis fer-mentescibilis multiplicant, & vicina corpora hostiliter invadant.

§. XIV.

Vis multiplicativa venenorum morbife-
rorum maxime sepe exerit in iis corporibus,
quæ ad fermentationem corruptivam dis-
positos habent humores.

Scholion.

Firma est, & veterum, & recentiorum sententia, quod ad suscipiendam pestem, & alios morbos malignos certa corporum dispositio requiratur; dum scribunt, quod plures inter ægros infectos verentur, & res infectas tractent, a contagio tamen liberi maneant: alii vero etiam temperati-
fissime viventes levissima occasione peste corripiantur. Ex quo utique discitur, vim miasmati virulenti non esse absolutam, sed a corporum dispositione ejus fune-stum effectum maxima ex parte dependere. Jam autem experientia deprehendi-mus, omnia corpora, quæ pravis, in corrup-tionem pronis, repleta sunt humoribus, maxime esse contagiosis morbis ex-
posita. Et hæc est causa, cur mulieres gravidae, infantes, & infirmæ fortis homi-nes, qui misere vivunt, & angustas domos habitant, neque minus milites in cas-tris, & qui diuturnam famem sustine-
runt, & continua vigiliis, atque animi commotionibus corporis robur minuerant, & qui deliciis diffluunt, longe facilius pe-ste, aliique epidemicè gallantibus morbis tententur, & difficilis evadant. Quorū virgines, ex mensuram retentio-ne laborantes, referimus. Siquidem ho-
rum omnium corpora, & maxime primæ
væ pravis humoribus scatent.

§. XV.

Unum præ ceteris est, quod humana corpora maxime ad pestis, & aliorum morborum contagium recipiendum disponit, idque est timor, quia corpora admodum reddit imbecilla, viresque depauperat, & motus excretorios minuit.

Scholion.

Et quanquam in ea non sum sententia, ut pestis, & aliorum contagiosorum affectum naturam in valido timore consti-tuere velim, quia infantes lactentes, & bruta animantia, in quæ nullus cadit timor, ejusmodi morbis corripiuntur: illud tamen negari nequit, quod ingens mortis formido imbecillitatem, quæ secundum Celsum omnibus morbis patet, corporibus ingeneret, ita ut miasma non modo facilius recipiatur, sed & sæviora sym-ptomata inde producantur. Animadver-timus enim, pestem plerumque tunc fieri lethalem, quum aggreditur corpora ani-mi timidioris, ac desperabundi; in aliis vero, quibus firmiter mens constat, mi-tius, & citra ullum vitæ discrimen decur-rere. Nam quemadmodum ipse terror, ut supra expoloimus, veneni vim sympto-matum gravitate sæpius superat, & similia sæpe vehementiora infert symptomata; ita in proclivi est judicare, terrorem, per se nocentissimum, si veniat in virulenti miasmati, & morbi contagiosi societa-tem, summum minari periculum. Accedit, quod qui de peste memoratu dignissima prodiderunt, constanter, & uno ore affirment, sola contagii, quod tam pro-cul absuit, imaginatione, & metu inde concepro multos ilisdem, quæ sunt pesti fa-miliaria, symptomatibus correptæ, imo-etiā e vita fuisse sublatos.

§. XVI.

Ad præcavendos morbos, eosque maxi-me acutos, qui oriuntur a contagio, nihil est salutarius, quam fugere, quæ lñdere possunt, loca infecta, neque salivam de-glutire, nec cibum, vel potum in locis su-spectis assumere, sed salivalem laticem cre-bro expuere, quo fine, quæ ejus fluxum movent, commendanda sunt.

Scholion.

Quum pestilentiae aliorumque morborum contagiosorum, præfertim acutorum, ut petechialium febrium, variolarum, morbillorum, qui validissime contagio infestant, miasmata ore hausta salivali latice admixta cum eo in ventriculum, & primas vias descendant: hinc a peritissimis medicis salutari, & præservatoria lege optimè cautum est, ut, qui proprius agunt, & conversantur cum infectis, nunquam deglutiunt salivam, sed eam potius frequenter ore ejicient, neque, quod majoris momenti est, cibum, vel potum tunc assumant, eo quod miasmata imbuta saliva promptissime hac ratione ad ventriculum deferatur. Convenit vero paulo acriore ore masticare, e. g. radicem imperatoriae, angelicæ, zedoariae, helenii, ut salivæ fluxus cieatur.

§. XVII.

Ad arcenda pestis morborum miasmata, & ad illorum vehementiam mitigandam nihil aptius est remedii acidis, e quibus acetum vini, & succus citri præcipue eminent.

Scholion.

Certa, & diurna experientia confirmatum habemus, poma citri, vinum Rhenanum, acetum vini, si quis iis dextre usus fuerit, omnibus alexipharmacis, & aliis, quæ in auxilium pestis prompta sunt, remedii palmam præcipere. Atque ob francam manifestam rationem, quia nihil potenterius putredini, & mortui ejus intestino resistit, quam acidum, vino Rhenano, & aceto vini os, & nares probe colluenda esse, vel fructum pomi citrei ore tenendum, ventriculo quoque jenuno, pareius tamen, hæc assumenda esse, peritissimi in peste curanda medici magno cum fructu impetrarunt. Frangitur enim, & enervatur haec ratione immediate, & proxime contagii vis virulenta. Idem remedium eundemque eo utendi modum alii non sine fructu in exsteris malignis, & contagiosis morbis, item in variolis, & morbillis adhibuerunt. Spectat huc etiam non contemnenda virtus phlegmatis vitrioli, tintura papaveris rhizeados, & rosarum eum spiritu vitrioli paratae, quæ a Waldschmidio, & Archia-

tris Hassiacis aliquot abhinc lustris maximopere commendata fuerunt, eo fine, ut grassantibus his morbis frequentius usurpata, vel plane variolas arceant, vel eas parciores, & mitiores efficiant. Nos mixturam simplicem bene præparatam, ubi maligni morbi grassantur, & curandi, & præservandi fine ceteris oranibus præferendam esse arbitramur.

§. XVIII.

Concepto in ventriculo, & primis viis morbifero contagio non certius datur præsidium, quam citissime clementi emetico illud cum succis ad corruptionem pronis ejicere.

Scholion.

Certe emetica caute, & cum prudentia adhibita divinam opem ferunt. Si in tempore, & statim in principio pestis, & contagiosorum morborum usurpentur, quod certa experientia nobis constat. Quam primum enim se quis infectum sentit, quod ex ciborum fastidio, languore, anxietate, ventriculi subversione judicandum est, statim offerri debet emeticum, quo non modo pestilentia, sed & Hungaricus morbus, febres castrenses, dysenteria maligna ipsa in herba jugulari possunt. Neque enim tantum ipsum illud fermentum, sed & saburra vitiorum humorum, quæ pabulum, ac fomentum ipsi præbet, sefcissime ejicitur. Subiungendum postea est validum alexipharmacum, quo sudor largiter moveri debet. Ex emeticis radix ipecacuanhae, solutio tartari emetici cum mixtura simplici combinata, ex sudoriferis pulvis bezoardicis cum aliquot granis salis volatilis, cornu cervi, nitro & camphora, seu securissima remedia nobis probantur. Quam secura vero, & expedita emetica his in casibus sunt præsidia, si statim inter initia morbi dextre fuerint adhibita, tantum periculi, & damni inferunt, si ad totum genus nervosum vehementia veneni jam penetraverit, sique, quod pejus est, inflammatio, aut sphacelatio ventriculi imminuerint, tunc enim certissime mortem accelerant.

§. XIX.

Quum colluvies vitiosorum, & fermentescibilium prima in regione strabulantium humorum admirandum in modum, & pastis.

pestis & omnium epidemiorum, & contagiosorum effectuum vehementiam adaugat: opportunissimum utique tunc est medium, statim in principio post vel ante conceptum contagium, emetico vel lebni laxante primas vias sordibus istis purare.

Scholion.

Hujus insignis remedii virtus non anxie investiganda est. Nam si miasma vim suam perniciacem maxime exerunt per fermentationem, quæ a copia biliosorum, salivalium, aliorumque corruptorum humorum mirifice adjuvatur: facile patet, opportune corruptis hisce succis subractis vehementiam cause ipsiusque morbi valde minui atque infringi. Sique nihil aliud, certissime tamen id consequimur, ut mihi, nec graviora succedant symptomata. Harum vero sordium expurgatio etiam vel leni emetico vel benigno laxante instituenda est. Nos pilulas Russi, rhabarbarina, vel etiam mercurium dulcem cum extracto rhabarbari in forma electuarii mixtum non satis laudare possumus. Alia enim purgantia, quæ veneni quid habent, aut fermentativa sunt, aut sanguinis massam fortiter commovent, penitus excludenda esse arbitramur. Patet quoque ex dictis, nec firmius, nec præstantius in peste & contagiosis morbis promitti posse præsidium, quam a temperantia, inde *Diodorus Siculus*, dum fatalem illam Numidæ pestem describit, diferte admonet, commoda vietas ratione, frugalitate ac moderatione effectuum ejusmodi tempore communem luem maxime evitari. Qua etiam ratione Socratem accepimus se incolarem præstissime, cum dirissima lues Graeciam & Atticam in primis devastaret, temperantiae nempe legibus se adstringens, cuius etiam beneficio in communis clade superstes perseverabat. Sicuti contra *Riverius* bene observat, proclivia ad pestem ea corpora esse, quæ copiose abundant sanguine, eundemque habitum ex intensissimo, & lautiore vietu sibi contraxerunt.

§. XX.

Quum materia, quæ ex ulcere prodit, & corruptivæ & fermentescibilis sit indolis,

contagio etiam alia corpora infestandi potentia pollet: hinc scabies præsertim humida, gonorrhœa virulenta, ulcerosum & fœtidum ex uteri vagina fillicidium, dysenteria, cui plerumque ulcera intestinorum recti juncta sunt, & alia quoque cutis descedentes atque ulcerosæ corruptiones contagiosæ naturæ sunt. Neque pulmonum ulceræ a contagio prorsus immunita observantur.

Scholion.

Ichorosam, quam ulcera fundunt, materiam fermentativo quodam motu agitari vel ex eo patet, quod affluentes ex vasis succos simili corruptione ac fœtore inficiant, & mirifice suam indolem multiplicandis habeat aptitudinem. Non itaque mirum, eandem materiam cum corporum aliorum succis mixtam in iis similem propagare corruptionem. Illud vero observatione dignissimum est, quod promptissime fluida similis indolis atque originis subeant, ea que contaminent. Ita ex scabie vel aliis subcutaneis exulcerationibus materia exiens poris ac tubulis subcutaneis se prompte insinuat, ibique eundem morbum procreat. Ulcerosum gonorrhœa & luis venerea fermentum maxime partes genitales adoritur, & ibi contentos succos lymphaticos & seminales contaminat. Purulentus dysentericorum fluxus effluvia spargit, quæ anno excepta, præsertim si quis eadem sellæ insideat, intestinorum tunicas petunt, & fœtidissimum hunc morbum pariunt. Ex veteri pulmonum ulcere ore suscepit halitus corruptivæ labi pulmonibus inferendæ apertissimi sunt.

§. XXI.

Ichorosa ulcerorum materia non modo affectiones chronicas, sed etiam acutas per contagium aliis corporibus inducit, id quod solenni illo more, qui in Turcia jam obtinet, variolas per insitionem exercitandi, clarum ac perspicuum evadit.

Scholion.

Non ignoros amplius, opinor, erit his, qui paulo majori eura in experimentis practicis versati sunt, modus in Turcia familiariissimus variolas pro lubitu per insitionem producendi, quæ prolixè descripsit.

est Cent. 5. Misc. Nat. Cur. observat. 2. dum videlicet die duodecima acu pertunduntur tubercula, & pus emanans vasculo excipitur; postea cutis pueri acu pertunditur ad guttulæ sanguinis emanationem & statim pus variolosum infunditur & cum sanguine miscetur. Tunc ad finem plerumque septimi efflorescere solent variolæ, semper tamen cum levioribus, quam fieri solet, symptomatibus, dum rariores erumpunt pustulæ, neque calamitosi aliquid subsequitur, quod experimentum in millesimis subiectis intra aliquot annorum spatium securissimum deprehensum fuit. Ex quo discimus, quod non modo fermenti variolosi naturam, sed & fermentatio illa morbifica non tantum saevitiae habeat, si in lympha sanguinis immediate suscitetur, ac si cum salivali latice & primarum viarum succis, ut communiter fieri solet, miasma illud prius misceatur. Siquidem fermentum contagii in exhalationibus consistens, magis subtile ac spirituofum adeoque acutum est: in humore vero purulento communicatum magis iners ac languidum exitit. Cui accedit, quod pus variolarum in ipsam sanguinis massam infusum, ejus copia obtundatur, ut longe mansuetiorem indolem induat.

§. XXII.

Omnis, qui ex contagio nascuntur, morbi, praesertim chronicæ, ut scabies, lues venerea, gonorrhœa virulenta, ingressu etiam contagii in corpus jam facto, non commodiori via expurgantur & quasi prima in herba suffocantur, quam exteriorius per balnea, & interne per data dia-phoretica & specifica alexipharmacæ.

Scholion.

Morbos, quos contagium profert, citate per ea remedia, quæ circulum sanguinis ad habitum corporis promovent, averti posse, & sana dictat ratio & ipsa experientia confirmat. Neque enim convenientius, quo ex intimis sedibus propelli debet tenuissimæ substantiæ virus, præter ipsam cutem datur emundatorium, quæ temperatis balneis relaxatur & aperitur, quo postea massa sanguinis & humorum dia-phoretico appulsa eo lubentius alienum ad-

mixtum dimittat. Certe enim non datur præstantior modus omnis generis venenæ ex corporibus infectis extrahendi, quam per balnea & subjuncta sudorifera, modo statim id in principio fiat, & remedium reiteretur. Novimus hac ratione a gonorrhœa, lue venerea, a scabie maligna inter initia multos fuisse præservatos. Imo quamvis etiam hi morbi invaluerint, in iis tamen eradicandis purgantia, mercuralia, balnea & dia-phoretica opem ferunt præstantissimam.

§. XXIII.

Præcipuis, quæ venenorum viribus resistunt, alexipharmacis camphoram, sal volatile, cornu cervi, nitrum, herbam scordii, radicem pimpinellæ, decoctam lignorum, & mercurium fixiore diaphoreticum ad pauca grana terreis, & alcalinis commixtum accensenda esse arbitramur.

§. XXIV.

Pestis cæterisque omnibus, qui contagio lædunt, morbis a corpore arcendis magno præsidio sunt fonticuli sive ulcera artefacta.

Scholion.

Fonticuli sicuti purgamenta sanguinis lymphæ alienæ & noxiæ indolis evacuant, atque adeo iis, qui pertinacibus cephalalgiis, & aliis oculorum & capitis vitiis vexantur, non mediocre solatium afferunt: ita eo tempore, quo aer putridis & contagiosis exhalationibus inquinatus est, si forsan in corpus irrepperint, non effectu parent, nam noxiis & corruptis humoribus per hæc loca expulsis minus alimenti miasmati circumfuso vel intus subeunti præbeatur. Quia in re consentientes habemus peritissimos medicos, quibus maxime accensendum est Fabricius Hildanus, qui cent. 4. obs. 23. & 86. prodit, se in acutissima peste Lausannensi, ubi ex centum ægris vix sedecim evaserunt, beneficio fonticulorum in brachio sinistro & poplite dextro gestorum servatum, & neminem ex iis, qui fonticulos gerebant, peste correptos vel ea occubuisse, præter unum vel alterum, summe cacoehymicum. Horum virtutem etiam laudibus extollunt Deustingius in Tr. de Peste, cap. 23. Pareus lib. 22. & Die-

Diemerbrockius, qui scribit: *insignem sonniculorum utilitatem in peste multoties vidi- mus*. Et *Hier. Mercurialis L. de peste C. 23.* hæc memoratu digna adscribit: *Possum te- flari, me innumerous peste extinctos vidisse nec quenquam, qui haberet cauterium, pra- ter unum tantum, atque ille erat sacerdos*. Interrogavi etiam hac de re multo medicos, qui testati sunt, neminem se vidisse. Quod vero ad ea loca, ubi antea ulcus fuit, noxius & corruptus humor deferatur, ibique exitum querat, hoc inter alia evincere vi- detur ipse *Hildanus loc. cit.* qui scribit, se ante triginta annos bubonem ruptum in dextro inguine in gravissima peste habui- se, a quo tempore quotiescumque aer ali- quis ipsum afflaverit, protinus dolorem in eo inguine perennisse, quod etiam in pe- ste Lausannensi factum est. Nos vero non tantum in pestilentia, sed & in aliis ma- lignis grassantibus & contagio infestis mor- bis summo cum fructu fonticulos gestari ob- servavimus, idque remedii genus maxi- mopere commendamus. Nam quod majus potest, id quoque minus præstare posse, rationi valde consentaneum est.

§. XXV.

Præter venena, quæ extrinsecus corpo- ribus humanis adveniunt, dantur etiam & nascentur quædam in ipso corpore, & hæc duplicitis sunt generis, vel putredinosæ, vel causticæ indolis.

§. XXVI.

Quemadmodum nulla res magis vitæ & conservationi corporis infensa est, quam putredo, qua non modo solidorum stru- ctura & fluidorum mixtio, sed & partium, quæ impetum & motum faciunt, vis mo- trix destruitur: ita sphacelatio, sive putri- da & foetida partis solidæ cujusdam destru- ctio intra corpus producta, easdem vires obtainens recte perniale, & mortiferum corporis venenum dici meretur, maxime cum repente serpendo se multiplicet, & putrida contagione vicinas partes oppri- mat.

Scholion.

Sphacelatio sive intus corripiat partem nobilem, cuius generis est nerveo-mem- branacea, sive extrinsecus etiam in artu- bus oriatur, subito necat, nisi mature

succurramus, quia vehementiam serpendo acquirit, & vitales vires validissime de- struit. Quare animadvertisit, ubi putre- do invaserit partem solidam, protinus e- vanescere vires, & languidum ac citatum fieri pulsum, & somnum vel nullum vel laboriosum reddi, animique tandem deli- quia, ac denique brevi tempore mortem accedere; id quod non modo in cancro exulcerato, qui sphacelosæ corruptionis species est, sed & in sphacelo pedum, in- testini recti ex male tractata fistula non se- mel, sed iterum observavimus. Et quod tam subito mors morbo sic dicto nigro cor- reptos opprimat, nulla alia videtur causa, quam quod extravasatus sanguis in colo ejus stercoreo quasi fermento in foeditissi- mam putrilaginem conjiciatur, a qua cor- poris vires repente pessum eunt, & plane extinguntur.

§. XXXII.

Plurimi, qui ex morbo acuto & chrono- co pereunt, sphaceloso veneno partium so- lidarum, præsertim ventriculi & intestino- rum, succumbunt.

Scholion.

Hujus asserti veritatem ipsæ dissectiones cadaverum morbis defunctorum fatis clara- ram, & testatam faciunt, sed quoniam hac de re fusius actum est in Cap. I. Pa- thologiae generalis, plura hic adjicere su- percedeo.

§. XXVIII.

Oritur sphacelus vel a causa interna, vel externa, quæ adventitia est & violenta. Illa fit, ubi universa sanguinis & humorum massæ valde impura elt, & ad putredinem inclinat, tum vel levissima læsio partiæ externæ hanc producit: externa vero est, qua a summis venenis, a validissima artuum ligatura, ambustione, contusio- ne, vehementia doloris vel frigoris pro- ciscitur.

Scholion.

Sanguis quidem, quam diu in motu est progressivo & per vala circum fertur, in ve- ram & perfectam putredinem non delabiti- tur; si vero valde impurus est, & excre- mentitiis sordibus scatet, ut videmus in cacochymicis & scorbuticis corporibus, & valde imbecillibus subjectis, tunc levi ex- cau-

causa, si stagnat, & subsistit in parte, non modo ipse corrumpitur, sed & subiectam carnem summo foetore contaminat.

§. XXIX.

Quoniam insignis sanguinis ad corruptionem dispositio ad sphacelum producendum & ad morbos quoque malignos & funestos efficiendos admodum idonea est; providendum utique omni cura erit, ut tum remedii diæticis, tum auxiliis pharmaceuticis nunquam non sanguis integer, purus & ab omni corruptiva diathesi immunis conservetur.

Scholion.

Profecto quæcunque lœsiones & quicunque morbi in corpora impura & pravis succis reserta incident, ii non parum periculi ac terroris habent, eo quod promptissime viscera partesque solidas funesta sphacelatione corripiant. Igitur semper & ubique princeps, quibus sanitatis & vitæ custodia commissa est, cura sit, ut cito ope humoribus depurandis invigilent, quod utique per tempestivas sanguinis missiones, per remedia diaphoretica, per inediā, motum, analeptica & decocta clementer sudorifera obtineri poterit. Neque enim datur opportunitas malam omnium humorum depurandi via, quam per cutem, quæ universale emunctiorum est, quo hælituosa & pessimæ indolis fôrdes e corpore tuto exturbantur. Si enim olim in Anglia pestis intra viginti quatuor horas interficiens, placido, & continuo ad viginti quatuor horas exæsto sudore cardiacis in lecto provocato, sublata fuit, abstinentia simul ab omni somno, quidni etiam sudor prudenter institutus alias corruptiones auferre poterit? sique summa in lue venerea lymphæ, & sanguinis corruptio solo sudore prudenter administrato submovetur, utique ex eo clarissime patet, in sudoriferis maximam corruptionem ex corporis nostri succis expellendi potentiam sitam esse.

§. XXX.

Præter corruptiva dantur adhuc alterius generis venena in corpore humano, quæ nempe ex excrementis pessimæ indolis, si ea non evacuantur, sed diutius a

sanguine separata excretoriis inhærent, subnascuntur.

Scholion.

Ea est natura humorum excrementitorum, ut, si in tubulis, quibus efferri solent, stagnant, ipsa mora pejorem indolem induant, dum vel putrefactant, vel acescant, vel corrosivi evadunt, & valet id maxime de his excrementis, quæ subtilioris naturæ sunt, & per angustos tubulos subcutaneos propelli debent; nam omne excrementum quo est tenuius, eo malignius ipsa mora evadit.

§. XXXI.

Experientia indubia constat, materiam illam alienæ indolis, quæ in variolæ, morbillis, petechiis, purpura rubra, & alba, & aliis exanthematicis febribus naturæ robore atque interno moro ad habitum corporis protruditur, si retrocedat sive ab extra intro pellatur, funesta & qualia venena solent, producere symptomata.

Scholion.

Inde enim summas præcordiorum anxietates, inquietudines, summas virium prostrations, phrenitides, sopores, convulsiones & subitam mortem fieri celebra. tissimi auctores copiose satis, & accurate annotarunt.

§. XXXII.

Neque ignotum est ex chronicis scabiem lepram, herpetem, ulceræ capitis manantia & crustam in infantibus lacteam, guttam rosaceam, pustulas luis venereæ, item erysipelas, podagras, si ex errore vel culpa medentium aut ægrotantium introvertantur, gravissima, imo sæpius functa symptomata progenerare.

Scholion.

Prostant de hac re copiosæ observatio-nes in practicorum libris, quæ evolvi pos- sunt, has enim hoc loco consarcinare non instituti nostri ratio exigit, & potest hanc in rem legi *dissertatio nostra de podagra retrocedente in corpus*, idem de *imprudenti toxicorum adapplicatione* & *Dn. Lindemann Diff. de morbo retrogrado*.

§. XXXIII.

Si salutares & critici, quicertis diei ho-

ris incident, sudores, & qui circa declinantes acutas passiones sunt, vel ex pedibus aut glandulis subaxillaribus cum fetore emanant, imprudenter cohibentur, summa in perniciem corpori adferant.

§. XXXIV.

Certa quoque observationum fide constat, ulceribus antiquis duo cum fractu gestatis, si ea repente consolidata fuerint, pessimae notæ symptomata inde oborta fuisse.

§. XXXV.

Excrementitiae fordes ad sanguinis & lymphæ massam in morbis retropulsæ naturam venenororum exacte æmulantur, & rectissime iis annumerari possunt, quia veneni characteristicas habent notas, dum primo tenuissima & exili mole agunt, deinde vires suas exitiales celerrime exerunt, tum partes nerveo-membranaceas maxime invadunt, denique quod œconomiam universi corporis motuum turbant vel etiam extinguant,

Scholion.

Non mirum esse debet, quod præter scholarum morem venenorū classem aliquanto magis extendamus, quippe quod jure facere videmur; plura enim sunt, quæ veri veneni notas habent, quæ fortiter lèdunt ac vitam destruunt, & sæviores adhuc effectus exerunt, quam nota illa & authentica venena, quæ tamen neglectui a medicis habentur. Satius itaque duxi, venenorum naturam, vires & proprietates paulo majori cura explanare, ut eo magis evitent ea pericula, quæ ex imprudenti meditatione subinde nascentur.

§. XXXVI.

Venena succorum excrementitiorum nervosas, & membranaceas partes præcipue adoriantur, sed producta ab iis symptomata pro diversitate locorum differunt.

Scholion.

Materia excrementitia ad cerebrum & nervorum paria delata vertiginem, phrenitidem, soporem, apoplexiā, aphoniā, hemicraniam, cœcitatem, item surditatem facile progignit. Si vero eadem materia nervos diaphragmatis invaserit, summae anxietates præcordiorum, singul-

tus & asthma spasmodicum oriuntur. Si nervis pneumonicis & pulmonum membranis nerveis altius insidieat, sunt ferina tussis, respiratio summe anxia atque ad suffocationem usque difficilis. Si cordis nervos impedit, illud tremore & palpitatione corripitur. Si altius se insinuat œsophagi, ventriculi, & intestinorum membranis, cardialgias, nauseas, inflammations stomachi, vomitiones cum ciborum fastidio, inflammations cum ardore circa scrobiculum cordis, interno & extreorum frigore, atrocia tormenta, abdominis inflationes & alvi pertinaces constrictiones suscitantur; in ductibus urinariis urinæ suppressiones, in ductibus biliaris bilis in sanguinem effusiones, in cute sudorem frigidum & horripilationes producit. Re itaque probe perspensa hæc omnia recentira symptomata ejusmodi sunt indolis, quæ a proprie sic dictis venenis concitari solent.

§. XXXVII.

Cum in quibusdam morbis tam promte, & expedite lethale venenum medici error & culpa ingeneret, si excretiones non rite tractatae fuerint, materia foras excernenda incaute cohibita vel retropulsa: prudentis utique erit medici, omnia ea nosse & evitare, quæ retropellendi facultate possent.

Scholion.

Ex horum numero maxime sunt animi affectus, præsertim terror, & timor, corporis refrigeratio, interna adstringentia, opiate, intempestivæ venæfctiones, fortiora purgantia, nimium refrigerantia, atque externa cataplasmata, emplastrum constringentia, item linimenta mercurialis, quibus omnibus quanta corpori subinde struatur pernicies, dici vix potest.

§. XXXVIII.

Calidiora quoque & quæ nimium sanguinem exagitant, ex benigno humore venenum & morbum benignum in malignum facile convertere possunt.

Scholion.

Peccatur in eo toto die a vulgo praticorum, quod morbos bene moratos pessimos efficiunt & malignos, quod maxime valet in

in exanthematicis, ut sunt variolæ, morbilli, purpura, quando imperitiores non modo per hypocauustum & lectum præcalidum, sed & medicamenta, quæ sanguinem accidunt, uti sunt volatilia oleosa regni vegetabilium & animalium, præpostere vi quadam excretionem, & ejectionem materiae peccantis per cutis habitum urgent. Clarissime testatur experientia, imo hinc inde ex observationibus in hanc rem notatis constat, complures hoc modo suis se imperfectos, qui poterant servari, utpote gravissima symptomata, nempe anxieties, hæmorrhagias enormes, virium cum animi deliquio prostrationes, quin immo deliria, convulsiones horum incautum usum subsequi, plus vice simplici vidimus: cum ex adverso, si blandioribus, temperatis, acrimoniam demulcentibus, & quem nimium ardorem deprimunt, morbus tractetur, ille placide sua decurrat tempora, & laudabilis fiat materiae hostilis a sanguine sequestratio, & ad cutim protrusio.

C A P U T IV.

De venenis in aere contentis epidemiorum morborum causis.

§. I.

Continentur in aere res corpori humano infestissimæ, quæ parva mole, & celeri operatione summam perniciem corpori inferunt, & epidemiorum ac malignorum morborum causa sunt, ut adeo restissime inter venena etiam locum tueantur.

§. II.

Uti venena potissimum sunt naturæ fermentativæ, putridæ, vel acris causticæ volatilis: ita dantur in aere res animalium corporibus infestæ, quæ vel potredine vel acrimonia caustica delinquentes iis labent aut perniciem inferunt.

Scholion.

Sicuti ad has classes pleraque venenorum genera commodissime reduci possunt: ita etiam deprehendimus, omnia valde insalubria, & quæ perniciem morbosam inve-

here valent, haud dissimili modo operationes suas ferales exerere.

§. III.

Ad res venenatas putridas, corpori humano summe perniciose, merito referri debent exhalationes ex aquis stagnantibus, & corruptis in aerem evectæ.

§. IV.

Ea est natura omnium aquarum diutius stagnantium, ut quiete ac solis æstu pretrescentes valde noxia effluvia in aerem emitant.

Scholion.

Sicuti aqua, si purissima est, diu integrata atque ab omni foetore & putredine intacta manet; ita si partibus alienis, praesertim sulphureis & terreis, referta est, quas facile ex terra sulphurea & pingui imbibit, per quietem, solari æstu accedentes, situm ac foetorem contrahit; ut in paludosis locis appareat.

§. V.

Effluvia ex aquis paludosis & pretrescentibus sublata in aerem morbos pessimi moris malignos & epidemice grassantes infundunt.

Scholion.

Morbi, qui ex aquarum inundationibus earumque putredine fiunt, & in locis paludosis regnant, sunt maxime epidemii, ut pestis, petechiales febres, variolæ & morbilli mali moris, febres intermittentes & purpura.

§. VI.

Pestis & pestilentiales morbi familiarissimi sunt iis locis, & iis temporibus, quibus ingentes fiunt fluviorum inundationes.

Scholion.

Notum est, quod pestis familiarissima sit in Ægypto, & quod incolæ hujus regionis cum gravissimis morbis iisque contagiosis confiduntur; causa vero unice est quærenda in exundatione Nili, & memorabilia sunt, quæ scribit hanc in rem Dapper in Descript. Africæ pag. 127: nunquam pestem in Ægypto oriri, nisi Nilus nimium increbat, & totas regiones inundet; addit hanc rationem: quod quando Nili aqua stagnat super terram, tota illâ paludosa fiat, & accidentibus ventis Australibus.

& ferventissimo solis æstu, putridis exhalationibus aer inquietur, qui validissimus ad excitandam pestem. Subjicit denique hoc memorabile, quod nunquam pestis oriatur ex intemperato æstu, sed tunc potius extinguatur. Alexandriae autumno plures mali moris febres cum vomitione viridis bilis epidemice grassantur, ex nulla alia causa, quam ex putridis aquis sub dominibus incolarum stagnantibus. Alexandriae autumnali tempore identidem variolæ mali moris contagiosæ invadere solent homines, quæ nullam aliam originem agnoscere solent, quam evaporationem aquæ puridæ Niloticæ. Nam quandocumque ex Nili cornu, quod vocatur Calech, circa hanc civitatem magnæ sunt aquarum eluviones, & haec per totum annum immotæ subsistunt, necessario putrefactæ & corrumpuntur, præfertim æstate: unde etiam omnes incolæ, qui accolunt huic brachio Nili, fugiunt ad alia loca, donec ex Nilo subsequente anno aliam aquam accipiant, qua de re Dapper loc. c. legi meretur.

§. VII.

Nostris in regionibus fluviorum inundationes frequentissime mali moris morbos epidemicos eisque acutos excitant.

Scholion.

Leidae quondam morbus contagiosus pestilentialis oriebatur, qui magnam hominum stragem edebat, ex nulla alia caula, quam quod ex brachio Rheni veteri inundationes in hoc districtu factæ fuerunt, unde aquæ restagnantes putrefactæ diram hanc luem excitarunt; vid. Pechlini obs. 17. *Colerus in Tract. de Morbis Castris* Dec. 3 obs. 5. plures epidemicos morbos obturavit post Danubii crebras eruptiones, & imbræ per plures dies continuos. Notavit Forestus lib. 6. de feb. *O morbis epidemicis grassantibus* pag. 162. quod civitas Delphensis insalubris sit, quoniam in loco profundiori sita est, aquas non currentes habet, fossis non amplis, sed angustis, per quas moventur, instructa; hinc sit, ut aquæ stagnent æstivo in primis tempore, quæ sub canalicula putrefactæ, & effluvia, quæ a transuentibus fertuntur, putrida sunt, adeo ut fere singulis decem annis

præterlapsis incolæ vel peste vel pestilentia libus febribus afficiantur. *Montanus* refert, prope Famagustam, Cypri urbem, locum esse, qui æstatim tempore putrefact, ac causa existat, quod aer putrefact, unde febres pestilentes orientur, infinitique homines ob vaporum contagionem a paludibus pereant. Exemplum singulare noxiæ inundationis in nostris regionibus exhibuit annus 1712. nam inundationem fluviorum exceptit immanis æstus per sex dies, postea frigus, rursus per decem dies intensissimus erat æstus sine pluvia. Iti, qui se libero aeri præfertim nocturno commiserant, febre corripiebantur, cui ingens virium languor, dolor capitis, dorsi, in praecordiis anxietas, cerebra vomitio, in nonnullis delirium juncta erant, in quibusdam symptomatum vehementia remittebat, in paucis intermittebat; in plurimis erat pectoris oppressio, sed haec lues vix inter quatuor vel sex dies persistebat, & oris efflorescentia vel sudore sponte oborto terminabatur. Nulla fere erat Berolini domus, in qua non aliquot ægrotabant, sed paucissimi mortui, nisi ex alio morbo complicato. Haec febris epidemia totam Marchiam & Ducatum Magdeburgicum, Thuringiam quoque infestabat. Et chronologia nostra Hallensis nos luculenter docet, nunquam fere hic a multis retro annis epidemium & pestisimum morbum grassatum fuisse, nisi semper ingens fluvii Salæ diluvio & inundatio præcesserit. Memorabilis etiam est obs. *Ramazzini*, quæ extat in *Miscell. Curios. Dec. 11. A. 9.* ubi ex copiosis pluviis factæ inundationes, & stagnationes aquarum produxerunt tertianas & rebellæ febres, quæ indiscriminatim homines, cujuscunque sexus, ætatis, vietus rationis, temperamenti, & vitæ generis fuerunt, occuparunt.

§. VIII.

Paludosa loca, ubi stagnant & putrefactæ aquæ, valde insalubria sunt, & febres pernicioseissimas producunt.

Scholion.

Non procul a Berolinô amoenissima urbs sita est, Charlottenburg dicta, quæ propter declivem situm stagnationibus præfertim ex copiosis fluviis aquarum valde ob-

obnoxia, inde fit, ut aetivo tempore nemore fere ex incolis immunis a febre intermittente tertiana praesertim permaneat, cum primis si aeri frigido nocturno corpus objicit; & propter stagnationem aquarum ingens est ibi copia culicum, quæ homines divexant. Circa nostram urbem Halam est pagus unum milliare distans, qui vocatur Dieskau, in decliviori etiam loco situs & plurimis stagnis & piscinis cinctus; ibi nullus fere est incola, qui non febre laboret vel laboraverit, quæ ita contumax est, ut non modo frequentius recidivet, sed etiam per aliquot annos duret. Est febris naturæ erraticæ, sed typum tertianæ servat, inassuetis vero, & qui ex salubri loco hoc habitandi causa accedunt, valde gravis atque exitialis esse solet. Ita & Cl. *Lensis* in *Epistola ad Cl. Lansium* data adfirmat, quod ad moenia civitatis Stutgardiae olim fuerit piscina seu stagnum amplissimum plurimi jugerum, & eam ob causam infamis a multis annis fuerit Stutgardia febribus intermittentibus, ferme non amplius epidemicis, sed endemis, valde rebellibus, ac diuturnis, quæ proinde nomen tulerint febrium Stutgardianarum. Excicato vero hoc stagno ob certum finem, & in amoenissimum pratum converso, ab eo tempore febres intermittentes adeo rarae sunt factæ, ut ne semel quidem epidemiarum nomen meruerint, sed sporadicæ saltem nunc hunc, nunc illum invaserint, etiam haec tenus curatu faciliores. Apparet inde, febres ab effluviis illius stagni putridis ortas fuisse, quæ flante euro sublata civitati invecta fuerunt, eo quod ventus, allisione ad montes facta, quasi reperclusus effluvia dicta provehere non posset. Nemo vero rectius, & paulo majori cura hanc materiam aggressus est & pertractavit ipso *Lancis*, qui in *Tract. de noxiis paludum effluviis febrium perniciosarum, & castrorum*, quæ Romæ in Leonina nuncupata civitate ex coenosis fossarum aquis ab æstatis initio ad autumnum vagata sunt, naturam prolixe describit.

S. IX.

Propter aquarum stagnationes anni valde humidi & pluviosi, praesertim sub

continuo austrorum flatu, valde insalubres sunt.

Scholion.

Maligni & contagiosi grassantes morbi ex præhumida anni constitutione plerumque originem suam nanciscuntur. Ita *Hippocrates lib. 3. Epidem.* scribit, aliquando post diutinas pluvias ingentem subortam fuisse pestem, totam civitatem Abaton pervasante, cujus saevitia non nullis inhabitantibus pedes ac brachia deciderunt. Idem testatur *lib. 2. Epidem.* suo tempore ex austriæ constitutionis aere in Cranone primum ichores & pustulas multas, postea & carbunculos propullulasse. *Galenus de temp. cap. 4.* annum plus iusto humidum pestis esse prænunciat scribit. *Benedictus Sylvaticus conf. 14. cent. 1.* refert, quod duo anni faerint austriæ, frigidæ, pluviosæ cum maxima aquarum illuvie, unde etiam morbi uniformes fuerint per totam ferme Italiam. Nempe populariter gravabantur, febres spuriae, ardentes, peculiares, morbillosæ, variolosæ, viros maxime plethoricos corripiebant, praesertim si locorum humiliorum fuerant incolæ & veneri indulserant.

S. X.

Endemii & epidemii, qui certis locis certisque ancorum constitutionibus populariter grassati solent, morbi plerumque originem & causam suam debent variis exhalationibus & inquinamentis, quæ in aere continentur.

Scholion.

Aëritudines, quæ geaus humanum frequenter & graviter affligere solent, sunt potissimum ex numero grassantium sive epidemicarum, quæ certis tantummodo temporibus prodire solent, & in harum numero præcipue sunt omnis generis febres acutæ, quibus exanthemata junguntur, intermittentes, nec non dolores, flusiones, inflammations, ut sunt variolæ, morbilli, febres tertianæ, quartanæ, tertianæ duplices, ardentes, pleuritides, ophthalmiae, anginæ, catarrhales benignæ & malignæ, erysipelacea, arthritides, diarrhoeæ, podagra, rheumatismi, pleuritides spuriae, dyenteriae, qui morbi ex aeris vitio rectissime derivandi sunt. Et hæc

hæc etiam sententia fuit Hippocratis, qui Lib. de Nat. Hum. §. 8. ita scribit: *Quando ab uno morbo multi homines corripiuntur eodem tempore, causam ad id, quod communissimum est, & quo maxime omnes utimur, rreferre oportet.* Est autem hoc spiritus & aer, quem inspirando trahimus. Et §. 19. addit: *Quum unus morbus popularis grassatur, manifestum est, diatem non esse culpabilem, sed, quem trahimus, spiritum in causa esse, & palam est, cum ipsum spiritum morbosam aliquam exhalationem habere.*

§. XI.

Frequenti & attenta observatione didicimus, eas temporum anni constitutiones esse maxime morbosa, & communis morbos proferre, quando vel nimias & diuturnas pluvias, aut diluviones vel terrarum inundationes repentinae & immodiæ æstus sequuntur ad aliquot dies, & postea eos insueta frigora excipiunt, quæ si in tempus vernum vel autumnale incident, pejorem effectum exercent.

Scholion.

Hoc modo productas novimus complures grassantes epidemicas passiones; ita etiam febris illa epidemia, cujus supra facta est mentio, suborta est. Atque anno 1698 hic loci hiemem valde placidam, lenem humidamque autumno similem, austrinis slipatam ventis, experti sumus, quam excipiebat initium veris immodiæ æstuosum. Tum per aliquot menses magna cum se. vitia per hanc urbem variolarum morbus grassabatur. Succedebat aquinoctio verinali petechizans febris maligna contagiosa, quæ non paucos e medio sustulit. Cujus febris historia ex professo a nobis per tractata est in duabus peculiaribus dissertationibus. Simili ratione, ut *Miscellanea Nat. Cur. Dec. 1. obs. 145.* tradunt, anno 1664. hieme molli ac pluviosa antecedente, sub veris initio grassata est in civitate Thoruniensi purpura epidemia maligna, quæ per totam æstatem & autumnum usque in hiemem sæviit, plurimos utriusque sexus infantes interficiens. Anno 1675. tota æstas erat pluviosa, insequens autumnus modo serenus, modo pluviosus, hinc

Tom. II.

in tota Silesia & Austria in autumno catarrhus, & coryza cum tussi & inflammatione faucium ita vexavit incolas, ut nulla domus fuerit exempta, ubi non tres vel quatuor catarrhos inventi fuerunt, & si qui levabantur, alii statim in locum eorum succedebant. Vid. *Reygerus in Msc. Nat. Cur. Dec. 1. ann. 6. obs. 313.* Anno 1707. menses Novembr. Decembr. & Januar. 1708. sine nive & omni gelu erant, & diarrhoeæ familiarissime tunc incidebant. Circa initium veris autem æstuosi pleuritides, febres catarrhales cum purpura juvenes & maxime foeminas affligebant. Aderat languor virium, somnus paucus, frequentior frigoris cum calore mutatio, & parotidum tumor; paucis vero erant lethales.

§. XII.

Duplicis generis est illud venenum, quod ex aquis stagnantibus putridis per aerem dispergitur, inque eo continetur, ex quo morborum gravium, epidemicorum & malignorum origo & causa petenda venit, & vel putredino-verminosæ vel acris causticæ indolis est.

§. XIII.

Aqua paludosæ seminarium sunt secundum putredinis verminosæ.

Scholion.

Ubi enim paludes, lacunæ & aquæ putridæ sunt, ibi semper ingens præfertim sub solis æstu variorum insectorum copia conspicitur. Non semel, sed aliquoties ejusmodi aquas examinavimus instrumento statico, easque deprehendimus levissimas, forsitan propter copiosam admixtam ætheream materiam, quæ etiam putredinis earum parens est. Deinde semper innumerabiles, minutissimos variae figurae & generis vermiculos in iis turbidis conspicimus. Porro ejusmodi aquæ vasi stanneo infusa ignis calore admoto in innumerabiles resolvuntur bullulas, fundo vasis adhaerentes, forsitan propter viscositatem, in quam calor agit.

§. XIV.

Insueta vermiculorum in aere hospitium copia & morborum malignorum causa existit, & eos quoque prælagit.

H

Scho.

Scholion.

In hujus adseri veritate confirmando ad sentientem maxime habemus & antiquitatem & peritissimos medicos. *Varro de rusticalib. 1. cap. 12.* causam labis morbos insectorum copiae asserit his verbis : *Advertisendum etiam, si qua erunt loca palustria, & propter easdem causas & quod arescant, crescunt animalia quedam minuta, quae non possunt oculi consequi, & per aera intus in corpora per os & nares perveniant, atque efficiunt difficiles morbos.* Idem ante *Varronem* tenet *Lucretius*, dum canit : *obnoxia cuncta putrori Corpora, putrescentia animata sequuntur.* Neque ab horum sententia recedit *Columella*, qui lib. 1. de *Rerust.* cap. 5. scribit ; nec paludem vicina me esse oportet aedificis, nec junciam militarem viam, quod illa caloribus noxiis virus eruat, & infestis aculeis armata gignit animalia, quae in nos densissimis agminibus involant, ex quibus saepe contrahuntur cœci morbi, quorum causas ne medici quidem perspicere queunt. Quocunque igitur anni tempore insolita insectorum copia observatur, non sine ratione insalubria tempora & grassantes morbos prædicere possumus, quod diurna experientia & obserratio præstantissimorum virorum confirmavit. Ita *Joh. Damascenus* aph. 132. scribit : *Ubivis gentium quoquaque anni tempore phalanges muscarum redundaverit, ibidem & agritudines, quae ex putredine oriuntur, in corporibus indigenarum redundabunt.* *Riverius* tradit, post innumerabilem insectorum copiam febrem epidemiam mali moris grassatam fuisse. Auctor quoque est *Verulamius* in *Oper. pag. 923.* annos insalubres fore, & pestis suspicione infamari, quando ranarum, muscarum & locistarum multitudo est. Et *Valeriola obs. 1. lib. 2.* pag. 95. ex insectorum & locistarum copia morbos epidemios prenunciavit. Atque exemplum habemus in recenti memoria : anno videlicet 1692. incredibilis copia locistarum in aere volitantium visa est, quae universam Turingiam, Misniam & Vogtlandiam infestabant, in que terram descendentes segetibus ac vegetabilibus maximum damnum inferebant : a quo tempore cœperunt grassari in hisce

regionibus multæ mali moris, imo cum petechiis junctæ febres. *Hildanus cent. 4. obs. 23.* affirmat, eo tempore, quo pestis grassabatur, talem fuisse muscarum copiam, ut post hominum memoriam vix tanta visa fuerit.

§. XV.

Putridæ, stagnantes aquæ ingentem quoque copiam effluviorum salino-causticæ & volatilis indolis in aerem emitunt, quæ partim ex ipsis aquis, partim etiam ex insectis sale volatili turgidis exspirant.

Scholion.

Insecta fere omnis generis copioso caustico sale imbuta sunt, unde pleraque cuti applicata vesicas excitant, & interius sumta vehementi rossione ac stimulo partes solidas inflammant, atque in spasmos constricti, & virulentas vires habent. Quod autem infesta spargant effluvia, canthrides testantur, quæ, ubi arbores & ex his maxime lambucum Hispanicum invadunt, fœtidissimo odore aerem repellent.

§. XVI.

Ipsæ aquæ stagnantes feraces admodum sunt salibus acribus & causticis, cujus rei documento esse possunt plantæ, quæ in stagnis & humilioribus locis proveniunt, quarum pleræque acrem, plures causticam & virulentam naturam possident; quæ observatione nunquam, quod sciam, antea nota est.

Scholion.

In hujus rei confirmationem exemplo esse possunt acorus, arum, anthora, cenanthe, aconitum, alsine aquatica, cicuta aquatica, colchicum, flammula jovis, gladioli & iridis species, ros folis, persicaria acris, equisetum palustre, ranunculus aquaticus, caltha palustris, nasturtium aquaticum, beccabunga, quarum pleræque sunt venenatæ, & pecoribus etiam, si is vescantur, exitiosissimæ. Causa, cur stagnantes aquæ acrimoniam plantis ingenerant, hæc poterit asserri; aquæ in terra præfertim limosa & sulphurea diu subsistentes incipiunt patrescere, sive earum mixtio motu intelligi dissolvitur. Jam vero ea est motu sintestini natura, ut ex suc-

cis temperatis, insipidis, & inodoris, imo dulcibus sapidos, salinos, volatiles, item sulphureos foetidos producat, ut in fermentatione vinosa ac putredinosa conspicuum est. Quidni etiam incipiens putredo partes sulphureas ac terreas aquarum, & quæ in plantarum nutrimentum cedunt, in salsa & acres commutare poterit?

S. XVII.

Præter terrea illa & morbosa effluvia, que ex putrefactibus aquis in aerem diffunduntur, dantur adhuc in illo alia, naturæ corporis humani identidem nociva, & ignendis morbis idonea.

Schelion.

Quid in artis exercitio versati sunt, iis non obscurum esse potest, quo habitu & more subinde diversissimo quotannis sere incedant epidemicæ morbi, & modo has, modo illas partes hostiliter aggrediantur, & diversis ac sâpe diffidentibus symptomatibus infestent. Veteres incognitam eorum causam ad rō Ætū referebant. Nos materiis tenuioribus, virulentis & varia indolis, in aere potissimum volitantibus, eos adscribimus, & eorum diversam naturam a diversa harum materiarum in sole deducimus. Est enim aer universaliter quasi menstruum, quod expansiva sua elasticæ vi & materia ætherea calida ex omnibus corporibus subtiliores partes solvit, abripit, & imbibit, quæ diversissimæ naturæ exhalationes per mutuum conflictum, combinationem, & miscelam, intercurrente solari & cœlesti copiosa materia, varias formas ac texturas induunt. Sunt in aere saline, sunt etiam sulphureæ, diverse naturæ substantiaz; Nitrum, inflammabile illud & elasticum sal, aeris foetus est; caput mortuum aluminis & vitrioli extreme adustum, & omnis salis expers, si diutius aeri committitur, de novo aluminoso & vitriolico sale imprægnatur. Aer etiam ingentem copiam sulphuris alit, quod sulphuris mineralis naturam & odorem habet, uti ex fulmine, & tonitru constat. Ecquis vero austi asseverare, ex subterraneis locis & sulphureis mineralis illud in aerem pervenire, quem foliæ aestus ultra duas ulnas non facile penetrat, nec mediocri igne egeat sulphuris.

mineralis evaporatio. Veri itaque est similis, illud ipsum ex sale illo universalis aeris vitriolico, & unctuosis ac pinguibus exhalationibus in aere generari, non secus ac in chymicis videmus, ex sale acido vitrioli mixto cum carbonum pulvere verum sulphur, & ex alumine & vitello ovi vel stercore humano sulphur in aere inflammabile debita encheiresi produci. Quidni igitur pro diversitate effluviorum, quæ certis in districtibus e terra exhalant, & pro anni tempore variant, pro diversa solis operazione & ventorum flatu varia in aere seminaria salina sulphurea fabricari possunt, quæ in corporis cavitates admissa differentes epidemias vel etiam endemias afflictiones inferunt: quorum tamen indolem ac vires potius a posteriori & effectu, quam a priori persens & rationem co-gnoscimus.

S. XVIII.

Morbi castrenses, qui omnium pessimi sunt, & graviter deficiunt, aeris vitiis & pravis exhalationibus potissimum debentur.

Schelion.

Castrenses morbi sunt maxime ex malignorum & contagiosorum numero, & ex intima succorum vitalium corruptela nascentur. Ut ut vero hujus corruptionis variæ & multiplices sint causæ, ad quas maxime famæ, assidua vigilia, continua fatigatio, incongrua viætus ratio pertinent: aer tamen vitiösus & foetidus variæ generis exhalationibus inquinatus omnes reliquas causas facile superat. Quanta enim in castris substantia hominum ac pecorum multitudine non est impuritatum, excrementorum & foetidorum vaporum copia & colluvies, quæ continuo circumfusum aere inserviant & corruptunt. Unde si accedunt ex imbris aquarum stagnationes, & venti austini, purgando aeri minus idonei, dia regnant, atque immodi ci astus ac nocturna frigora atque dormitiones sub dia sunt, non potest aliter fieri, quam ut in magnam corruptiōnem animantium corpora disponantur, & graves inde morbi exsurgant. Solent vero & illi certum quendam servare ordinem: incipiunt nempe astivis mensibus intermitentes tertianæ biliose, & continue, sed insuetis symptomatibus stipatae. Tunc enim

solis ferventissimus æstus in aere acris¹, & abstinent, eos hæc lues non invadit. Deinde virulentæ indolis effluvia cum nebula quoque decidunt, & morborum epidemiorum causas subministrant, quam in rem lectu digna est obs. 94. I. c. in *Miscell. Curios.* ubi nebula septem viros, ceterum sanos atque robustos, in febrem malignam & lethalem precipitasse perhibetur.

§. XXI.

Neque tantum tetra causticæ indolis effluvia, sed & organica & animata ex aere, præsertim nocturno tempore, decidunt, & humani corporis interiora subeunt.

Scholion.

Minutissima ac varii generis & magnitudinis infecta paludibus innasci & postea per aerem circumfusum dispergi, res curiosioribus physicis non ignota est. Sunt enim revera paludes omnium infectorum seminarium, ubi citissime præsertim sub moderationi æstu fecundantur, & sunt quorundam adeo minuta corpuscula, ut referente *Lævvenbæc Kio* Tom. 1. Epist. 70. & tom. 2. Epist. 96. aliquot illorum centena simul sumta crassum arenæ granum mole non æquent: unde illa & eorum ova in aerem diffundi, & cum rore rursus desflare, mirum non est. Et quoniā haec materia jam ingeniose non minus quam copiose pertractavit Cl. *Lancisius in cit. trax. cap. 16.* lectorum curiosum huc remittimus. Rorem sèpissime ex aere in terram descendere fructibus ac plantis noxiū, ex quo ingens infectorum atque vermiculorum copia pronaescitur, reiagriæ & horticulturæ addicti norunt, quo rore perfusis vegetabilibus si vescuntur pecora, vel vehementer ægrotant vel proflus extinguuntur. Si homines ejusmodi verminoso rore infectos cibos adsumunt, gravi corripiuntur dysenteria, qualis aliquot ab hinc annis ex tali causa in quibusdam locis Ducatus Brunsvicensis exorta fuit, ubi olera infecta rore verminoso German. *Mehlthau* fuerunt, & cocta etiam gravea hunc morbum induxerunt.

§. XXII.

Quia tantum periculum ab humido & comedant, in eundem morbum labuntur, qui vero ejusmodi fructibus infectis nocturno-aere & rore imminet humanis

corporibus, omni cura utique providendum, ut ne circa ejusmodi loca noctu indormiamus vel peregrinemur,

Scholion.

Hanc in rem memorabilia pro more suo eruditus scripsit *Lancisius lib. de Noxiis Pandemis Effluviis cap. 20. p. 62.* qui testatur, plurimos incautos & venatores & peregrinos, si in palustribus locis brevem etiam somnum capiant, malignis febris afflari, praesertim circa Romanam. Quod etiam accidit peregrinantibus ad lacustria Romanæ plagæ. Imo ipse *Lancisius l. c.* monitos vult eos, qui vigilantes per cenosa loca peregrinantur, qui vel Neapoli Romanam, vel Roma Neapolin contendunt, iisque suaderet, ut diuturnos potius astus subeant, quam nocturni frigoris voluptate decepti contemeratam ambientis acris vim excipiant. Ineidi etiam in locum insignem apud *Petr. Laurembergium lib. 1. Horticult. cap. 35.* ubi inquit: *Uredinis, vulgo Mehlthau, infelicem delapsum fere cum vita periculo astutis noctibus expertus sum aliquando in Aquitania Montalbani & Tolosa agens, cum nondum a tam infenso hoste mihi cavere didiceram.* Et notissimum est, homines, qui aestate Romæ degunt, & extra urbem dormiunt, gravibus symptomatis corripit, & plerumque mori, quia insectis aer Romanus & terra scatent, quorum exhalationibus ros, & aer nocturnus inquinatur. Post pluvias vel maxime mensa Septembri aer salubrior est, & tum extra urbem sine noxa degunt.

§. XXIII.

Aer virulentis exhalationibus refertus per varias vias interiora corporis humani subicit.

Scholion.

Primo sese offerunt cutis spiracula, quei perpetuo balneis & topicis medicamentis patent, ita humiditatem virulentis vaporibus inquinatam, atque ex aere descendenter facile foscipient. Rectissime *Hippocrates lib. 6. Epidem. sect. 7. carnes appellat attractrices & ex ventre & extrinsecus, quia totum corpus expirabile.* Adsum deinde foramina in auribus, que membranis glandulosis & nerveis cincta sunt, per quaæ aer effluviis refertus ingreditur,

Tom. II.

nullumque est dubium, quin per poros nervosis etiam partibus sese insinuent cum humiditate effluvia, quoniam ab odoribus salubribus & insalubribus & robur & vigor & omnium motuum perversio contingere potest, hysteriarum exemplo. Tum ac humidus & vaporibus repletus per narum & oris vias ac per laryngem ad intimam pulmonum delatus, vesicularum pulmonalium poros intrat, & hac ratione cum sanguine misceri potest. Tandem in ore ipsi salivæ adhærescit, & facile per oesophagum, praesertim cum cibo ac potu, ad ventriculum descendit. Pertinet huc egregius locus apud *Hippocratem lib. de Flativ. ubi* inquit: *omnia, que eduntur ac bibuntur, spiritus in corpus inferunt, aliquando plures, aliquando pauciores.* Id autem inde manifestum evadit, quod plurimæ eruptiones post cibum ac potum evenire solent, discurrente nimis aere inclusa, ubi perruperit bullas, quibus inclusus fuerat. Postremo & illud dicendum est, quod organica & animata etiam effluvia, si non per poros cutis ipsamque salivam, tamen per cibum ac potum in corporis interiora admittantur. Unde fit, ut in malignis & putridis morbis subinde ingens copia vermium in alvi fecibus & per vomitum rejectis conspiciatur. Neque ignotum est, quod animalcula in ovium visceribus, praesertim in hepate, si paludosas aquas imbibent, reperiantur. Inde quoque dracunculorum in Africa, & in Germania crinorum, qui pueros adoruntur, sub eute generatio derivanda est.

§. XXIV.

Quicunque urbem ab epidemias, imo endemias malignis morbis liberare vult, is præcipue omnium in exsiccatione fossarum ac paludum operam navare & igne accenso id præstare debet.

Scholion.

Quod laeunis & fossis publicis stagnantibus exlicatis graves & grassantes morbi averti possunt, inter alios testatur *Petrus Salius de Pestilente febre cap. 20. p. 130.* qui prodidit, patriam suam exlicatione aquarum in fossis publicis stagnantium a febribus pestilentibus, alias quotannis autumno grassantibus, suis liberatam. Et *Cf. Lancisius*

suis in citato illo praeclaro opere illud etiam exemplis confirmat. Deinde accensis ignibus palustres regiones ab halituum malignitate purgandæ sunt. Ipse Hippocrates igni tantam potentiam tribuit, ut eo pestilentiam abigi posse statuat; vid. Galen. de Theriaca ad Pison. c. 16. & Amas. Lusitanus Cent. 7. cur. 27. Plinius quoque in Hist. Nat. lib. 36. cap. ult. ignibus medicam vim pestilentiæ adscribit; utpote ignis motu celerissimo superfluam aeris humiditatem absumit, & ventum gignit, qui ad evenzilandum putridum, & ignavum aerem magnæ est virtutis. Fumi etiam ex lignis resinosis & bituminosis corporibus ad aeris emendationem multum conferunt. Inter omnes constat, Halam nostram ante usum carbonum fossiliū, quorum jam ingens copia ad salis coctionem accenditur, multis malignis morbis, febribus petechiæ, ac dysenteria fauise infestatam & malo scorbutico huic urbi familiarissimo obiisse quam plurimos, qui omnes morbi per diuinam gratiam jam fere per viginti annos, ex quo carbonum fossiliū usus increbuit, ex finibus nostris excesserunt. Nam atmosphæra nostra non modo ob copiosas ex Salē effluvia multis ramis luxuriante evaporaciones, sed etiam ob continuam salis coctionem multa humiditate imbuitur, cuiusnoxam fumus carbonum fossiliū egregie castigat atque coerget, quippe cuius salubritatem vel hoc unico arguento adstruere licet, dum eæ habitationes, quas aer his carbonum vaporibus repletus perpetuo transit, & fumosa nigredine inficit, nullum incolementium sanitati ferunt incommodum.

§. XXV.

Orientales & septentrionales venti, item pluviae egregie purgant aerem tetricis exhaustionibus.

Scholion.

Horum ventorum ea est natura, ut non modo expansiva & elastica sua vi tetra effluvia dissipent ac disjiciant, sed & dum animantibus vigorem, robur ac motum afferunt, & circulationem sanguinis ac transpirationem promovent, impediant, quo minus noceant. Varro lib. 1. de Rust. c. 4. p. 12. testatur, se Coreyram insulam a gravi peste liberasse, obstructis iis fenestratis, que lastrum

spectabant, siisque, quæ ad aquilonem vergabant, apertis. Certa etiam observationum fide constat, quod tempore pestis illa gravius saeviat ventis flantibus ex austro & oriente; sub flatu vero septentrionalium illa statim remittat. Imbres quoque, si copiosus decidunt, atmosphæram causticis effluvijs stipatam egregie corrigunt ac depurant, nam statim post imbres aer est defecatus. Et constat ex historiis, pestilentiam in Ægypto statim cessare, imbris mensis Junii largiter descendantibus.

§. XXVI.

Grassantibus morbis epidemias ad noxam eorum avertenda, magno praesidio sunt temperantia in victu & venere, evitatio aëris vespertini & nocturni, atque frequens usus eorum, quæ naturam roborant, & motum sanguinis cum salutari transpiratione promovent.

Scholion.

Omnibus roborantibus, quæ simul vicem alimenti gerunt, summo jure preferendum est vinum potens & generosus spiritu turgidum, cuius notæ est Rhenanum, quod circularem sanguinis & humorum motum augendo, quicquid alieni vitalibus undis admixtum est, potenter eliminat, atque adeo omnem ad suscipiendum contagium dispositionem afferit. Ex medicamentis vero ad arcendum contagium commendationem merentur omnis generis balsamica, salia volatilia oleosa, ambrata, succinata, & balsamum nostrum liquidum, quæ sanguinem & humoribus spiritualcentiam scenerant, nervis roburi addunt, & omnis generis excretiones egregie juvant. Multa quoque huc confert liberalior usus infusorum ex herba Thee, melissæ, salviæ, veronicæ, & fabis cofœ, quæ sanguinem & humores ad corporis habitum propellendo omnes peregrinas sordes per emunctorium cutis evertunt. Neque alia profectio causa afferri poterit, quod nostra in urbe inque vicina Lipsiensi maligni ac putridi morbi, olim familiarissimi & comitem habentes purpuram, jam rarius incident, quam liberalior usus calidarium forbitionum, quibus maxima pars incolarum his temporibus assuevit.

C A P U T V.

De medicamentis veneni vim habentibus.

S. I.

Dari in medicamentorum classes res venenatas, quæ & perniciem corpori inferre, & causam mortis præbere possint, mirum forsitan videri poterit.

Scholion.

Plurimi hæc firmiter insidere solet opinio, eas res, quæ remedii nomen sibi vindicant, esse in se salutares, neque ullo modo vitæ & sanitati infensas esse posse; inde etiam fit, ut quidam afflitti vehementiori medicamentorum aviditate, quæ rectius pharmacomania dici posset, laborent, quum tamen omne, quod magnam vim habet, medicamentum, si non cum cautione adhibeatur, noxiostissimum sit. Unde non mirum est medicamenta temere usurpata & morborum & mortis causas ministrare. Quo magis necessarium est, ut peritus medicus ea, quæ plurimum nocendi facultate pollent, probe noscat.

S. II.

Quæ veneni vim ac naturam emulantur medicamenta, in eorum numero sunt emetica & purgantia draistica sive vehementiora; sunt etiam stupefactiva quædam & ex mercurio male præparata.

Scholion.

Si ulla ex remediorum classe multum cautionis & prudentiæ ratione usus desiderant, certe sunt emetica, purgantia, opiatæ & mercurialia, eo quod ob vehementem eorum vim plures in graves morbos conjectos, vel in orcum per imperitiam medentum præcipitos fuisse, experientia, proh dolor! quotidiana edoceatur.

S. III.

Ex emeticis multum vehementiæ & violentiæ qualitatis habent sibiata, præsernum in substantia data, ut antimonii vitrum, mercurius vitæ, crocus metallosum, sulphur auratum.

Scholion.

Dista hæc antimonia in pulvere da ta vehementissime & non modo purgant, sed & hypercathartes sæpe lethales inferunt. Unde perpetuo non sine periculo dantur, eo quod plicis ventriculi, & intestinorum firmiter inhærent, & a succis confluentibus soluta continuo ea, quibus insident, nervosa loca lacinando convallant, & vicinos non modo nervos, sed & universum sæpe eorum genus in convulsiones conjiciant. Clementioris autem naturæ sunt, quæ ex horum solutione parantur vomitoria, ut est aqua benedicta Rulandi, tartarus emeticus, Syrupus emeticus Angeli Salæ vel Dispensatorii Brandenburgici. Sicut vero vitrum antimonii omnium est potentissimum, ita tartarus emeticus ex hoc paratus multo valenter est eo, qui secundum præscriptum Mynschi ex metallorum croco conficitur, quod omnes, qui medicinam factitant, velim ut notent.

S. IV.

Antimonia summa partium, quæ selenio sulphureo causticæ naturæ sunt, subtilitate adeoque in exili admodum dosi, & quidem celeberrime operantur; posthæc vim suam in ventriculum & partes nervosæ exerunt, & majori dosi exhibita etiam interficiunt. Hinc, quia omnes veneni characteres habent, rectissime in eorum numerum referuntur.

Scholion.

Frustum vitri antimonialis, quod scrupulum circiter ponderat, vel millia hominum vomere facit, si ejus infusio fiat ex vino. Et nota quoque sunt pocula illa emetica ex mixtura stanni & reguli antimonii parata, quibus vinum infunditur, & intra aliquot horas emeticum evadit, atque illa vis poculi nunquam desinit. Ex quo apparet, quam stupenda sit illa exiguitas partium, quæ totius corporis functiones perturbare vel etiam destruere possit, quod maxime proprium est venenorū.

§. V.

Necant antimonialia emetica, dum in vehementissimos spasmos genus nervosum conjiciunt, & ventriculum maxime ejusque orificia constringunt, & circulum sanguinis intercipiendo inflammations sphacelosas easque funestas efficiunt, unde presentissimam mortem & hominibus & animalibus inferre possunt.

Scholion.

Quomodo venena ex mineralibus hominem jugulent, & quæ symptomata producant, jam supra cap. 2. de venenis §. 21. explicavimus, vim vero suam primo omnium exerunt in ventriculum, qui a venenis præsertim causticis primo ac primario affici solet. Incipiunt ibi spasticæ constrictiones, quibus ejus orificia arctissime clauduntur, unde mira ventriculi inflatio sequitur; brevi etiam sphacelosa & atra stigmata illi inuruntur. Pulchra ac memorabilia sunt illa experimenta, quæ Cl. Wepferus instituit, dum varia venenorū genera animantibus obtulit, & post sectionem alia atque alia phænomena annotavit. Vid. ejus Tract. de Cicut. Aquat., ubi etiam cap. 20. commemorat, quod cani robusto vitri antimonii grana obtulerit, & facta sectione macula palma latiorem atro-rubicundam in ventriculo, qui flatibus distentissimus erat, annotaverit, & quia utraque orificio ob spasmos claula erant, pertinaciter ventriculus status inclusos retinuit. Deinde idem auctor observavit, quod diaphragma a vi medicamenti fortiter succussum vomitum adjuverit.

§. VI.

Antimonialia emetica, in substantia, & paulo majori dosi exhibita, funetur sapissime effectum exercent in corporibus sensibilioribus, ad iram pronis, & hujus affectus vehementia exagitatis, item si ventriculus ad inflammationem inclinat, & doloribus ac spasmis divexatur.

Scholion.

Complura certe in praxi notavimus exempla, ubi post gravem iracundiam, & quæ hanc insequitur, cardialgiam datum antimoniale emeticum mortiferum fuit.

Et ante aliquot annos tristissimum habuimus casum, ubi serenissima persona ex tartaro emetico improvide adhibito brevi tempore lethalibus symptomatibus occubuit, ubi post mortem pars ventriculi sphacelata reperta fuit, & putredo vicinas partes ejusdem lateris, lienem, diaphragma, & pulmonem infestavit. Vidi mus brevi ante paroxysmum intermittentis polvrem vitri antimonii datum, qui præter vehementissimas vomitiones & purgationes convulsiones, & tremores partium cum summa cardialgica anxietate excitavit, quæ symptomata, sub febri calore infequent, ad tempus cessarunt, altero vero die redeunte paroxysmo resuscitata mortem intulerunt, & identidem ventriculus inflammatus ac sphacelosus reperitus est.

§. VII.

Emetica fortiora si non necant, gravem tamen & fere immedicablem morbum inferre possunt, dum fortissima vasorum stricatura & compressione sanguinem & humores cum impetu ad partes præsternit debiles pellunt, ubi subsistentes pro partium differentia varios eosque graves morbos inducunt.

Scholion.

Si spasmi ab antimoniali emetico exercitati vehementia sanguinem atque humores cum impetu ad caput propellit, facile aphoniae, aurium tinnitus, visus & auditus amissio, imo mentis abalienationes oriuntur. Ita enim Hildanus Cent. 5. Obs. 12. commemorat, quandam capitis dolore afflictum assumto emetico mentis aerationis usu penitus fuisse orbatum. Idem auctor cent. 5. obs. 19. refert, in corpore cachectico ab assumto vomitorio cæcitatem fuisse sequitam. Femina quoque optimo corporis habitu prædicta, de dolore gravativo ventriculi conquesta, assumtis tribus infusi antimonii dosibus, superveniente inter vomendum doloroso aurium tinnitus, auditum amisit, vid. Hildan. loc. cit. pag. 395. Alius, referente Wepfero in Tr. de Cicuta aquatica pag. 285. post sumum antimoniale emeticum ejusque vehementissimam æru & natus purgationem in internum pectoris ardorem, tussim siccum, raucedi-

nem, gutturi strangulationem, & aphonia diurnam incidit. Si spasmorum ferocitas artus, & partes exteriores aggreditur, fiunt inde severissimi artuum dolores, truculentæ nervosarum partium convulsiones, & sphacelosæ corruptiones. Auctor est Cl. Wepferus loc. cit. pag. 255. quandam cachecticum, assutis aliquot granis vitri antimonii per noctem in vino infusis, non modo in enormes vomitus, sed etiam crudelissimos pedis dextri dolores incidisse, superveniente tandem funesta ejusdem partis sphacelatione. Hildanus quoque loc. cit. p. 914. & 915. ab assumto fortiori emeticu maxima brachiorum, & crurum convulsiones, lipothymiam, summam viuum prostrationem, imo herniam intestinalem annotavit.

§. VIII.

Quia emetica fortiora graviter convelunt ventriculum, & partibus nervosis spasmus nocent, atque etiam congestiones humorum in elanguidis partibus efficiunt, prudentia est in hypochondriacis, hysterics, hemorrhoidariis, & instanti mensium fluxu, & ubique ventriculus cum genere nervoso spasmis tentatur, iis tanquam veneno abstinere.

Scholion.

Quum solennes illæ, & salotares per menses, & hemorrhoides fluxiones cum spasmis continuo fiant, facile patet, non centiflma tunc esse, & purgantia, & emetica. Truculenta circa instans mensium tempus ab emeticis, etiam non adeo validis exhibitis symptomata vidiimus. In hemorrhoidariis validior vomitus mesenterii abscessus cum lenta febre excitavit. Ubi sanguinis congelatio inclinat ad pectus, periculosa a validiori vomitorio nasci solet hæmoptysis. Celsus Lib. 2. cap. 13. si morbus acutus est, si febris est, inter rigores asperiora ejusmodi medicamenta damnit. Tuttissimum vero est, ubi natura, & moribus urgent vomitum, clementia propinare, & minus periculi est, si in minori, & refracta, quam pleniori dosi, offerantur. Deinde antimonialia nunquam in forma solida, & pulvere, sed soluta, & cum sufficiente liquore adhibenda sunt, & si nimis dejectiones sequuntur, medicamen-

tum theriacale cum analeptico, ut aqua cinnamomi, mixtum, quod confortat, spasmos coercent, & ab interioribus ad exteriora sanguinem propellit, omne punctum absolvit. Cæterom nisi urgeat necessitas, sani ac valentes homines ab ejusmodi emeticis abstineant. Perbelli enim monet Celsus Lib. 2. cap. 13. quod omne ejusmodi medicamentum non semper egris prospicit, semper vero sanis noceat.

§. IX.

Medicamentis, quæ veneni quidpiam, quo operantur, habent, & ob id, atque ob malam administrationem gravium malorum, & mortis subinde causa fiunt, non immrito validiora purgantia annumeranda esse censemus. Purgantia, quæ acri, & penetranti stimulo sulphureo agunt, non modo tunicas intestinorum spastice comprimendo motum peristalticum augent, & ex eorum glandulis lympham eliciunt, sed & universum membranarum nerveo-muscularum genus spasmus quodam convellunt.

Scholion.

Adeoque purgantia validiora ea dicimus, quæ vehementer, id est, cum spasmis, & torminibus ventrem movent, & subito copiosas dejectiones efficiunt. Horum in numero sunt ex simplicibus uterque hellenborus, colocynthis, gummi guttae, scammonium, elaterium, esula, laureola, resinosa jalappa, & species maximeque semina cataputiae, & quæ fortiora hæc aliquanto majori quantitate recipiunt compositiones.

§. X.

Sicut venenis præsertim causticis commune est, sale acerrimo, valde tenui, & volatili operari, eoque omnes per universum corpus nervosarum partes, maxime omnium vero ventriculi, & intestinorum tunicas irritare, atque arrodere, ibique violentos spasmos, quos sapientis inflammatoriae sanguinis stases, & sphacelationes sequuntur, brevi tempore, & non adeo magna dosi efficere: ita cum purgantia acriora easdem notas, & proprietates habent, jure in venenorum causticorum numerum recipienda esse concludimus.

§. XI.

§. XI. Manifestum salis acerrimi in purgantibus testimonium est, quod masticata fauces graviter adurant, & horum pleraque curi ad mota vesicas excitent, naribusque attracta vehementia sternutamenta moveant, ac denique improviso usu ventriculi, & intestinorum erosionem post se relinquent.

§. XII.

Ut elementum illud, quo venena in corpus agunt, maxime volatilis, & penetrans tam indolis est, quod per universum corpus, & solidarum maxime, ac membranacearum partium intimos recessus penetrat: ita etiam illud, quod purgantia custodiunt, virus subtilissimæ naturæ, atque indolis est, & plura sunt, quæ hujus præsentiam satis abundeque ostendunt.

Scholion.

Primo compertissimum est, validiora purgantia, quo diutius in minutissimo pulvere serventur, eo plus virtutis suæ, quæ supra, & subter humores educunt, amittere, ut poterit volatile illud sensim paulatimque expiret, inque auras subducatur. Secundo, nihil tam potenter virtutem purgativam destruit, quam diuturnior, ut omnium venenorū, ita maxime purgantium cum aqua instituta coctio. Neque tantum validiora, ut helleborus uterque, colocynthis, elaterium, esula, sed & leniora, ut folia sennæ, rhabarbarum, aloe, agaricus virtutem suam purgativam hac ratione perdunt, ita, ut si fortior sit coctio, prope ex toto eam amittant. Tertio, non leve tenuissimi in purgantibus principii argumentum est, quod potentiora, ut sunt colocynthiaca, item elleborata, exterius ventri, vel pedibus adpliata alvum commoveant. Ita veteres pedes decocto ellebore lavantes per alvum purgatos esse certam auctores faciunt fidem, neque unguento Arthanæ ventri adpliato infantes purgari plane novum est. Id vero non omnibus notum, confectionem Hamech cum unguento dialtheæ plantis pedum impositam ad alvum pertinaciter adstrictam reserandam vix habere

sui simile. Neque forsitan aliunde, quam a tenuitate, quod purgat, principii petenda erit causa, cur infans a lacte nutricia, quæ modo purgans adsumbit, promte purgetur; item quod referente Walæo in methodo medendi pag. 42, elleborus fonticulis ad mundificationem impositus per vomitum, & feces subinde purget. Quo etiam illud pertinet, quod adsumta purgantia sapienter vehementer advenirem, & quod magis mirum videtur, cum semine vis purgans in foeminam transfundatur, ut Sinvaldus Libr. 3. Geneanthropiæ Tract. 1. Cap. 12. asseverat. Spectat hoc quoque ex antiquitate illud, quod Plinius Histor. Nat. Lib. 25. c. 5. refert, Melampus observalle capras elleboro pastas purgari, & lac eorum adhibuisse ad filias Procti regis furore percitas percutandas.

§. XIII.

Neque diversæ, sed ejusdem indolis sunt mala, quæ a drasticis purgantibus improvide dati, & quæ a venenis causticis excitantur.

§. XIV.

Mala ex drasticis purgantibus importunius dati, cum aliis venenis communia sunt, atrocia cum crebris dejectionibus tormenta, subversiones ventriculi, enormes vomitiones, singultus, acerbi cardialgici dolores, præcordiorum incendia, strangulationes faucium, anxietates, & inquietudines, animi defectio, pulsus ad tactum durus, & contractus; ex capite vero convulsiones, epilepsia, & mentis turbationes prodeunt. Prater hæc habitus corporis constringitur, partes extremae frigent, & inhorrescent cum sudore frigido, quæ cuncta facies cadaverosa, & tandem mors excipit.

§. XV.

Ut in dissectis ex veneno caustico, v. g. arsenico, mortuorum corporibus ventriculi, & intestinorum partes maxime inflammatæ, & sphacelosæ deprehenduntur, intestinis simul mirum in modum inflatis, atque distentis: ita idem etiam me deprehendisse in iis, qui purgantibus, vel emeticis intermixti fuerunt, bona fide testari, & pluribus observationibus omnino confirmare possem.

§. XVI.

§. XVI.

Quemadmodum non certius, & secundum adversus omnis caustici veneni mortalem noxam praesidium, & auxilium, quam in pinguibus, mucilaginosis, & lacte est, si ingenti in copia hauriantur: ita etiam nihil inveniri potest, quod tam promte, & tam secure ex purgantium abuso lethiferis orientibus malis occurrat, quam lac, vel oleum in copia datum.

Scholion.

Res, & vulgo non ignota est, agyrta sine noxa fere ex venenis pessima, ut arsenicum album, item sublimatum mercurium ferre, si prius pinguibus, & lacte ventriculum cum amnibus intestinis probe muniverint, & post horum usum, etiam copiose adhuc illa adsumserint. Ego ad exemplum experimenti hujus idem tentavi, cum aliquando illustris persona ex incuria loco unius doseos sex pilularum purgantium satis fortium sumisset, tum felicissimo cum successu suasi ingentem lactis vaccini, quod ad manum erat, copiam ebibere, & citra ullam noxam, vel atrocia termina quatuor tantum fedes sequentur. Nam quod veneni acrioris ferocie potenter resistit, id etiam vim mitioris evincere posse, quid rationi magis consenteaneum videtur? Igitur non sine causa antiqui medici, & maxime Hippocrates ante, & post usum purgantium lactis potum commendarunt, quod praecipue ex insigni illo loco, qui extat *Liber de internis affectionibus* §. 46. clarius appetet: si venter nigro ellebororo purgatus fuerit superne, vel inferne, aut etiam scammonii succo, post purgationem serum, ac lac bubulum, aut caprinum, vel etiam asinimum commodissime exhibetur. Et loc. cit. §. 31. idem gravissimus Auctor suadet, ante purgationem cum scammonio adhibendum fomentum, & post clysterem lac asinimum coctum in potu dandum. Aetius elaterium cum lassis mulieris hemina porrigendum praecepit. Rulandus in *Curationibus tanquam specificum ad vermes enecandos, & expellendos species diaturbitur*; item radices esula in lacte coquendas majorem in modum commendat. Si ullum, certe semen cataputiae majori vehementissimum est, cuius

tamen ferocia, si cum lacte caprino in emulsionem redigatur, multum mitescit, ita, ut non sine emolumento hydropticis ad educandas ex habitu corporis aquas adhibitam eam fuisse meminerim. Ob vim, quæ latet inest, acrimoniam causticam mitigantem, accedit quoque, ut infantes latentes, si modo lac non corruptum, & corrosivum in ventriculi cavitate stabuletur, sine minori subinde molestia acria, etiam purgantia ferre queant, quam etate provectiones. Ex quo conficitur clariusque eluet, ad castigandam nimiam, & virulentam illam in drasticis purgantibus vim eorum coctionem cum lacte cetera alia tantopere ab auctoribus celebrata purgantium correctiva, quorum ingens adducitur numerus, longissime superare.

§. XVII.

Quum omnium sere venenorum ea natura, ac indebet sit, ut praeter exitialem, quam corpori animantium inferunt vim, quodvis ex iis propriam quandam operationem, atque virtutem possideat: ita etiam illud ipsum circa validiora purgantia animadvertere licet.

Scholion.

Colocynthiaca praeterea termina faciunt, & vasa aperiendo sanguinem, sive per alvum, sive etiam per alias vias, praesertim si importunius data fuerint, effundunt. Elleborus, praesertim albus, id habet viii, ut peculiari ratione faucibus infensus strangulationem, & suffocationis metum cum somma anxietate inferat. Elaterium vim suam maxime in tunicas arteriarum nerveo-musculosas evibrat, hinc pulsus fit celer, febrili non dissimilis, qui etiam in digitorum apicibus percipi potest. Unde non mirum est, hujus purgantis beneficio hydropicorum in habitu corporis stagnantes aquas ad alvum deduci posse. Aloe ut etiam mitioribus sit, an venas maxime irritat, atque per has sanguinem ejicit. Scammonium, & gummi guttae vires maxime infringunt, & robur ventriculo subtrahunt. Semina cataputiae per quam facile inflammationem ventriculo funestam inferunt. Resina, quæ elicitor ex jalappa, convulsivæ colicæ, & partis non infrequens est productrix.

§. XVIII.

§. XVIII.

Quemadmodum venenorū naturam maxime in eo positam esse, ut majori dosi hominem perimant, naturæ consultorum judicium est; pari ratione cum acriora purgantia, præsertim sub majori portione data, celeriter interficiant, non insiste hæc ipsa venenorū catalogum subire judicandum erit.

Scholion.

Lethalium purgantium effectum jam olim ipse Hippocrates Libr.5. Epid. cap. 16. Tr. 2. annotavit his verbis: *Quidam homo Eubœus poto pharmaco deorsum purgante (elaterium dicitur in textu Græco) per tres dies purgabatur, & mortuus est. Diei vix potest, quam multa, & tristia, imo deploranda in praxi medica occurrant exempla eorum, qui ab improvide adsumptis pharmacis, vel enecti, vel minimum in pessimum, & vix eluctabilem valetudinis statum conjecti fuerint, si modo quis pauculo majori cum industria horum pessimorum experimentorum investigationi, & observationi invigilare, aut curiosius, quæ ab agyrris, ab imperitis chirurgis, & aliis etiam plebeiis indies fere hac in re sunt, colligere velit. Nam profecto ita est, quod impune multi a medicis occiduntur. Atque ideo non sine ratione ejusmodi drastica a magni etiam nominis medicis Germanice *Mord-Mittel* vocata fuerunt. Impense profecto optandum foret, ut magistratus, & physici civitatum omnibus, qui cum aliis medicamentis purgantia dividunt, severius interdicerent, ne promiscue omnibus, non secus, ac cum venenis sit, ea potentibus darent venderentque. Apud nos hic loci sunt in usu pilulae aloeticæ cum extracto ellebori, & trochiseis albandal acuatæ, German. vocantur *Gescharffte Haupt-Pillen*, quæ a vulgo etiam ad usum commendantur, & promiscue ex pharmacopolis dantur; complures tristes eosque funestos non semel, sed saepius ab hisce pilulis, præsertim in debilioribus, & ubi ventriculus maxime in inflammationem proclivis fuit, effectus non sine dolore apud illustres etiam personas observavi. Inter pessima vero, & a qui-*

bus maxime cavendum esse suadeo propter nocenter inflammatione interitemtem efficaciam, album elleborum, colocynthidem, & tilli grana, sive semina capputia, & quæ extant, referenda esse censeo.

§. XIX.

Cum acrioribus, & drasticis purgantibus tam nocens, & naturæ, sive, ut rectius dicam, motibus, qui vitam conservant, tam infensa insit potestas, sapientissime & optimo consilio saniores tum ex veteribus, tum ex recentioribus ad conservandam integrum valetudinem, aut eam amissam restituendam eorum usum, vel plane reformidarunt, vel summa cum cautione admiserunt.

Scholion.

Ad confirmandum hoc salutare adserum non dubitabo auctoritate antiquissimorum medicorum uti, maximeque *Hippocratis*, qui in scriptis, & aphorismis suis omnes in genere evacuationes repentinae rejicit, easque tantummodo laudat, quæ in corpore talia educunt, qualia sponte ex eventu juvant. Idem quoque disertis verbis *Sext.2.aph.36.37.* pronuntiat: *Sana habentes corpora, dum medicamentis purgantur, cito exsolvuntur, itemque qui prævicio utuntur. Et porro: qui sani sunt, eos grave est, medicamentis purgari. Plato in Timæo violentis medicamentis corpora nunquam temere esse movenda admonet. Neque ex methodicis præteriri debet Cælius Aurelianus, qui in Opere suo Cap. 30. pag.128. de purgantibus, quæ Græce cathartica vocantur, ita statuit, quod nempe ob acrimoniam stomachum tumescientem efficiant, atque ejus membranas inflament, & periculolam ventris effusione provocent. Et Lib.1. Cap. 1. de cephalæa prodidit, quod purgativis medicamentis stomachus male adficiatur, & omnis nervositas (qua genus nervorum universum subintelligit) inde ledatur. Referente Celso Lib.1. Cap.3. pag.31. Asclepiades purgationes omnes, ceu pernicioles ex tota medicina expulit. Atque idem Celso suam sententiam de purgantibus Lib.2. Cap.13. pag.98. his verbis profert: Quisquis daturus erit pharmacum, id agere ante*

te debet, ut accepturi corpus humidius sit, & illud scire oportet, omne ejusmodi medicamentum non semper agris prodeesse, & semper sanis nocere; & alibi: purgantia stomachum ledunt, & nunquam in adversa valetudine, nisi ubi morbus sine febre est, dantur. Hæc sententia antiquorum fuit de purgantibus, quam postea superioris, & nostri quoque seculi peritiores medici suo calculo adprobarent. *Fernelius Lib. 3. Cap. 5.* catharticis substantiam, & vim venenatam disertis verbis adscribit, & maxime colocynthidi, atque scammonio, quia, ut ait, horum minima portio in putredinem veneno finitimum facessit. Et nemo prope gravius in purgantia invehitur ipso *Helmontio*, qui in *Tract. potestas medicamina* pag. 383. eorum operationes latenti veneno, quo vitales succos fermentant, ac putrefacient, adscribit. Neque in eo carpensus est *Bontekoe*, qui identidem purgantia propter virus occultum in totum ferre ex foro medico ejienda putat.

§. XX.

Propter latens venenum magna cum cautione, & cura non in quibusvis, sed in longis, ac difficilioribus morbis, inque valentibus, & robustioribus corporibus, & maxime in tempore veteres usi fuerunt purgantibus potissimum elleboratis.

Scholion.

Mirum forsan videbitur, quo modo res infestissimæ usum, & auxilium difficilioribus ægrotationibus præbere possint. Sed quod genuina, & pura venena in usum, etiam humanum ad graves pellendos morbos cedere possint, argumento poterunt esse arsenicum album, argentura vivum vario modo præparatum, antimonii vitrum, opium, & hyoscyamus, quæ rite præparata, & dextre etiam adhibita non sine emolumento exhibentur. Quare non mirandum est, *Hippocratem* etiam vehementioribus purgantibus, ut elleboro, elaterio, colocynthide, scammonio, ut ejus monumenta testantur, usum fuisse; non tamen promiscue, & sine discrimine, sed ubi morbus sine febre, in principio, & ubi penetranti, eoque valido stimulo ex partibus solidis, & vasis excretoriis nimium relaxatis, & languidis subsistentes

copiosi humores erant excutiendi, ut in melancholia, insania, morbo comitiali, quartana febre, hydrope. Deinceps ante horum usum aliquot dies præparabant corpus, abstinentiam a vino, & cibo commendabant, fluida, & mobilia per balnea, per fomenta, & interna humectantia reddebant corpora. Et ut *Plinius l. c. auctor* est, elleborum album in lacte, aut pulte dabant; vel secundum *Dioscoridem Lib. 4. Cap. 143.* cum pifanæ succo, aut lentis cremore, & paucò ante a cibo sumto, maxime omnium vero satis diu decoquebant elleborum in aqua, addito melle, qua ratione usurpatus, teste *Prospéro Alpino de Medicina methodica Libr. 3. pag. 96.* neque stangulationes, neque ullum aliud damnum unquam adserit. Hac occasione, non alienum nobis videtur, qui circumspete, nec temere cum ægrotantibus agere volunt, medicos serio admonere, ne unquam, si ejusmodi purgantibus, vel emeticis, vel mercurialibus, vel antimoniali forte medicina opus est, sine omni præparatione, & distinctione corporis hæc ipsa offerant, sed ut, si salutarem utique effectum ab iis expectare velint, eodem modo, ut veteres, si elleboro, vel alio fortis pharmaco usi fuerint, præparent prius, & disponant corpora. Quod nostris temporibus cum valentioribus chymicis ex minerali regno petitis remediis in vincendis contumacibus morbis præstamus, id olim veteres valenti pharmaco dextre adhibito præstiterunt.

§. XXI.

Peritiores ex antiquis, & recentioribus medicis omni tempore sapienti consilio in morbis, tam avertendis, quam sanandis rarissime usi fuerunt fortioribus, sed id egerunt, ut potius lenioribus, tutoribus, & ventriculo non inimicis excretionem intestinalem, si opus erat, promoverent.

Scholion.

Laudandi hoc nomine maxime sunt methodici, qui omnia vehementia repudiatis foliis lenientibus, ut manna, cassia, aloë, rhabarbaro contenti alvuto movebant, vel eam commodis infusis tandem modo duecebant, ut ex præclaris *Celsi* mo-

numentis, & Prospero Alpino, qui methodicorum dogmata fideliter tradidit, id dilucide apparet. Horum postea vestigia ex Italis maxime Montanus, & apud Germanos Crato, circumspectus admodum medicus, Solenander, Caspar Hoffmanius, & Simon Pauli laudatissime sequuti sunt. Quorum quidem egregiae pilularum compositiones hodienum in frequentissimo usu sunt. Quo pertinent etiam aloephanginæ sic dictæ insignis usus, in Augustana Pharmacopœa descriptæ. Atque ad harum jam dictarum imitationem Becherianæ, quæ in concisa admodum dosi aloen recipiunt, aliaque temperatoria gummatæ, & extracta admixta habent, concinnatæ magno cum emolumento nostris temporibus usurpantur. Nam ut evacuatio, quæ per alvum fit, præter liberam perspirationem valetudinis tuendæ apprime facet, ita etiam, quæ sine destruccióne ventriculi ejusque toni salutariter id præstant remedia, magno utique in pretio habenda esse existim.

§. XXII.

Nihil tam valide ventriculi, atque intestinorum tonum lædit, atque pervertit, & ob id excretionis alvinæ negotium turbat, ac forte purgans.

Scholion.

Salutaris illa fœcum alvinarum excretionis, sine qua nemo diu valere potest, quam maxime a motu intestinorum naturali, qui Græcis peristalticus dicitur, neque minus a bilis, & lymphæ glandularum intestinalium affluxu dependet. Ille ejus generis est, quo successive, & reciproce intestinorum canales contrahuntur, & expanduntur, ut ejus beneficio contenta in intestinis propellantur. Cui negotio bilis stimulus, & lymphæ intestinalis lubricitas multum servit. Quandounque igitur avehementi per purgantia irritationem, & stimulo nimis citis, & crebris dejectionibus biliosi, & lymphatici humores magna in abundantia elicuntur; non mirum postea est, segniorem alvum sequi. Tonus vero intestinorum a purgante validiori læditur, quia id nunquam sine spasmo fortiori operationem suam in intestinorum

tunicas nerveas, in quas primum, & proxime salva, & integra sua virtute agit exercet. Notum vero ex natura legis microcosmicæ est, longiore, & validiori partis spasmodum tandem subsequi ejus atoniam, sive magnam ad motum imbecillitatem. Atque adeo turbata illa motuum alternorum, contractionis, & expansionis, in intestinorum canalibus nerveo-musculosis successione non potest aliter fieri, quam ut excretio, quæ per alvum fit, non recte post purgantium usum respondeat. Atque id ipsum jam olim suo tempore ipse Galenus animadvertisit, qui libro de methodo medendi hæc prodidit: Nonnulli in præsens gaudent, si copiosius dejeicerint, verum quanto magis fuerint vacuati, tanto his venter sequentibus diebus adstringitur. Neque de hac re ullo mododubitandum, quia quotidiana confirmat experientia, crebriores a purgante fecessus sequi postea per alios dies alvi difficultatem.

§. XXIII.

A crebriori, & perverso purgantium uso, si ventriculi, & intestinorum naturalis tonus pervertitur, multa eaque gravia in hisce partibus mala enascuntur.

Scholion.

Præcipua certe integræ status corporis nostri pars in motu ventriculi, & intestinorum peristaltico versatur: hoc quippe salvo, biliosi, & lymphatici humores, qui alimentorum digestioni, extractioni, & stimulo ad excretiones serviunt, recte influunt, atque inutiles sordes, ac fæculentia foras debite ejiciuntur. Quandounque vero harum partium *læsionis* non recte fæse habet, & vel nimia has ipsas spasmodicas constrictio, aut relaxatio occupat, totum digestionis, & excretionis negotium turbatur. Nam neque succi utiles ex resolutis alimentis per glandulas, & vasa intestinalia recte secernuntur, neque excrementum per alvum secedunt. Unde diutius stagnantes naturam suam mutant, corrupti, & corrosivi evadunt. Hinc spasmi, & statu continuo urgent, & molestissimum demum, ac longum illud, quod hypochondriaci nomine venit, malum, profertum.

Sertim aliis simul rebus, quæ has partes nerveas offendunt, accendentibus progignitur. Et quoniam communi, sed pessimo more hisce malis per purgantia medici succurrere conantur: hinc fieri aliter non potest, quam ut ea increscant, tantum abeat, ut minuantur. Perpetuo enim inflationes ventriculi, vel intestinorum cum alvo adstricta, anxietate, nausea, internorum phlogosi, tensione præcordiorum, & capitis gravitate urgent, & non nisi flatibus, vel ructibus exequuntibus quodammodo mitescunt. Profecto in praxi mea, quam ultra 50. annos sub divino favore exercui, innumeros præpostero, & cerebro purgantium usu, præsertim infirmos, in diutinas ægritudines, flatulentias, tympanitides, tumores, morbum cœliacum, *et cœli*, convulsivas colicas congettatos observavi. Id etiam Casp. Hoffmannus in Institut. lib. 9. cap. 7. confirmare videtur his verbis: *Loquor de experientia 30. annorum; quod homines apud nos frant lectori, ob intempestivas, vel veneficiones, vel purgationes.* Atque in hac re eximium illud Cratoni monitum attendi meritum, qui, (vid. Schulzii consilia p. 1076.) hanc de purgantibus sententiam fovet: *Purgantia valida, & vires dejiciunt, & sepe graves exulcerationes, tormina debilitatesque sequuntur, & maligna qualitas stomacho imprimitur, ut postea plura excrementa colligantur, quam evacuatio sustulerit. Quod si ob id rursus, & sepe ad purgandum redeundum est, cito vitam breviorem reddunt.* Neque præteriri hoc loco debet insignis locus, qui apud Cœl. Aurolianum lib. 5. pass. chron. cap. 31. extat, dum ita ait: *Vitandam probamus frequentem potationem medicaminum, quæ ventrifluas dicuntur. Etenim sitis intenditur, & solidioris cibi fastidium duplicatur, & ejus fortitudo minuitur, atque cibi accepti corrumptuntur.*

§. XXIV.

Quum tam infesta sint ventriculo, & intestinis acria purgantia, adeo ut etiam alvinas evacuationes valde perturbent, easque segnes efficiant; non mirum est, tenuillos, & lactentes infantes graviter ab illis affluntis lœdi.

Scholion.

Quam salutare, & congruum naturæ infantum alimentum lac est, tam perniciolum illud fit, si in ventriculi, & intestinorum plicis diutius stagnans in corrosum coagulum abeat, & pejorem adhuc, acri, & sulphurea bile accedente, nataram induat. Hinc plurimorum, qui infantes exercent, morborum origo est. Tormina quippe ventris subinde convulsiva, febiles æstus, inquietudines, asthmatæ, atque intumescentiæ abdominis flatulentæ, neque minus epilepsia lethales inde sua trahunt incunabula. Quæ omnia non sunt extimescenda, alvina excretione recte succedente. Cum autem eam cerebrius data purgantia mirifice lœdant, tonum intestinorum plane destruendo; non mirum est, si ante bene valens, & sanus infans a temerario præsertim evanescantiam usu, si v. g. mercurialia, & alia ex jalappa acria frequenter offeruntur, in summas miseras, & epilepticas tandem convulsiones, quibus maxime hæc ætas ob imbecillitatem nervorum patet, conjiciantur; cuius rei tristissimos casus cum dolore vindimus.

§. XXV.

Acriora purgantia, præsertim sub majori dosi, sæpius lœdant, & arrodunt teneras, & valde sensibiles intestinorum tunicas, ut hypercatharses, dysenteriæ, & longi venris fluxus cum torminibus sequantur.

Scholion.

Evenit id maxime omnium in corporibus impuris, & tempore autumni, ubi ex varietate cœli, ob transpirationem prohibitam, multæ impuræ, falso-sulphureæ fôrdes in venis colliguntur, & stimulo in intestinis validiori præcedente, affatim ad vasa meseraica; atque ad intestinorum glandulas, neque minus ad hepatis viscus feruntur. Hisce autem viis valde laxatis, & dilatatis humores, & biliosi, & falsi, per habitum alias corporis evacuari soluti, ingenti copia ibi separantur. Ex quo fit, ut intestinorum corrosione hæc mala producantur.

§. XXVI.

§. XXVI.

Neque vero unquam gravior noxa , purgantibus metuenda est , quam ubi ventriculi inflammatio imminet .

Scholion.

Imminet ventriculi inflammatio in omni febri acuta , præsertim circa statum , ubi etiam superveniens certissime mortifera est . Ad eandem quoque inclinat post gravem animi excandescentiam , item si frigidissima potio corpori sudore diffluentis ingesta fuit ; aut , si retrocessio variolarum , morbillorum , arthritidis , erysipelas , purpuræ , & aliorum symptomatum ex habitu corporis fuit . Quibus existentibus casibus , validum , non adeo magna dosi datum , purgans cito perimit , ventriculo , & intestinis post mortem inflammatis , vel sphacelo tactis inventis . Siquidem inflammatio , quæ est firmior sanguinis in valvis stalis , & quies , non facile , nisi vehementi spastica membranarum , per quas feruntur vasa , strictræ gignitur . Nam per venas compressas sanguis redire nescius firmiter subsistit , & nisi fiat mature discussio , in putredinem terminatur . Nunquam vero putredo gravius minatur periculum , ac si consistit in partibus nerveis , cuius generis sunt ventriculus cum intestinis , & membranæ cerebri , eo quod putrida illa corruptio fluidum mox nerveum inquinat , & citissime per omne membranarum , & nervorum genus propagatur . Unde uti spasmus , ita etiam putredo , tantummodo in parte quadam ventriculi existat , mox in universi corporis partes nerveas derivatur , atque tyrannidem suam exercet . Quamobrem non mirandum est , si ab exigua veneni , vel purgantis acrietis dosi , brevi admodum interjecta mors , mors sequatur , levi tantum sphacelatione in ventriculo , aut intestinis reperta . Ex quo apparet , quam caute agendum sit Medicis ejusmodi in casibus cum purgantibus , & quam facile mortem , citra omnem opinionem , inferre queant .

§. XXVII.

Spasmus ex purgante non modo intestinis inheret , sed & altius in reliquas nervoso-musculosas partes corporis penetrat ;

ex quo fit , ut ab ejus usu pulsus celerior , & elevatior evadat , cutis summa cum strictura quadam paullulum inarescat , facies detumescat , parcus urina emitatur , sæpiusque paresis , vel convulsio sequatur .

Scholion.

Febris naturam in spastica quadam , ea que universalis systemati vasculosi , & membranosi strictræ positam esse , supra jam tetigimus , & infra latius deducemus . Quare non mirum est , ad ventris dolores , tormina , & spasmos subinde mutacionem in pulsu , ut ad celeritatem inclinet , item cutis inhorrescentiam , sudorisque suppressionem fieri . Et ob hanc cautam accedit , ut exanthemata , & maxime purpura ad omnem alvi irritationem , præsertim torminosam , facile retrocedat , idque non sine periculo . Siquidem per strictroram-meatuum cuticularium residens ibi prava materia introvergit , inque ventriculi , vel intestinorum membranas transmittitur . Ex quo conficitur , quam periculose sit in omni febri , præsertim exanthematica , & ubi materia peccans per cutis habitum eliminanda est , alvum fortiter stimulare . Id quod etiam jam suo tempore antiqui Medici , præsertim Hippocrates Lib.de purgantibus ; item Celsus probe annotarunt ; qui nec unquam in febre tuta esse purgantia , memorie prodiuerunt . Ille enim libr.de purgantib. §. 4. inquit : Purgans dare non oportet , donec febris remiserit . Nihil purgandum , nam febris major fit , & calor revertitur ; & §. 5 purgans forte a febri forti correptis non est dandum . Verum si aliqui opus fuerit , infusum per clysterem exhibere potes , quotiescumque volueris . Denique quia purgantia ob spasmum , quem derivant in tunicas arteriarum , systolen harum celeriorem reddunt ; clarum fit , cur intermittentium paroxysmi cortice Peruviano suppressi , subinde fortiori purgante revocentur .

§. XXVIII.

Ubi dolores sunt , & sanguinis profusiones metuendæ , ibi purgantia magna & calamitates afferunt .

Scholion.

Hujus quidem assertionis ratio inventa non adeo difficilis est . Nam nusquam febris

bris dolor sine affecto genere nervoso est, nusquam hemorrhagia sine spastico partium musculosarum, & sine ingenti pulsus mutatione fit; ideo nihil pejus est, quam spasmos per purgantia, quæ termina carent, augere. In omnibus quidem a spastico morbis perpetuo utile est, alvum apertam servare, vel eam blande subducere, minime vero omnium per purgantia, sed potius per emollientes clysteres, & clementia laxativa id efficiendum est.

§. XXIX.

Plethoraicis, & more athletarum repletis, item impuris corporibus omni tempore a validiori cathartico ingens periculum imminet.

Scholion.

Nullum corpus tam subitis afflictionibus obnoxium est, præter illud, in quo sanguinis, & seri, præsertim impuri, copia redundat. Evidem quamdiu humorum, etiam peccantium libera, & æqualis per vasa progressio est, tamdiu non facile quis morbo afficitur. Simul ac vero hæc ipsa, quod maxime fit per spasmos, turbatur, protinus gravia imminent mala. Intercepto enim sanguinis per stricturas libero motu, impetus, & copia ejus ad alia loca transfertur, ubi nimium congestus, & stagnans difficultia minatur mala, quæ eo certius sequuntur, quo majori pars iam tum imbecillitate quadam laborat. Ab ejusmodi congestionibus in gravidis facile fiunt abortus, in senibus lethargi, apoplexia, peripneumonia, viscerum infarctus, & ex hisce haemorrhoides cæcæ, vel nictæ, febres lentæ, marasmi, abdominis tumorres. Igitur in plethorico, & cacochymico corpore ab omni valida medicina, & maxime ab emetica, & purgativa, maximopere cavendum esse, perpetua regula practica est. Nunquam enim utile, corruptos humores fortiter commovere, sed blande eos ducere oportet. Multum hac in re mihi placuit constans Eugaleni, optimi scriptoris, de scorbuto observatio, qua affirmat, semper scorbuticos purgantibus pessime se habuisse.

§. XXX.

Omnia drastica purgantia vires valde stringere, res haud dubiæ experientia est;

Tom. II.

ideoque ubi vires jam fractæ, & corpora debilia in morbis sunt, plurimum periculi habent.

Scholion.

Quare a purgantibus adeo debilitentur homines, si ratio investiganda erit, certe non copia dejectionum sola accusari poterit, utpote ab aquis mineralibus, v.g. thermis Carolinæ, ab infuso mannae copiosius dato saepè viginti, & ultra sedes, citra ullum virium, vel appetitus decrementum, moventur; sed potius præter spasticas illas, & convulsivas stricturas, quibus genus nervosum affligitur, etiam ipsa substantia purgantis, tanquam naturæ valde insensa, & virium destructrix culpanda venit. Est enim in omni fere purgante nauseabundus quidam sapor, & odor, de peregrini sulphuris, & salis volatilis miscela testimonium edens: atque adeo nihil dubii est, quin ex purgantibus vapor adversus volatilis, dum nervosis partibus secederiter insinuat, fluidum purissimum, quod solidis robur, & vires scenerat, validissime contaminet, ejus crabin & motum destruendo, unde virium fit dejectio. Ex quo clarissimus detestabilis purgantium in malignis, in senibus, & omnibus infirmis, cacochymicis, infantibus quoque, & a morbo precedente, vel a gravi aliquo animi affectu fractis abusus appetat.

C A P U T VI.

De virulenta mercurialiam noxa, seu gravium malorum causa.

§. I.

In eorum classem, quæ magna facultate nocendi, abusu accidente, instruunt, ex mineralium regno maxime, quæ ex argento vivo prodeunt, recensenda esse existimo.

Scholion.

Peritiores non sine ratione mercurialia in heroicorum remediorum numerum retulerunt, eo quod ejus indolis, ac virtutis sint, ut eorum providus usus valde prodest, abusus vero validissime obesse possit;

I id est.

ideoque in manu imperiti tanquam gladius
in manu furiosi sint.

§. II.

Medicamenta mercurialia sunt remedia,
validiora arte ex argento vivo additione
saliū parata, quæ maxime glandulas af-
ficiunt, vehementique harum strictura lym-
phæ motum promovent, corrosiva vero
reddita propter spasmos, quos in partibus
nervosis excitant, violentos veneni vim,
& naturam induunt.

§. III.

Argentum vivum nullam in corpus hu-
manum exerit operationem, nisi prius fuerit
solutum, & fluidum redditum.

Scholion.

Argentum vivum ingenti copia cum ju-
sculis oleolis haustum, non raro in despe-
rato affectu iliaco divinam, testantibus
observationibus, præbuit opem, dum so-
lo pondere convoluta inter se intestina,
vel facibus induratis obessa expedit, id-
que sine ulla noxa. Nam quia pondere ce-
leriter intestina transit, nec diu ibi mo-
ram nequit, sed citius alvo effluit, inno-
xiū est. Deinde mercurius currens diffi-
culter admodum a salino quodam, nisi is
valde corrosivus sit, liquore dissolvitur,
qualis primis in viis rarius continetur.
Quod vero metallica operationis in corpo-
re humano expertia sint, nisi fuerint solu-
ta, ratio videtur non longinquius quæren-
da. Præcipua siquidem in corpore nostro
mutatio a motu partium solidarum in flu-
idas proficitur. Si quid igitur solidorum
motum augere, vel imminuere, aut alia
ratione mutare debet, necesse est, ut im-
mediato contacetu ea afficiat. Id vero fieri
nequit, nisi in eorum poros altius fese insi-
nuet. Quemadmodum vero id fieri possit
sine summa subtilitate, & exiguitate par-
tium, & sine vehiculo fluidi, ego quidem
non capio. Cum vero solutio corporis ni-
hil aliud sit, quam ejus in minimas partes
per liquidum quoddam redactio, facile ap-
paret, corpora firmioris compagis, ut
sunt metalla, non aliter, nisi in minimas
partes redacta, & soluta fuerit, mutatio-
nem in corporibus animantium efficere
posse.

§. IV.

Omnis generis salia in argentum vivum
agunt, idque tandem solvunt.

Scholion.

Menstruis corrosivis, ut sunt spiritus sa-
lis concentratus, spiritus nitri, aqua for-
tis, promptissime solvi mercurium, vel
chymieorum vulgo est compertum. Lixi-
viola vero, & solutum sal ammoniacum,
item sal commune, aliaque cum mercurio
cocta eum ex parte dissolvere, forsan non
adeo notum est. Quin etiam sola aqua
communis propter subtilissimum illud uni-
versale, in poris ejus residens sal tandem,
coctione diutius instituta, ex argento vi-
vo partes abradit, unde hoc decoctum ad
luis venereæ virus, item ad verminosam
progeniem expellendam, in praxi non
ignotum est.

§. V.

Promptius adhuc solutio mercurii cum
salibus perficitur, si is in pulverem prius
attenuatus fuerit.

Scholion.

Currentem mercurium propter politam,
& globosam figuram paulo difficulter men-
strua aggrediuntur, facilis vero id fit, si
chymicis artificiis in pulverem, ut mol-
tas superficies adquirat, redactus fuerit.
Quare si mercurius dulcis, vel precipita-
tus albus, aut ruber, aut minerale turpe-
thum, cum sale ammoniaco, vel sale tar-
tari mixtum ex aqua coquitur, protinus
solutio valde corrosiva, fauces constrain-
gens, coloris grisei evadit, quod tam su-
bito non fit, si experimentum cum mercurio
currente tentetur.

§. VI.

Mercurius salium additione solutus vi-
rulentam, & corrosivam naturam plene,
atque exacte induit, adeo, ut, quo magis
fuerit a salibus solutus, & concentratus,
eo potentius venenum fiat.

Scholion.

Manifestum exemplum præbet mer-
curius ille vulgaris sublimatus, venenum
valde infame, qui ad grana decem intus
sumtus interimendi facultate pollet. Et
quamvis non adeo plura in medicorum mo-
numentis veneno hoc interectorum pro-
stent exempla, cum beneficio parrando
pro-

propter corrosivum saporem plane inidoneum sit, eo tamē major numerus observationum colligi potest, ubi remedia mercurialia non rite parata, vel administrata gravissima, & venenis similia symptomata intulerunt, siquidem a mercurio dulci non legitime parato, sed adhuc corrosivo sāpius truculenta symptomata orta legimus. Placet vero hic insinuare symptomata, quæ a mercurii vere corrosivi sublimatis granis duodecim infanti annorum vix duorum exhibitis funesta fuerunt, historiam describente *Cl. Wedelio in Differ. de mercurio dulci pag. 22.* assumto pharmaco mox fudor anxius exsurgebat, hinc vomitus pituitosus, mox repetitus cum mero sanguine, hinc strepitus pectoris, rauco, insequente morte eodem die hor. V. a meridie, frustra non uno medicamento porrecto. Aperto & lustrato cadavere, deprehensi fuere ungues digitorum, & manus ipsæ fuscae, totum abdomen tumefactum, colore ex viridi cœruleo, os plenum vesiculis, & pustulis albis, cavitas ventris distensa intestinis inflatis, effluente mox ab apertione aqua insigniter flava, quæ eodem colore, & prosectoris manus, & officium interius ventriculi, & intestina, maxime colon, impense tinxit; sinistro latere ventriculus a superiori corrosus, non nisi exigua adhuc membrana quasi vesiculari perlante. Atque etiam plura nobis sunt nota exempla, ab Azoth Heslingii, ab arcano corallino, turpetho minerali, in majori dosi oblati, & non bene edulcoratis atrocissima mortina cum vomitu, alvi dejectione, præcordiorum anxietate, & spasmo internarum partium producta.

§. VII.

Mercurialia veri caustici, & constringentis veneni vim, & naturam emulari, ex aliis communibus veneni notis judicandum est.

Scholion.

Primo enim mole non admodum magna celerrime operationes suas exequuntur, vel etiam necant. Deinde acrimonia penetranti non modo in ventriculum, & intestina, sed & in omnes corporis membranas nervas graffantur, & vehementissimis spasmis lœva symptomata, quæ a venenis proficiunt solent, inque primis viis inflammata-

tionem sphacelosam lethalem inferunt. Tum corrosiva mercurialium acrimonia in salivationis actu ex faucium ulcuseulis, ex doloribus, & exulcerationibus, quæ excitat, vel jam præsentes exacerbat, comode evinci potest.

§. VIII.

Argentum vivum non secus, ac aliud venenum ob penetrantem suam vim intima corporis subit, & non modo nervosas partes petit, sed propria, & quasi peculiart ratione glandulas faecium afficit, & salivalem laticem copiose ex iis elicit.

Scholion.

Illud maxime proprium, & quasi peculiare habet mercuriale venenum, quod precipue fauces cum larynge, linguam, & dentes afficiat, utrū externe tantum nervosis pedum plantis, vel articulis cum unguento fuerit illum; inde fit, ut lingua cum amygdalis intumescat, fauces aphthis obsideantur, continuum salivæ, cum foratore interdum, fiat stillicidium, gingivæ flaccescant, dentibus mobilibus, & nigricantibus redditis. Vidimus quoque unguentum mercuriale, ex impura venere ortis bubonibus inunctum, brevi tempore salivationem concitasse, quod & a solo pulvere mercuriali exulceratæ parti insperso evenit. Sāpius expertus sum, inquit *Hildanus Cent. 3. Obs. 92.* a mercurio vivo, vel ejus pulvere ulceribus in corporibus tenellis insperso, protinus eos de dolore dentium, & gingivarum inflammatione conquestos fuisse. Atque etiam *Job. Langius lib. 1. ep. 47.* refert, le crebrius expertum esse, cum lordidis in genis, ac juxta alas ulceribus mercurii præcipitati pulverem paulo frequentius inspergeret, illius virus cæteris membris illâsis ad dentes penetrasse, & os ac pharyngem diurno nocturnoque salivâ effluxu maduisse.

§. IX.

Sicut ex venenis caustica, & ex evacuantibus acriora, & drasticæ membranarum nervearum vehementiori constrictione, & spasmo suas perficiunt operationes, & molestissima subinde symptomata excitant: ita etiam eodem modo mercurialia in corpus nostrum vim suam exerere, plura argumento esse possunt.

Scholion.

Ingens illud salivæ profluviū, quod mercurialis, intus data, vel extrinsecus innuita, peculiari, ac propemodum propria quadam ratione movent, non aliunde derivari videtur, quam quod mercurius, salibus præsertim armatus, maxime glandulas, quæ ex pluribus membranis nerveis & valvis invicem convolutis contextæ sunt, aggrediatur, & fortiori fibrarum nervearum strictura modo lymphæ per universum lymphaticorum vasorum systema motum augeat, modo ex glandulis potissimum conglomeratis, eius generis sunt salivales, fortiori compressione facta in copia salivalem laticem elicit. Cui excretioni sanguinis per venas glandularum compressas regressus impeditio multum velificatur. Præterea medicina mercurialis glandulas quoque ventriculi, & intestinales, imo pancreaticas maxime omnium lacesse videtur, dum a paulo acriori, & caustico sumto mercuriali remedio subinde per vomitum, & dejectiones alvinas non sine anxietate, ac tormentibus ventris ingens pituitæ viscidæ cōpia elicetur, & non raro ad aliquot dies alvus fluida cum stimulo, & irritatione quadam interna permanet. Si vero copiosus, ac diutius saliva fluit, venter adstringitur, urina pauca, ac tenuis profluit, & partes extremae refrigerant, manifesto documento, quod constrictis alijs emanctoriis ipsaque curc, excrementitiae sordes, undique ad glandulas faecium, & palati cum impetu confluant, quarum vasa nimium distenta, & a salibus quoque excrementitiis erosa non modo ingentem salivæ, ac pituitæ viscidæ, corruptæ, ac scœrida effluxum causantur, sed & tumores, exulcerationes, dentium vacillationes, putredines pariunt. Quibus molestis symptomatis non meliori ratione occurritur, ac si humorum impetum a faecibus ad excretoria relaxata, & aperta deriveremus, & per temperata constringentia, & balsamica uberiorem in faecibus effluxum præpediamus.

§. X.

Truculenta, & lethalia symptomata a veneno mercuriali excitata partim vehementiori humorum motui ad caput, par-

tim etiam inflammationi, & vehementi spasmio primarum viarum in acceptis ferenda esse videntur.

Scholion.

Prioris effectus exemplum poterit esse, & epilepsia, & apoplexia, quæ interdum mercurialium usum tristissimo eventu subsequitur. Vidimus a granis sex mercurii dulcis, binis vicibus in corpore replete sumptis, postquam ab ejus usu intenso frigori ræger se exposuit, subito apoplexiæ lethalem obortam. Vidimus ab aqua mercurii sublimati largiori dosi data summas diaphragmatis cum anxietate constrictiones, inquietudinem, corporis jactationem, delirium, & convulsiones, & posterio die mortem fecutam, ventriculo in dissectione cadaveris inflammato reperto. Quæ mala utique a vehementi generis nervosi strictura potissimum derivâda videntur.

§. XI.

Quum argentum vivum in se innocens, & niglius fere operationis, & pro additione demum saluum vim suam, & virulentiam acquirat, atque multa diversi generis salia in corpore humano reperiantur: non mirandum est, a mercurialibus, vel extra per unguentum applicatis, vel intus in pulvere insipido datis vehementem esse. Cum observari.

Scholion.

Corporis humani naturam prorsus salium genitricem esse, sudor, urina, & alvina excrements, salis admodum foecunda eorum, qui continenter insipidis plane alimentis utuntur, satis abundeque demonstrant. Neque vero unius ejusdemque salia illa microcosmica, sed omnino dissidentis sunt indolis, idque maxime pro conditione locorum, quibus insidunt. Ventriculus maxime omnium acidos, & ponticos humores sovet, & continet, qui in statu præter naturam, ut in hypochondriacis, quartanariis, & qui alvi sunt durioris, item in senibus, & otio redditis manifestius se produnt. Intestina secundum naturam magis alunt humores, qui ad alcalinam indolem vergunt, præsterim, si copiosa bilis, alcalinæ, & sulphureæ naturæ, influat, & acidi in ventriculo minor adsit quantitas. Serum vero sanguinis in valvis contentum manifestam ad sensum quo-

quoque acrimoniam salinam mediū generis, & sali ammoniacō simulām habet. Igitur mercuriale remedium ubi vis invenit salia, quibus si associetur, non caret effectu, & operatione. Quoniam vero in quibusdam morbis ob deficientes excretiones, & copia, & acrimonia salium augetur, ut in arthritide, scorbuto, podagra, scabie, & quibusdam intermittentibus febribus, non mirum est, mercurium corrosivum inde redditum admodum fieri perniciōsum.

§. XII.

Igitur mercurialia neque interne, neque externe convenient, ubi succorum magna est impuritas, & dyscrasia salino sulphurea, ut in scorbuto, arthritide, & qui a salibus nascuntur, morbis.

Scholion.

Notissimum in praxi medica est, quod mercurialia dextre adhibita præstantissimam sæpe opem ferant, interdum vero pessimam, & molestissimam producant symptomata. Hujus diversa operationis ratio, si medicamenti præparatio alias commoda fuerit, & nullus in ægrotante error accelererit, in dispositione corporis humani ejusque humoribus unice quærenda videtur. Et quoniam hæc rarius a medicis minus attenditur, utique sit, ut hæc medicamenta sæpius infida, & insecura sint. Ego sæpius ab aliquot granis mercurii dulcis, in quarta na, vel etiam tertiana exhibitis, gravem & vix coercibilem salivationem observavi, id quod etiam confirmat Harderus obs. 43. p. 192. qui granis quindecim mercurii dulcis in sexagenario quartana laborante prælismuro excitavit. Aliis vero quartana laborantibus pulverem meum antiquartanarium, qui describitur in *Diff. de felici quartana curatione*, felicissimo cum successu dedi, ea tamen cautione, ut ante ejus usum acidæ, & corrosivæ, biliosæ, & viscidæ fordes convenienti medicina correcte, & expurgatae fuerint. Quare non mirum videatur, si alii, idem remedii genus tentantibus, quando hæc non observant, non exoptatus successus obveniat. Quam noxia a mercurio suscitata salivatio hypochondriaco fuerit, id satis ex Dec. 1. ann. 1. obs. 80. *Misc. Nat. Cur.* edocemur. Mercuriale inunctionem arthriticis corporibus valde

Tom. II.

noxiam fuisse, auctor est *Hildanus Cent. 4. obs. 81. Scorbutici, & cacochymici ab aliquot mercurii dulcis granis aliquot mox sedes experiuntur*, quod non sit in sanis corporibus. A turpetho minerali tormina, & anxietates *Hellwichius in Misc. Cur. Dec. 3. ann. 8. obs. 7. spectavit*. Idem turpethum minerale ad granum unum quotidie in pilulis cum extractis virginis cacheoticæ ex mensium suppressione quidam ex nostris Practicis dedit, idque per tres septimanas continuavit, quæ inde in intolerabiles artuum dolores, & mali moris exulcerationes, in pedum malleolis orientes, in contracturam brachii, & atrophiam incidit. Quæ mala quum a mercurialibus sumtis in dies crescent, quidam medici morbum a lue venerea ortum esse existimarent. Tandem vero his omnibus remotis decocta ex solis emollientibus parata, item balnea, & diaphoretica medicamenta depellebant hæc mala, & integræ sanitati ægram restituabant. Legimus præterea in observationibus, quod a solo mercurio dulci bene præparato, & gravia symptomata, & mors sequuta fuerint, quem funestum effectum non tam soli mercurio, quam potius prævæ humorum in primis viis dispositioni adscribendum esse arbitramur. Legitur notabilis historia de mercurio dulci pulvrisato, anno 1702. Quedlimburgi typis mandata, ubi adolescens quindecim annorum sanus sumvit quindecim grana mercurii dulcis bene præparati pro una dosi; sequutus fuit vomitus, anxietas, tremor manuum, ac pedum, inquietudo corporis jactatio, contractura manuum, & sexto die mors. *Miscellanea Nat. Cur.* referunt, quandam errore inductum sumisse unciam semis mercurii dulcis bene præparati, qui intra viginti quatuor horas extinxerit. Retulit etiam nobis celebris Practicus, D.D. NABOTH, Lips. fœminam scorbuticam ab assumto mercurio præcipitato, quem empiricus aliquot diebus ad sex grana cum paucō potu obtulit, horrendis spasmis fuisse affectam, & mortuam. Sectione facta plures maculae rubrae in fundo ventriculi, duodeno, & jejunio reperta fuerint; ventriculus tumefactus, portio vero jejunii arcuissime constricta fuit.

I 3

§. XIII.

§. XIII.

Quemadmodum vero nunquam, si prima regio sordibus, & cruditatibus acidobiliosis, & viscidis conferta est, medicamenta ex mercurio parata exhibere oportet: ita multo magis id tenendum est in infantibus teneræ etatis, & ubi ventriculus, atque intestina ex lacte corrupto humoribus corrosivis, ac viridi colore tinctis infarcta sunt.

Scholion.

Ex duplice causa infantibus tenellis, & lactentibus infensissima sunt hæc remediorum genera. Primo, quia mercurius, præsertim in pulvere, ob gravitatem suam intestinorum plicis, & valvulis firmius inhaerens, a corrosivis ibi contentis humoribus virulentam facile naturam induit. Eximium profecto est monitum, quod Clarissimus Professor Erfurtensis VESTI in *Dissert. de usu, & abusu medicamentorum mercurialium* propositus, dum ait: *per accidens fit, ut mercurius dulcis in venenum abeat, si scilicet ab imperitis datur, non considerato prius, an cruditates acidæ ad sint, his enim accedentibus mercurius dulcis fit corrosivus, & interiores corporis partes, ut ossa, nervos, &c. corrodit; quandoque etiam gangrenam, & sphacelum in intestinis cauſatur, quo tandem ægrotans morbo succumbat.* Deinde mercurialis, ut omnia veherentia, infesta admodum sunt huic etati propter teneritudinem, & imbecillitatem generis nervosi, quod ad spasmos, & convulsiones subeundas valde proclive est. Quare Willisius *de anima brutorum* c. 9. de *paralyſi* hortatur, ut omnes, qui cerebro debili laborant, aut motibus *convulsivis* obnoxii sunt, mercurialibus abstineant: & Glauberus *Part. 2. Furni philosophici* 38. pag. 82. valde dissuadet infantibus mercurium dulcem paulo majori dosi dandum, quia debilitatem, & membrorum infirmitatem adferat. Et Cl. Dolæus in *Encyclopediæ cap. 15. de lue venerea a mercurio dulci convulsiones, & epileptica symptomata* in Principe Nassovico observavit; item Cl. Wedelius in *Dissert. de mercurio dulci* identidem hoc medicamentum infantili etati ob teneritudinem inimicum judicat. Longe vero magis inunctio mercurialis te-

neris infantibus adversa est. Qua de re legi meretur *Miscell. Curios. Decis. 2. A. 4. Obs. 16.* ubi gemelli dimidium annum nati, unguento mercuriali inuncti, eodem die convolutionibus epilepticis prius correpti miserere perierunt.

§. XIV.

Longe vero major noxa ab inunctione mercuriali in corpore impuro, & non bene prius præparato, quam ab intro sumto mercuriali remedio extimescenda est.

Scholion.

Innumera certe prostant in medicorum monumentis memorie consignata exempla, ubi pessime inunctio mercurialis, vel ejus suffumigatio cessit, & subinde lethifera fuit, sed pauca saltem adduxisse sufficerit. *Dolæus Epist. 3. ad Waldschmidium* historiam narrat de ulceribus fauorum lethalibus, ab unguento mercuriali inductis, quod etiam confirmare videtur *Lanzonius in Miscell. Curios. Decis. 3. An. 11. Obsr. 38.* Quinetiam ex improvida inunctione mercurii mortem secutam esse, *Hildanus Cent. 3. Observ. 92.* testatur. Ita quoque *Montanus Consil. 62.* ab eadem epilepiam, & mortem lecutram notavit. Et scitu dignam hic referre licet historiam, quam ante aliquot annos Berolini notavi, cum pestis in vicinia grassaretur. Civis hujus urbis primarius amuletum, quod argentum vivum capiebat, præservationis causa cordis scrobiculo imposuit, quod pedetentim ex poris corii, cui inclusum erat, prosciiliens cutis meatibus se insinuavit, ita, ut juxta inguina currens mercurius digicis exprimi potuerit. Perquam diu hunc virum inappetentia, virium languor, motus impotentia cum tremore artuum, & facie decolorata tenebat, donec tandem præstantissimis remediis ad sanitatem fuerit perductus. Studiosus quoque hic loci tenerioris constitutionis ante annum mercurium ex fracto barometro manibus exceptit, eumque diutius in earum volvis facta attritione versavit, idque aliquoties repetit; postero die præter omnium opinionem lipothyiaz, quas artuum tractiones sequebantur, urgebant, diuque adhaesit artuum imbecillitas facie que plane livida, ac pallida. *Cl. Ramaz.*
zini

zini de morbis artificum Cap. 2. pag. 28. refert, juvenem inauratorem, postquam per duos menses decubuisse, tandem mortuum esse, qui a fumo mercurii cacheicum habitum primo contraxit, postea facies illi facta est livida, & cadaverosa, oculi turgidi, gravis anhelitus, mentis stupor, totius corporis torpor, cui graveolentia ulceræ in ore suborta sunt, e quibus sanies teterimæ magna in copia continuo stillabant. Mercurium vero soris illitum majorem noxam creare, ac si introsumtus fuerit, hæc videtur ratio, quod primis in viis sepius multum ab occurrentibus humoribus infringatur, aut etiam per vomitum, aut secessum citius eliminatur; secus accidit, quando salva sua texitura, sese insinuat poris cutis, cui salinis foribus immixtus diutius inhærens, facilius vim suam deleteriam cum reliquis nervosis corporis partibus communicat.

§. XV.

Cum tanta symptomatum sævitia minus caute adhibitorum mercurialium usum excipiat, omni utique cura, & opera eo intendum est, ut & individui, & morbi, & regiminis in usurpando hoc auxiliū generatio habeatur.

Scholion.

Primo nunquam corporibus infirmis, sanguine, vel succis impuris abundantibus, senibus, infantibus, & qui præcedente morbo, gravi animi motu, vel immodica excretione vires amiserunt, mercurialia adhibere oportet. Deinde scorbutici, hypochondriaci, arthritici, cachectici maximopere sibi ab horum uso caueant, & ubi genus nervosum spasmis valde lacestur. Tum si salivatio mercurialis movenda est, tenenda sunt hæ observationes. Si plethora est, missione sanguinis solvenda, si cruditas in primis viis, corrigitibus, & commodis evacuantibus ea est removenda; deinde balneis, & decoctis temperatoribus lignorum humores fluxiles reddendi sunt, & corpus humectandum. Quod ad rationem victus attinet, omnia, quæ saltæ, & acidæ naturæ, sunt removenda, vinum vero ex toto circumcidendum. Tandem omnes arcere, & conclave temperate, &

æqualiter calidum habere oportet, quo perspiratio libera maneat. Postremo etiam videndum, ne mercurialibus medicamentis salia adscentur, præsertim quæ ad alcalinam, vel salis ammoniaci natram accedunt, siquidem si hæc ipsa invicem in mortario probe triturentur, vel quod pejus est, invicem coquantur, certissime mercuriale alias insons deleteriam induat naturam necesse est. Hac de re etiam eximium Cl. Wedelii *Dissert. de mercurio dulci*: in fine extat monitum, quod cum salibus neutris mercurius dulcis non temere sit maritandus, ne turbas majores in corpore excitet, & spicula nova redinduat.

C A P U T VII.

De venenis soporiferis.

§. I.

Soporifera græce dicuntur hypnotica, item anodyna, si valentioris sunt indolis, narcotica, seu stupefactiva vocantur, & sunt ea remediorum genera, quæ subtili, tetra, & naturæ inimica exhalatione, & morum, & sensum solidarum partium modo minuunt, modo plane stidunt.

Scholion.

In horum numero maxime eminent, quæ ex papaveris tota planta in usum medicum recipi solent, præcipue opium, quod a veteribus papaveris lacryma, vel meconium, quod papaveris extractum coctione factum est, vocatur. Ad stupefactiva vero, quæ valentioris sunt virtutis, omnia ex mandragora, hyoscyamo, solano, stramonio, datura, pertinent.

§. II.

Stupefactiva, & soporifera venenis non sine ratione annulerantur.

Scholion.

Celeriter enim, & exigua mole nocentes, paullo vero majori dosi necant. Deinde operationes soas præcipue in nobilissimas corporis nostri partes, quibus sensus, & motus inest, exferunt. Tum agunt elemendo naturæ plane infenso, tetro netape-

Sulphureo vapore, quo fibrarum motricium, & sensum, & motum minuant, vel plane etiam auferunt.

§. III.

Alia operatio est veneni caustici, alia stupefactivi. Illud sale penetrante acerimo motus præter naturam auget, & spasmus economiae motuum vitalium infensum est: hoc vapore sulphureo motus, & sensationes, quæ maxime in membranis nerveis vigent, sedat, vel sistit, atque ideo, & sanguinis circuitum languidorem, & excretiones segniores reddit.

Scholion.

Corporis humani vita ejusque functionum integritas in *duratione* solidorum, & fluidorum libero, & æquabili consistit. Illa sit per moderatam, & æquabilem eorum hystolen, & diastolen, sive constrictiōnem, & dilatationem; hic vero a convenienti sanguinis temperie, & quantitate, & meatibus apertis oritur. Quodcumque itaque potenter, & celeriter *duratione* illam solidorum destruit, & motum æquabilem fluidorum turbat, id omnibus functionibus corporis animati pervertendis aptum est, & si cum vehementia id fiat, recte venenum dicitur. Cum vero soporifera, & narcotica nimium motus hstant, & *duratione* solidis partibus inferant, & sensum imminuant, sanguinisque circulum cum excretionibus languidorem efficiant, utique naturæ admodum infensa existuant.

§. IV.

Haud dubia experientia constat, ab opatis, & narcoticis, præfertim immoderatis usurpati, pulsū languidum, depresso, ac parvum fieri, angustum, ac difficilem spirationem reddi, soporem, & torporem capitis, cum sensuum stupore, & mentis sāpe alienatione, inferri; denique appetentiā ciborum imminui, alvum adstringi, digestionem elangescere, & virium notabile enasci decrementum.

Scholion.

Quæ singula quidem symptomata vix alia ex causa, quam a sanguinis, & fluidorum tardiori progressu, atque stagnatione in partibus, proveniunt. Cum vero fluidorum motus unice a partium solidorum conditione, nempe tono, robore, mo-

tuque systoles, atque diastoles dependeat; liquido appareat, fluidum illud cerebri, siue spiritum animalem, qui solidorum motum regit, ac dirigit, primario ab hisce remedii præter naturam affici.

§. V.

Volatile, ac penetrantis admodum indolis, quo narcotica agunt, elementum est, quod altius membranarum, & nervorum poris instar vaporis fœse insinuans, purissimum illud, ac mobilissimum fluidum inquinando, tonum, ac motum solidis suffatur.

Scholion.

Fugacis, & penetrantis admodum naturæ elementum esse, quo vim suam narcotica exerunt, pluribus argumentis evinc potest. Primo enim fortis, & longa coctione instituta cum aqua, omnis pene eorum virulenta vis in aura dissipatur. Deinde in unguento, vel epithemate capiti, aut aliis locis nervosis, ut pedum plantis, vel manuum volvis, applicata, vel etiam tantum odore suscepita, soporem inferunt. Diocorides opium solo odoratu soporiferum esse affirmat, & Plutarchus in *Sympos. lib. 3. q. 1. p. 648* memorat, vaporem a papavere producentem, non caute observantibus iis, quæ succum collegerunt, homines subvertisse. Tum non rectius eorum virus castigari, quam acidis, ut succo cydoneorum, citri, aeeto vini, spiritu vitrioli, quæ volatile sulphur valide figunt, multiplici experientia chymica compertum est. Neque ignotum est, opium, lamina ignita tostum, privari sere penitus sua virtute. Graveolentis vero, & adversæ indolis omnia narcotica, & hypnotica, odore teste, exhalant vaporem, manifesto ingrati, quod alunt, sulphuris indicio.

§. VI.

Agunt maxime sulphure vaporoso, & graveolente in nervosas ventriculi, & intestinorum membranas.

Scholion.

Sicut omnem remediiorum vim, & efficaciam primo, & proxime ventriculus cum intestinis experitur; ita eo magis id circa validiora, & quæ penetrantiora sunt naturæ, medicamenta obtinet. Opium vel aliud narcoticum sumatum, quam pri-

primum calore & humido dissolvi incipit, tetros spargit vapores, quod dum nervosa membranae in poros suscipiunt, fluidum illud, a quo earum tonus & motus penderet, protinus amittit suam naturam. Hinc sensatio & motio quoque intestinorum peristaltica languidior fit. Nam si odor graveolens, hysteriarum exemplo, naribus susceptus, v.g. ex accensis plumis vel aia foetida, efferos motus in nervoso & membranoso systemate componendi tam presentem vim habet; si que suaveolens vapor mox vehementibus spasmis universam muscularum rem publicam pervertere potest; quidni etiam narcoticorum tetra exhalatio, fluidum celerrimæ activitatis inquinando, motus sistere vel sofflaminare poterit. Celerrima vero est harum, quæ in nervos agunt, rerum efficacia, quod mox per universum nervorum systema dispergitur. Opiatum, simul ac fuerit assutum, atque adhuc in ventriculo hæret, mox inclinationem ad somnum & dolorum levamen in dissipatis etiam partibus infert. Exserunt vero maxime omnium opista suam efficaciam in nervos, unde in momento atrocitas dolorum, qui intestina rorquere confuerunt, se se remittit: nausea vero & ciborum fastidium, interdum etiam, ubi satis virium est, vomitio sequitur.

§. VII.

Agunt etiam potenter narcotica in membranas cerebri, ubi arteriarum, quæ tenuissimis tunicis vestita sunt, elaterem & systolen valde minuendo, sanguinis ibi stagnationes & vasorum capitis distensiones efficiunt, ita ut corporem, somnolentiam, mentem alienatam, insomnia terroris & phantasmatum plena causentur.

Scholion.

Neque ullum aliud quid in rerum natura tam celeriter sanum, & intelligentem hominem stolidum, & stupidum reddere potest, quam narcoticum. De datura res est notissima, de solano furioso ejusque baccis, quod sanos subito maniacos reddit, plures prostant observationes, quæ legi possunt apud Matthiolum Comment. in Dicorid. l.4. c.69. item Wierum de præstigiis demonum lib. 3. c. 17. Mercuriale lib. 1. de-

venenis cap. 13. Lobelium in adversariis stirpium pag. 103. Et quæ nostra est observatio, medicina, quæ seminis hyoscyami largiore portionem habebat, liberalius ex incuria assumita, hæmoptycus aliquot dies vigilans omnisque memorie & sensus experserat. Simile quidpiam ex pilulis de cynoglossa largiori dosi summis ad compescendam vomitionem annotavimus. Quin immo hyoscyamum exterius applicatum ad insaniam hominem redigere posse, ex Rondeletii fide Platerus prax. T. A. e. 3. recenset. Qui pessimus horum medicamentorum effectus neque veteribus incognitus fuit. Hinc Cælius Aurelianus lib. 1. c. 4. inquit: facile mente alienantur, qui papaver aut mandragoram aut hyoscyamum bibunt, sed tunc pulsus est rarus. De opio vero rectissime Helmontius lib. de Lithiasi sentit: errant insigniter, qui maniam opiatis compescere satagunt, cum omne opiatum sit in se amens. Et lib. Retorta p. 82. Narcotica vix somnum conciliant amentibus quadruplica dosi, sed amentiam insuper augent. Spectat huc quoque obs. 78. Dec. 11. M.N.C. ubi dysentericus, injecto enemante ex hyoscyami libra una, statim temulentus factus, & in eo statu per sex septimanas permanisse legitur.

§. VIII.

Ob vim deleteriam stupefactiva antiquis & sapientioribus medicis valde semper fuerunt suspecta in sanandis morbis.

Scholion.

Placet in hujus rei confirmationem quædam ex innumeris testimonias adducere. Galenus in opio exhibendo semper fuit timidissimus. *O lib. 3. de medicamentorum composit. cap. 10.* scribit; Corpora viventia ab omnium ex opio, hyoscyamo *O* mandragora compositorum usu mortificationis simile: quippiam patiuntur. Hunc sequitur Celsius, pulcherimus ille auctor, lib. 3. c. 18. iter pronunciavit: Si medicamentis somnus obcessendus, necessaria habet moderationem, ne quem obdormire volumus, excitare possemus non possumus. Et lib. 9. cap. 25. anodynis uti, nisi nimia necessitas uget, aliamque est. Sunt enim ex vehementibus medicamentis *O* stomacho alienis. Pejora vero sunt, quæ recenseret phænomena Scribonianæ Lan-

gus Composit. 108. cap. 48. Opium potum facit capitis gravitatem, gelationem & livorem artuum sudoresque frigidos manare, præterea spirationem impedit, mentem soporat, sensus alienat. Trallianus quoque Lib. 3. cap. 5. memorat, quendam solo usu opii vocem & sensum amississe, ut non potuerit amplius restituiri. Neque reticendus est Aetius, qui optime noxas ab opiatibus Serm. 12. p. 221. describit, dum ait: *Opiata nequaquam affectiones ipsas, in quibus dolores fiunt, curant, verum stuporem & sensus hebetationem membris induendo quietem quandam doloribus obducunt.* Et id ipsum ulterius lib. 9. pag. 102. idem auctor confirmat: *sedant confestim dolores, causam vero intus reservant, & aut paulo post animi deliquium inferunt & mortem, aut diuturnos & indissolubiles affectus reddunt.* Ac profecto hi effectus tam celeres & noxii, quos omnis ætatis medicina summis somniferis annotarunt, non sunt nihil profus habendi, sed potius de principio intus latente valde activo & ad nocendum potente præbent testimonium. Quo magis medici circumspectissime cum hisce remediiorum generibus agere debent.

S. IX.

Utut hisce medicamentis multum noxæ & periculi subsit, adeo, ut non longe a veneni natura recedant: tamen omni tempore magnum præsidium in anodynis, hypnoticis adversus graves præfertim dolores & fluxiones tum antiqui tum recentiores quæsiverunt.

Scholion.

Quid enim dulcius & jucundius est, quam adolorum tormentis atrocibus liberari. Accedit, quod ea sæpe dolorum sit indoles, ut, si diutius durent, vires animi & corporis frangendo, morbum alias benignum lethalem efficiant, veletiam ipsi soli mortem accersant. Quicunque itaque hos tollere & tanta pericula avertere scit, is profecto egregiam & fere divinam misericordiam & solamen ad fert. Quare si vetustissimas medicamentorum compositiones spectemus, quas maxime congregavit Scribonius Largus, item Celsus, plura ibi contra dolores & fluxiones antidota reperimus, quæ fere, ceu basin,

pium recipiunt. Exemplo possunt esse celebratissimum illud Cassii antidotum, descriptum a Scribonio Largo Composit. 120, cuius etiam meminit Celsus lib. 6. cap. 14. pag. 239. Porro theriaca, mithridatum, aurea Alexandrina, requies Nicolai, triphera magna Nicolai, Philonium; a recentioribus autem sere infinite præparations, correctiones opii, & ex hoc adornatae compositiones prostant, ut volumen iis enarrandis vix sufficeret. Sunt, qui ceu universale, omnium morborum curacionibus idoneum opium celebrant. Sunt, qui panaceas ex eo eliciunt; sed profecto validissime optandum esset, ut quidam ex medicis celebrioribus inde prædicandis hujus remedii laudibus parciores fuissent. Neque enim ulla medicina tam impune opprimit & necavit homines, quam hæc ipsa, nostris prælerti temporibus. Meretur hac de re legi Cl. Stahlii *Dissert. de impostura opii.* Ego hoc loco præterire nequo, quod nostris temporibus nimium invalefecat mos, nimias haemorrhagias vel etiam dolores compescendi gratia pilulis de cynoglossa utendi, quæ tamen, quum habeant & opium & semen hyoscyami, & ingentem capitum stuporem sèpius relinquant, cautissime omnino adhibenda sunt. Neque unquam, ubi mitiora rem expedire possunt, ea dare oportet, sed tamen hac cautione, ne corpus valde viribus dejectum sit.

S. X.

Omnia, quæ stuporem inferunt, inventriculi & intestinorum vitiis cautissime vel nunquam offerre oportet, quia nec ullum remedii genus tam inimicum naturali tono, & motui partium nervosatum est, eumque lædit, quam ejusmodi auxiliū genus.

Scholion.

Ad valetudinem tuendam & ægritudines corpore arcendas nihil æque juvat, ac tonum, robur, & motum primarum, ut vocant, viarum custodire incolorem, eo quod saluberrima illa per alvum excretio, qua modo sordes, quæ ex digestione remanent, modo quæ ex univerlo corpore huc confluent, expurgantur, ab hoc ipso maxime dependeat. Ea itaque segnore fa-

Ita, vel penitus intercepta, ingens vitiorum humorum ibi collecta colluvies, & dare & sovere morbos consuevit. Nihil vero tam repente intestinorum peristalticum motum minuit & intestinalem excretionem suppressit, quam sedativum & anodynum, ipsa testante experientia. Nam sicut omnia remedia, ita etiam validiora, & quæ motum sistunt, in ventriculum & intestina primum & primario suam exercunt efficaciam.

§. XI.

Res periculi plenissima est, ubi ventriculus, & intestina ad inflammationem & sphacelum inclinant, vel ubi magna humorum in corruptionem prona impuritas est, opiate & anodyna propinare.

Scholion.

Safin & quietem sanguinis firmam in vasis, quæ inflammationis productrix est, nisi opportune discutiatur, in sphacelosam putredinem abire, extra dubitationem est positum. Quandocunque itaque atroces has partes exercent dolores vel spasmi, corporaque sunt infirma vel impura certe haud parvum imminentis inflammationis est periculum. Prudentis itaque est, in dysenteria, in passione iliaca, colica spasmodica & atroci cardiacgia, probe & vires & grotantium & tempora morbi atque humorum dispositionem intueri, si sedativa exhibere velimus: alias, loco exoptati solaminis, mortem accersimus. Ita legimus apud probata fidei auctores, ab opiatibus per os assumitis, vel per elyserem infusis, lethalia mox symptomata exorta fuisse. vid. Thonnerus in observat. lib. 3. c. 5 Waldschmidius in Dissert. de noxa opii, Tillinius de Opio pag. 46. Sennertus lib. 6. Praceps p. 3. cap. 1 st. Marcellus Donatus in historiis medicis mirabilibus.

§. XII.

Quum sedativa & stupefacentia tantam vim robori intestinorum inferant, ut illud labefactent & tantum non penitus revertant: ideo nihil & producendæ & vendæ hypochondriacæ passioni tam opportunum est, quam crebrior horum mendicamentorum usus.

Scholion.

Morbum, qui dicitur vulgo hypochondriacus, ex continuis inflationibus & spasmis ventriculi & intestinorum canalis plane nervei fieri, cumque excretionis alvinæ suppressæ, & inde ingentis vitiosorum humorum congestionis obortæ produtum esse, certissimum est. Cum vero hæc remediorum genera alvo cohibenda ad modum sint dicata, vim & robur intestinorum minendo, quid illi exitiosius in hoc morbo excogitari possit, ego quidem non video. Non semel, sed aliquoties, quod sancta fide testari possum, a solo immoderato stringentium opiatorum usu, in diarrhoeæ vel dysenteriæ fluxu coercendo, vel cohibendo intermittentium impetu, molestissimum hypochondriacum, quod in feminis hystericum dicitur, malum, & quod per omnem fere reliquam æratem homines misere exercevit, enatum animadvertis. Et si quis symptomatum, dolorum nempe in hac passione saevitiam paullo frequentius anodynus infringat, profecto ad tempus quidem allevamentum quodnam adserit, sed contumacia malum auget.

§. XIII.

Sunt etiam sedativa & maxime soporifera & stupefacentia admodum infensa capiti ejusque morbis, quia carotidum, que ex tenuissimis tunicis conflatae sunt, motum & pulsus languidiorem reddendo, valde tardum sanguinis per caput faciunt circuitum. Unde sanguinis ibi factæ stagnationes graves pariunt morbos.

Scholion.

Multum intereat, ut caput a morbis immune maneat, membranarum cerebri tonum & sanguinis circuitum per hoc ipsum integrum ac salvum custodire. Nihil vero praeter omne vaporosum, graveolens, & quod fortè spargit odorem, nervosis cerebri tunicis infestius est. Nam sicut inde earum tonus & robur, minuiturque vis illa arteriolarum systaltica & elastica, atque ideo tardior fit sanguinis per caput progressio, quam humoris serosi secessio sequitur, ex qua præcipui capitis morbi, ut paralysis, memoria abolitio, aphonia, auditus difficultas, affectus soporosi, hemiplegia, & dolores fixi suam trahunt originem. Vel etiam a vasorum cerebri nimia, ob infarctum sanguinis, distensione

melancholia, cui non raro phantasia plane corrupta, spectrorum visio, & insomnia terribilia junguntur, item mania, quæ facile in furorem transit, natales suos ducent. Hisce morbis & ingenerandis & foventis vaporosa hæc & stupefactiva maxime sunt accommodata, neque ego semel, sed aliquoties vidi, ab incerto horum remediiorum usu mitiores capitis morbos in gravissimos transmutatos, adeo ut capitum dolor in affectum soporosum, hemicrania in satuitatem, paralysis in apoplexiam, vertigo in epilepsiam, auditus difficultas in surditatem degeneraverit.

§. XIV.

Quum tam inimica & cerebri & intestinorum membranis sint anodyna & opiate, minuendo harum partium vim ac robur, maxime omnium infantes & senes cavere ab eorum usu oportet.

Scholion.

Duplici ex causta & infantibus & senibus extitiosa sunt sedativa. Primo, quod alvianam excretionem retardant, deinde quia systemati nervorum & membranarum imbecillitatem quandam inferunt. Utrumque & senibus & infantibus perniciuosissimum est, quia morbi, has ætates infestantes, vel ex alvo adstricta, vel ex debilitate cerebri & nervorum prognoscuntur.

§. XV.

Certæ & indubia experientia est, infantes ab anodynis paullo liberalius datis ingenii & memoriae stuporem longius durantem contrahere.

Scholion.

Siquidem in tenerima illa membranarum cerebri apud infantes structura facta gravior læsio non tam facile diluitur. Pre-eximum & sapiens est monitum Stalpartii vandel Wiel, qui Cent. I. obs. 42. inquit: *Caveant atque obseruent, quotquot curæ suis infantes traditos custodiunt mulieres nutricesque, ne illis, quamprimum molestia ac dolore afficiuntur, anodyna propinent. Contingit enim se penumero, ut quamvis non occidant, in intum tamen cerebrum nervosque debilitet ad summumque tremorem paralyzin & irritatem excident. Hujus sententia est etiam Willistius, in Pharm.*

P. i. p. 191. cum inquit. *Ab hoc pharmaco ingenii tarditatem & stupiditatem, alias amentiam contraxisse soeo.*

§. XVI.

Anodyna & opiate nocentissima sunt valde debilibus, vel ætate vel morbo fractis, item ubi pulsuum est languor, motuum defectus in succorum corruptionem prona dispositio.

Scholion.

Perpetuum in praxi medica debet esse monitum, primo, ut nunquam valida sedativa propinemus, ubi virium est infirmitas, ubi pulsus, qui semper ab exhibitis opiatis fit minor, est debilitas. Secundo, ubi viscerum adest infarctus & étorix, ut in morbis chronicis, nunquam fere utilia sunt, & tertio, ubi ingens sanguinis & humorum est impuritas, ut in cacochymicis, scorbuticis: in quibus ad sistendum dolorem vel spasmum paullo immoderatus datum opiatum lethiferum est, sphacelum quia inducit paratissime. Quarto, ubi diutius inharent atrox dolor admodum vires debilitavit, parcius ea remedia tentare oportet, ne post maiorem virium lapsum & sudorem parens vel alijs nervorum adfectus membra occupet. Quare semper præstat, si res postulat, in morbis incipientibus, ubi vires semper sunt firmiores, quam ubi per vim continui morbi exhaustæ sunt, hæc auxiliorum genera adhibere.

§. XVII.

Quoniam duo doloris sistendi capita ac veluti scopi sunt, doloris nempe magnitudo atque atrocia, pulsuum durities, & robur, videtur profecto, si hæc adsumt, tentandum gypnoticum esse, præsertim si dolor a causa quadam externa enatus fuerit.

Scholion.

Per causam externam eam volumus intellectam, ubi a vermis, a calculo, & dente prorumpente, a punctura tendinis vel nervi, dissectione unguium, vel profundiori clavo in pedibus atrox nascitur dolor, qui non raro ingentem symptomatum insultum, quin ipsam mortem post se trahit.

§. XVIII.

Sicut in genere omnia leniora, seu tiora, præferenda sunt validioribus; ita ad levandos etiam dolores, si mitioribus possumus esse contenti anodynisi, non facile ad fortiora consugiendum est.

Scholion.

In mitiorum classem, sulphur ex vitriolo anodynum, & spiritum nitri dulcem bene præparatum, ex vegetabilibus crocum, nucifam, ex suaveolentibus moschum & ambram, ex præparatis oleum chamomile & millefolii verum referenda esse existimo. Atque etiam huc pertinet opium, sicut cum aqua pluviali depuratum, & adjectione analepticorum, aut purgantium, aut alexipharmacorum dextre correctum. Plura vid. in *Diss. nostra de correctione opit.*

C A P U T VIII.

De ceteris medicamentis virulentam naturam referentibus.

§. I.

PReter supra allata veneni vim habentia medicamenta, sunt adhuc alia, nocendi virtute instructa, quæ improvide ex errore medentium usurpata & gravium symptomatum & mortis saepius causam praebere possunt.

Scholion.

Horum in numero & classe sunt cantharides, nux vomica, & medicamenta ex metallis, auro, venere & saturno parata, quorum non adeo tutus usus est.

§. II.

Cantharides penetranti caustico sale polent, quo inflammant & vesicas excitant, atque ideo solidis partibus vim quandam inferunt.

Scholion.

Acrimoniam salis volatilis, quod ejusmodi insectis ineft, satis abundeque inflamatoria & vesicatoria earum vis demonstrat, quam promptissime in cute, si ei applicentur, exferunt. Et præterea luxuriantem carnem absumunt; nam si emplastrum vesicatorium, in globulum re-

dactum, fonticulo, qui ob carnem exsudantem conglutinari incipit, imponitur, carnis excrecentia statim tollitur, & fluxus ichoris promovetur.

§. III.

Sal volatile cantharidum causticum, si vel interne vel externe usurpentur, ductus urinarios maxime petere & spasms corrumpere solet; unde plerumque ardorem & difficultatem urinæ, quandoque etiam motionem cruentam efficiunt.

Scholion.

Sicut omne virus sere peculiarem & propriam in certas, quas afficit, partes nervosas vim habet, ob convenientem forsan pororum particulis veneni structaram, ita etiam mirabile, cantharides, & introsumtas & exterius adplicatas, in ductibus istis nervoso membranaceis, qui & legregandæ, & retinendæ & emittendæ urinæ destinati sunt, vim suam causticam & spasticam exercere, id quod satis abundeque ex observationibus fide dignissimi liquet. Legi hanc in rem possunt *Misc. Nat. Car. D.2. A.8. Obs. 137. it. Dec. 2. A. 10. obs. 133. it. Bartholinus Cent. 5. Hist. 21. it. Hist. 82* urinam quoque cruentari non raro reddit, observante *Joanne Langio Epist. 47. it. Henrico ab Heer Obs. 9. Raygerus l. 2. scribit*, se plusquam centes a vesicatorio adplicato urinæ difficultatem & suppressionem observasse.

§. IV.

Neque tantum in urinariis viis erodens cantharidum vis subsistit, sed & alias nervosas partes vehementer stimulando dolores accidunt.

Scholion.

Referunt *Misc. Curios. Dec. 2. A. 7. obs. 236.* juvenem pro stimulanda venere binas cantharidum drachmas vino infusas potasse, unde in inquietudinem, graves dolorum cruciatus, & animi deliquium incidit. *Hildanus Cent. 6. obs. 98. & 99. a vesicatorio ex cantharidibus febrem, dolores & urinæ ardore notavit.*

§. V.

Quum sal volatile illud causticum, etiam per usum externum, in universum nervorum partium systema penetrans, eas convellat, non sine periculo & exacerbatione.

in inflammatione meningum, ventriculi, & ubi delirium & convulsiones sunt, vel ea metuenda, vesicatorium applicatur.

Scholion.

Peccant in eo saepius medici, quod praesente in acutis febribus delirii vel convulsionum periculo ad vesicatorium, tanquam ad sacram anchoram, confugiant. Quam tristis saepe sequatur eventus, brevi post auctis istis symptomatibus, & ipse didici experientia, & aliorum hac de re observationes id confirmant. vid. inter alias obs. 131. Dec. 11. A. 9. *Miscell. Nat. Curios.* ubi Cl. Konig exempla adserit febre maligna laborantium, deliriis, vigiliis & inquietudine adflitorum, quibus applicata vesicatoria intensissimos dolores, ardore summos, ac si pars aetneo igne torreretur, & capitis incendium cum convulsionibus epilepticis funestis concitarunt, id quod etiam Thonerus lib. 1. obs. 20. variis exemplis confirmat. Et Baglivus pag. 68. phreneticis valde perniciosa vesicatoria esse scribit, quia omnes iis usi in pejus ruebant, & maxima ex parte convulsi moriebantur. Gerhardus Columba de febre pestilentia disfudet ea in tenellis hac febre laborantibus, ne ob dolorem ansam convulsionibus dent. Horum quoque usum valde noxiun in variolis deprehendit, quia non multo post secutae sunt convulsiones, dubio procul ob dolorem, quem excitant, praesertim quando eo tempore adhibentur, quo ardentissimus in exulceratione manuum dolor urget: ex quo certe, mea quidem sententia, juvenes sensibilioris texturæ, praesertim si confluentes sunt, moriuntur, eo quod atrocissimus ille dolor membranas cerebri in consensu rapiendo, mox delirium & convulsiones suscitatur.

S. VI.

Quamvis cantharides virulento quodam & saepius cum noxa agant principio, tamen in febribus continuis, etiam malignis, ubi pulsus sunt languidi, sopor & torpor capitis urget, & petechiae, variolæ, morbilli, purpura, podagra, erysipelas retrocedunt, non sine emolumento vesicatorio ex cantharidibus nucha, & carpis manus imponi, observationes practicæ testatum faciunt.

Scholion.

Mercurialis inter alia auxilia vesicantia in peste, ut præstantissima libr. de peste c. 26. commendat, & Gerhardus Columba ex brachiis applicata in retrocessione morbilorum & variolarum magni facit. Cl. Waldschmidius in *Miscell. Dec. 1. A. 11. Obs. 214* scribit: Nunquam me fecellit vesicatoriorum usus in morbis malignis. Neque vero alia ratione & tempore juvant, ubi motus solidorum & fluidorum deficiunt, motus arteriarum languidi sunt & vis quasi naturæ fracta, dum penetranti illo, quo praedita sunt, stimulo universi corporis tubulos nervoso musculares ipsaque arterias de novo animant, easque ad vividiorem contractiōrem & systolen invitant. Quia de causa ab eorum applicatione pulsus ante depresso se attollunt, parvi majores sunt. Ex quo apparet, non sine cura & cautione in pulsu forti & celere vesicantia applicanda esse, nisi dolores, febres, inflammations accendere & phrenitidem accerifere vellimus. Ex his quoque credo facile apparere rationem, cur in vetustis & rebellibus hemicrania, cephalalgis, doloribus ischiadicis, ophthalmia inverteata, interne vero in hydrope cantharides maximum levamentum adferant; siquidem irritando nerveas tunicas fortiore reddunt arteriarum systolen, qua universa sanguinis & humorum massa velociori cursu per vasa fertur, & veteres subinde obstructions hac ratione resolvuntur.

§. VII.

Inter medicamenta suspecta & quæ virus quoddam reconditum alunt, ut adeo plus damni, quam utilitatis ab iis expectandum sit, merito nux vomica referri debet.

Scholion.

Nuces vomicae duplices sunt generis, aliae sunt majores, aliae minores: illas arbor, quæ dicitur Caniram & in *Horto Malabarico* pag. 67. descripta est, profert; ex quæ sunt officinales. Minores sunt fructus arboris Timorensis, quæ lignum colubrinum suppeditat. Utræque sunt amarae, sed sub amaritie virus quoddam latere, ex symptomatibus, quæ praesertim in animalibus producunt, dijudicamus.

Quum

§. VIII.

Quum canibus nuces vomicae oblate brevi temporis intervallo omnis generis musculos & artus, neque minus diaphragma atque ventriculom & intestina in vehementes convulsivas tractiones & constrictiones conjiciant, quas post subita mors sequitur; recte ideo concluditur, eas non sine periculo in usum, praesertim si is promiscuus fuerit, esse vocandas.

Scholion.

Experimenta illa, quæ cum nuce vomica in canibus Cl. Wepferus perfecit in libr. ejus de cicuta aquat. cap. 13. pag. 194. & seqq. pulchra sunt & lectu utilissima. Atque horrendas convulsiones tam in internis, quam externis partibus nervoso-membranosis eas concitasse animadvertisimus. Quanquam vero nonnulli ex medicis hoc simplex animalibus, non vero humano corpori infestum esse contendant, ego tamen minime hisce ex toto adsentiri possum; nam legimus apud Matthiolum, pauca nucis vomicae quantitate mulierem iam senescentem esse extictam. Et ipse novi exemplum, ubi pueræ decem annorum ad pertinacem vincendam quartanam grana 15. nucis vomicae duabus vicibus propinata fuerunt, quæ brevi post summis anxietatis præcedentibus & ad vomendum conatibus extincta est; quo magis appetet, quam periculosa sint ejusmodi experimenta, sine ratione & cautione instituta, ubi utique satius est cum Celso nullum ejusmodi experimentum tentare, ne medicus occidisse, nisi servasset, videatur.

§. IX.

Quamvis sit venenum summe activum, vehementer genus nervosum convellens nux vomica: tamen ut aliis venenis, ita etiam huic non omnis laus & virtus detrahenda est, & non modo verisimile est, sed & ipse usus docet, in morbis languidis, ubi natura ad motum, & ad excretiones quasi est excitanda, alexipharmacis alio hoc medicamentum mixtum non leve auxilium ferre posse.

Scholion.

In hac re maxime observatio Fallopii me confirmat, qui in Tract. de tumoribus præternaturalibus cap. 27. adseverat, in pe-

ste nucis vomicae scrupulum unum vel duos & quandoque drachmam unam pro dosi adsumtam magnum sudorem excitasse, & quibus hic sudor accidit, eos evasisse. Neque existimo, citra experientiam & usum tantopere olim celebratum fuisse *Elefluarium de Ovo*, Maximiliano I. Imperatori oblatum, de cuius eximio effectu idem Wepferus l.c. refert, ipsi peste periculose ægrotanti parentem suum portiunculam Lectuarii de Ovo in aceto rosaceo solutam propinasse, inde mox obdormivit, tota nocte sudavit, mane surrexit emergente sub axilla dextra bubone parvo, qui citra suppurationem evanuit. Ex quo rursus apparet, non omnia venena esse in medendo responda, sed hæc velut heroica auxilia magnam observationem & prudenter in medentibus desiderare. Ceterum de nuce vomica ejusque effectibus & symptomatis, quæ sumta excitat qui præter *Sennertum lib. 6. part. 7. cap. 20.* copiosius & accuratius scriperit, novi neminem.

§. X.

Ad medicamenta veneni loco habenda pertinent etiam metallica ex auro, ex venere non recte præparata vel usurpata, item omnis generis saturnina.

§. XI.

Aurum est corpus mercuriale, naturæ fixissimæ & compactissimæ, sique aqua regia solvit, & solutio coagulatur, tam corrosiva evadit, ut fere mercurium sublimatum in corrodendo æmoleatur.

Scholion.

Equidem aurum, per solutionem corrosivum redditum, in eo discrimen quadam recipit a caustico mercurio, quod illud fixioris naturæ in ventriculum potissimum agat, hoc vero indolis penetrantis magis & volatilis in diffitas corporis partes vim suam evibret; sed tamen utrumque ob corrosivam virulentiam, & gravia symptomata & ipsam mortem accersere potest.

§. XII.

Aurum salibus adlociatum stimulando primas vias purgat, vel nimium tunicas nerveas ventriculi, & intestinorum lacerfando inimicos spasmos concitat.

Scho.

Scholion.

Aurum fulminans licet bene præparatum sit, tamen majori dosi vel in pulvere vel in pilulis datum alvum fortiter subducit, & aliquot sedes cum torminibus movet, sine omni dubio ob particulas menstrui salinas, in ejus poris adhuc derelictas; mirum quippe est, quomodo salia vim hujus metalli intendant. Nam si quis granis tantum duobus auri fulminantis drachmam semis salis cuiusdam v.g. arcani duplicati adjecerit, omnibus his invicem bene trituratis, ita vis intenditur hujus remedii purgativa, ut vel decem exinde sedes non sine contorsione abdominis moventur.

§. XIII.

Aurum fulminans nos rite edulcoratum inque pulvere paulo majori dosi datum tam vehemens est, ut ventriculum vel intestina interdum corrodat, idque magis fit in subjectis tenerioribus, & ubi prima regio corrosivis cruditatibus obfessa est.

Scholion.

Neutquam is noster est animus, ut aurum, quod dicitur, fulminans, aliaque ex nobiliore hoc metallo parata, in curatioibus ex toto damnare & rejiceré velimus, cum probe nobis cognitum sit, mercurium vivum, auri connubio fixatum, incomparabile esse præsidium. Id tamen inficiari non possumus, ea infecura s̄pius fieri medicamenta per salia, si ipsis intime admisceantur, sive ea extrinsecus, sive in corpore demum accendant. Tunc enim aurum non secus ac mercurius corrosivum quasi in venenum armatur. Vidimus quartanariis, hypochondriacis etiam ad quatuor vel sex grana tantum aurum fulminans datum tormina, spalmos atque anxierates cum sudore extremorum frigido, languore, immo animi desectione excitasse. Idem medicamentum tenera constitutionis virginis, ex rheumatica febre laboranti, virides cum summa anxietate vomitiones, quas brevi tempore animi deliquium & mors sequebatur, contavit.

§. XIV.

Infantibus, si a lacte corrupto ægrotant, & virides feces, que corrosivos testantur succos, ejiciunt, aurum fulminans præbere valde perniciosum est.

Scholion.

Memini, olim a medico, magni quidem nominis, sed temeritate omnibus superiore, infanti dimidii anni, ex corrosivo lacte ventris torminibus vexato, fulminans aurum ad sex grana pro una doli in pulvere oblatum; ubi paulo post summa anxietas, inquietudo cum extremonum frigore, convulsiones, & mors secuta fuit. Cl. Rivinus, Professor Lipsiensis, memorat in libello Pathologico Therapeutico, ab auro fulminante mortuum infantem, in cuius intestino, facta sectione, foramina reperta fuerunt.

§. XV.

Aurum fulminans aliaque ex auro concinnata tutius in pilularum, quam pulveris forma exhibentur.

Scholion.

Uti aurum omnium, quæ in tota rerum natura reperiuntur, est ponderosissimum, ita etiam medicamenta ex eo parata gravia ad modum sunt. Hinc sit, ut non facile e sede sua possint dimoveri. Ita aurum fulminans, si in cochleari cum vehiculo deglutiendum offertur, vix ac ne vix quidem elui ex cochleari poterit. Igitur gravis hic pulvis, descendens in ventriculum, fixam quandam sedem ibi occupat, & a succis occurrentibus corrosivis vim deleteriam assumens, vehementer eam partem, cui inhæscit, lancingat atque erodit, unde gravia nervosi generis pathemata nascentur necesse est. Id malum vero præcaveri potest, si ejusmodi gravia aliis forma pilularum misceantur. Tum enim successive sit in ventre dissolutio, & graves metalli partes non in unum coeunt, nec unam partem occupant, sed hinc inde parietibus ventriculi, & intestinalium inhaerent.

§. XVI.

Alia quoque ex auro corrosiva, quæ videntur, remedia non omni periculo & noxa vacant.

Scholion.

Venditat quidam empiricus chymicus in hoc distictu pulverem, ad tria grana singulis diebus sumendum, in doloribus podagricis, quos tribus dosibus se sublaturum promittit. Accepit eundem pulverem vir generosus, annorum 60, sed admodum sensibilis constitutionis, atroci podagrico dolore vexatus, & altero die statim cessavit omnis dolor. Cum vero alteram dosin circa somni tempus sumisset, post medium noctem maximis anxietatibus, ventris tormentibus, inquietudine exagatus fuit. Mane caput ob vertiginem & virium languorem vix attollere poterat. Animi postea deliquium & ipsa mors successit, & sic sanus alias & robustus vir brevi interemptus fuit. Cognati miserant ad me aliquot doses pulveris, qui saporis admodum constringentis & corrosivi erat, ut longo tempore amarulentus & quasi venereum referens sapor non potuerit ex lingua detergi. Sive ex auri, ut vulgo fertur, sive ex veneris & mercurii prolapia hic pulvis prodierit, certum est, corrosione intestinalium tunicarum cum nocuisse. Quod vero ad ejusmodi remedia interdum atrocissimi dolores repete conquefiant, id mea quidem sententia fit, quod genus nervo, sum afficiendo, etiam ex extremis partibus validioribus strictris materiae peccantem ad interiora celeriter repellant, sed majori certe damno atque periculo. Monendi proinde etiam sunt omnes illi, qui arcana ex auro venditant, sub titulo pulverum vitalium, auri, diaphoretici, qui tamen saporem ad venerem proxime accedentem adhuc praeserunt, ne ea corporibus sensibiliibus, & quae spasmis exercentur, in liberaliori dosi offerant. Neque enim paucæ lese mihi obtulerunt oblerationes, ubi de summa anxietate præcordiorum post largiore eorum dosin agrotantes conquesti fuerunt, ita ut inflammati ventriculi principium adsuerit.

§. XVII.

Naturam quoque valde corrodentes & virulentam possident ex venere parata, proinde rarius & magna cum cautione sumenda sunt.

Scholion.

Pertinent ad hanc classem vitriolum album, mere venereum, vitriolum Cyprium ejusdem ingenii, tinturae vel crystalli veneris, item tinturae lunares coeruleæ, quæ a venere tantum suum mutuantur colorem. Quæ remediorum genera ad vermes necando & expellendo, ad quartanam contumacem expugnandam, atque ad morbum epilepticum vincendum a quibusdam majorem in modum commendantur.

§. XVIII.

Cavendum ab omnibus venereis corrosivis est, ubi corpora sunt infirma, cholericæ ac sensibilioris naturæ, & ubi spasmodicæ stricturæ ventriculom & intestinali exercent: circumspete vero data non penitus usu & laude privanda sunt.

Scholion.

Vidi certe, a granis 15. vitrioli albi cum granis 10. croci summis, & desuper pinguis juscule hausto, in contumaci quartana vomitiones cum summis anxietatibus ortas, quibus aliquot diebus finitis ex toto febris desit. Eundem effectum a granis 6. vitrioli Cyprii notavi. Vidimus quoque a tintura veneris *Helvetii* in infantibus vermes cum alvina colluvie secretos. Sed tamen fatendum etiam est, ab ejusmodi remediis, sub ventriculo inservo & spasmis obnoxio, diurnas anxietates, pectoris constrictiones cum spirandi difficultate, tussi secca, nos non semel observasse. In memoriam mihi hoc loco incidit, medicum temerarium febre acuta laboranti draconam unam vitrioli albi cum aqua rotarum sumendi septimo denuo die prescripsiisse, quo sumto non multo post strangulatus perit.

§. XIX.

In numerum eorum medicamentorum, quæ minus tutæ, & tristibus exemplis quam infamata sunt, jure meritoque ex factors parata referri debent, quippe quæ fati constringente vim suam perniciale eti in tunicas maxime ventriculi & intestinalium nerves, quas spasmis adfligunt, exercent, & inde quoque in alias corporis partes virus suum evibrant.

Scholion.

Euidem in frequenti usu interno nostris temporibus non amplius sunt remedia ex plumbo parata, nisi quod saccharum saturni & ex eo paratam tinturam antiphthisicam Grammanni praescribere etiam nunc solennis moris sit: a chirurgis vero & empiricis magisterium saturni, cerussa quoque ejusque saccharum ad fistendam gonorrhæam eo frequentius usurpantur.

§. XX.

Ex omnibus, quæ inimica naturæ sunt, nullum est, quod tam valide & tam graviter intestina eorumque tonum destruat, quam saturninum quoddam.

Scholion.

Euidem saturnina non sunt ejus generis, ut more aliorum venenorū cito perimant, etiamsi in paullo majori dosi prebeantur: tamen, repetita si fuerit etiam minor dosis, lenta morte homines tollunt, adeo ut plures sibi persuasum habeant, leatum illud venenum, quod Galli *la poudre de succession* vocant, saturninæ esse proficiæ. Quemadmodum vero omnibus venenis propria & peculiaris indoles ac virtus est, quæ certas quasdam partes præ aliis gravius adficit; ita saturnina inimicissima sunt intestinis.

§. XXI.

Symptomata, quæ ex saturninis in corpore producuntur, sunt maxime contumacissimæ alvi adstrictiones, atrocia tormina, colicæ convulsivæ, nauseæ, vomitus, icterus, ventris intumescencie, gravitas in ventriculo, urinæ suppressio, color plumbeus; pollea pareses, contracturæ, asthmata, lenteæ febres, vertigines, & sœpius mors sequuntur.

Scholion.

Hicce symptomatibus metallurgi, qui saturninas mineras igne tractant, vel lithargyrum ponderant, aut fumum ejus corere hauriunt, si ad ventriculum descendit, torqueuntur. Neque ignotum est, figulos a fumo lithargyrii sœpe se pessime habere, sœvisque intestinorum doloribus, & alvo pertinacissima frequentius corripi. Neque forsan adhuc ignoratur, quam funesta damna ante aliquot annos quidam lucri cu-

pidi, acidis vinis lithargyrii pulvere, cædulcificandi causa, admixto intulerint, dum plures hoc modo e medio sublati sunt, cum colicæ convulsivæ, nauseæ, vomitus, icterus, contumax alvi strictura, paresis, contractura, asthma, eos adorirentur, & elumbes quasi, pendulis artibus & resolutis enervati viferentur. Plura de hisce legi possunt in *Miscell.curios.Dec.3.ann. 4. obs. 30.92. & 100. item Dec. 1. anno 3. 131.* Item in nostra *Dissertatione de Metallurgia morbifica.*

§. XXII.

Propter vim naturæ humanæ valde infensam veteres saturnina venenis annumerare non dubitarunt.

Scholion.

Scribonius Largus de Compositione medicamentorum Composit. 184. p. 101. scribit, Cerussam qui bibunt, veri gine urgentur, asthmate laborant, præfocantur. Juvat oleum, lac cum melle, tremor ptisanæ, aqua mulsa. *Op. Anazarbae lib. 6. cap. 27.* inter symptomata lithargyrium haustum sequentia memorat stomachi, ventris & intestinorum gravitatem, cum magnis torminibus distendentibus, urinæ retensionem, tumorem ventris & plumbeam deformitatem. Quibus suffragatur *Cæsalpinus lib. 3. cap. 24.* qui cerussam & lithargyrum venenis annumerat, & sequentia ab iis notavit symptomata, cum ait: horum usum in sequuntur gravitas in ventriculo, intestinis, visceribus, tormina rebementia, urinæ suppressio, corpus intumescit, color plumbeus est, valvulosa tormina inciduntur, alvus supprimitur.

§. XXIII.

Quum tanta noxa a saturninis intro somnis corpori humano immineat: prudenter ii agunt, qui plane ejusmodi medicamentis, quæ plumbum habent, in curationibus abstinent, ut sunt saturni saccharum, & tintura Grammanni antiphthisica.

Scholion.

Ego testari hic bona fide possum, me nunquam auspicatum vel diu durantem effectum ab ejusmodi remedii exhibitis annotasse. Læsus inde non modo fuit ventriculus ejusque digestio, sed & alvus adstrictus

Erior reddit. Plures, qui gonorrhœa laborarunt, in tumore in testium exinde lapi sunt. Et merentur hanc in rem certe attendi, quæ de noxa salis saturni *Borellus Centur. 4. obs. 32.* observatione digna memorie reliquit: *Habui amicum, qui sachari saturni i nimiam haufit quantitatem, ut tanquam paralyticus & fere mortuus factus sit: rigebat membra ejus, & tamquam congelatus & apoplecticus erat.*

C A P U T IX.

Derebus venenatis in aere, interque esculentia & potulenta reperiundis.

S. I.

Sicut aer fluidum est, & menstruum ac vehiculum universale, quod omnis generis effluvia & exhalationes ex corporibus extrahit, & in se recipit: ita etiam subinde noxias & naturæ infensas detinet exhalationes, quæ spirando intus hausta in summam perniciem hominem conjiciunt.

Scholion.

Aerem corpus esse fluidum, elasticum, materia ætherea, quæ caloris fons & causa est, repletum, & quod inter sua interstitia copiosos vapores & exhalationes recipere possit, nemo ignorat, nisi qui plane rerum physicarum sit expers. Neque vero illæ exhalationes, quas recondit, sunt tantummodo aqueæ, sed & subtiles terreae, salino-sulphureæ, caloris vel solis actione attenuatae, inque aereum diffusæ. Quemadmodum id appetat, dum ligna, carbones, gummata accenduntur, vel etiam mineralia ac metalla fortiter igne torquentur.

S. II.

Recipit etiam aeris fluidum multas graves & tertas exhalationes, quæ & nocent, & subinde etiam, imo cito mortales perimunt.

Scholion.

De hoc ne ullus quidem facile dubitavit, qui miasmata pestilentia & aliorum, quæ contagio infesta sunt, morborum per aereum ferri, inque alia corpora transmitti considerat.

§. III.

Ex virulentis & valde infensis exhalationibus primo fere loco habenda sunt ea, quæ ex carbonibus vivis & ardentibus in aera feruntur, eo quod non modo gravemnoxam, sed & celeriter necem & hominibus & ceteris animantibus inferre possint.

Scholion.

Id quidem vix videtur credibile, tantamnoxam, tantumque virus habere hunc fumum, quia quotidie homines carbones accidunt, neque tamen semper, sed rarius sanitatis vel vitæ damnum exinde persentunt; cum tamen res sit verissima, abunde id testantibus tristissimis exemplis, dum quidam ex hoc fumo, præsertim concentrato, celeriter opprimuntur, vel grave damnum accipiunt.

S. IV.

Jam inde a vetustissimis temporibus plures a fumo carbonum ardantium interfectos phyllicorum pariter & medicorum monumenta referunt.

Scholion.

Cesarem Jovinianum fumo carbonum in concilii mortuum esse, testatur *Eutropius & Cellarius in notis ad libr. 10. cap. 10.* item *Galenus lib. 7. de usu partium cap. 8.* Plures historias in unum colligit *Marcellus Donatus in Historia Memorabilium pag. 107.* *Velschius in Sylloge Curationum & observationum inter Rhumenianas obs. 54. pag. 173.* item *Forestus lib. 9. obs. 4.* *Solenander in Consilis Sect. 5. pag. 461.* *Chefneau obs. lib. 1. pag. 78.* item *Amatus Lusitanus Cent. 7. Curat. 33. pag. 58.* Ex recentioribus *histoire de l'Academie des sciences A. 1710. pagin. 727.* *Lassius in Observat. lib. 1. obs. 26.* *Lancisius de subitis mortibus lib. 1. cap. 4. obs. 2. pag. 136.* *Ramazzini in supplemento diatribes de morbis artificum,* & plura exempla a nobis notata legi meritentur in *Germanico a nobis conscripto Tractatu, BedencKen von dem schadlichen Dampf der HolzKohlen,* qui extat parte 5. *Dissertationum, quæ de valetudine suenda agunt in fine.*

§. V.

Symptomata, quibus affliguntur, qui incautius hunc fumum ore & naribus hauferunt, sunt sensuum omnium oppressio & torpor, profundus sopor, ut quasi cataleptici videantur, mentis alienatio : alii, qui non tam copiose spirando hunc fumum attraxerunt, in graves cephalalgias, animi deliquia, aphoniā, summam artrūm impotentiam viriumque languorem incident, qui difficulter discutitur.

Scholion.

Caius Aurelianuſ lib. 2. cap. 10. tradit non aliter fere habere, qui ex odore carbonum sensuum oppressionē vel torpore afficiuntur, quam catalepticos, qui oculos habent distentos, dentium concidente junctione cum pulsu parvo atque imbecillo. Subito sensibus & motibus homines exinde privari *Marcellus Donatus l.c. & Loffius l.c. item Solenander l. c.* notarunt. Vehe-mentem vero cephalalgiam, animi deliquia & mentis alienationem inde fecutam *Velschius, & Forestus loc. cit.* prodiderunt.

§. VI.

Sextio perniciali hoc fumo enectorum cerebrum maxime affectum ostendit: dum vasa meningum nimium sanguine distenta, infarcta & inflamma invenerunt.

Scholion.

Id ipsum maxime advertere licet in *Histoire de l' Academie des Sciences anno 1710 p. 727.* ubi memorabilis & lecta dignissima ejusmodi observatio occurrit, qua doce- mur, quam lethiferum effectum in tribus hominibus hic fumus habuerit, & quæ post mortem in cerebro reperta fuerint. Neque forsitan adhuc ignoratur tristis ille casus, qui aliquot abhinc annis Jenæ contigit, ubi asperima hyeme in humili, & parvo conclave tres homines cito morte oppressi fuerunt, quem insuetum & rariorem casum rerum physicarum penitus ignari omnibus viribus dœmoni adscribendum esse contenderunt. Qua de historia consuli potest nostrum judicium, item *Responsum facultatis Theologicae, Juridice & medice Lipsiensis.*

§. VII.

Omnia & singula symptomata, quæ ex

fumo carbonum ardentium immoderatus hausto contingunt, satis abundeque plenum ac testatum faciunt, huic fumo, præter vim suffocativam, omni fumo concentrato communem, inesse narcoticin inferens sive stupefactivum magnæ activitatis principium.

Scholion.

Necat hic fumus, si valde fuerit compressus & in unum collectus, duplice ex causa. Primo enim solenne est, animalia ab omni fumo, etiam lignorum, accenso, item sulphuris, & qui ex fermentatione multi vel cerevisie fortiori prodit, suffocari: quia suscepimus intra tracheam & vesiculos pulmonales vapor destituitur potentia illa elastica, qua aer vesiculos istas & vasa pulmonalia expandit, ut liberior sanguini pateat transitus. Deinde hoc vapore repletus torus pulmo, ob impenetrabilitatem & resistentiam, difficulter aeris etiam purioris illapsum admittit. Porro cum vapor ille narcoticæ virtutis poris vasorum & membranarum pernares, fauces & pulmones mox altius fere insinuet, more aliorum narcoticorum statim elaterem & systolen arteriarum, quæ in meningibus sunt tenuissime, infringit, & tandem penitus tollit, unde ob deficientem arteriolarum capitis systolen sanguis ibi stagnat & congeritur, unde sopor, torpor, mentis alienatio & omnium sensuum privatio, animi quoque defectio non secus ac a narcoticis contingunt.

§. VIII.

Quoniam vapor carbonum vel ab intenso frigore, vel in conclavi minus spatio so nimis coarctatur, non mirum est, tunc demum pernicialem, vel etiam lethalem noxam ab accensis carbonibus homines experiri; minus vero, si in loco libero, patente & spatioso hic fumus continetur, per quem aer transit & moveretur, id contingere.

Scholion.

Ex hoc jam appetet clarius, cur sub algidissima, quæ anno 1709. & 1715. incidit, hyeme complures ejusmodi funesti casus hinc inde, alias fere inauditi, accidèrent. Possem enim vel decem mihi notas recensere ejusmodi historias, illi per omnia

similes, quæ contigit Jenæ. Servati autem sunt plures & ex mortis faucibus exti, si quis statim auxilium tulerit, homines semimortuos in liberum & parum aerem transferendo, eorumque membra fortiter cum pannis fricando, vel sanguinem detrahendo. Ceterum ex hisce alatiss illud in usum nostrum addiscere debemus, pessimum morem esse, hypocausta clausa accensis carbonibus calefacere, vel arcendi frigoris causa ollas, carbonibus repletas, intraque muliebres vestes abditas, pedibus subjecere. Graviter enim inde lue- re sceminas, & caput torpore & gravitate affici, non una simplici, sed crebra experientia perspeximus.

§. IX.

Ejusdem fere toxæ indolis est vapor, qui ex muris vel domibus recenter calce obdutis exhalat, si quis in iis diutius verletur, vel noctu dormiat. Experientia enim quotidiana & plures annotatae observationes ejus noxam satis abunde patefaciunt.

§. X.

Symptomata, quibus affligi solent, qui domos calce recenter illitas incolunt, sunt maxime febres, sternutatio fortis & diurna, præfocatio fauci, infarctus pectoris cum febre lenta.

Scholion.

Notabilis profecto est historia, cuius meminit Hipp. lib. 3. Epidem. agrot. 2. ubi Hermocratem, qui decumbebat juxta murum novum, febris corripuit. Accidit ante viginti & aliquot circiter annos hic fatalis casus, dum tres filii, infantes adhuc, consiliarii aulici aliquot dies in camera, non ita pridem calce obducta, dormiverunt, & omnes intra duos dies angina suffocati perierunt. Generosus vir, ex vehementiori motu calefactus, adiit furnum, in quo paulo ante calx uita fuit, ex quo incidit in morbum quendam peculiarem, qui vocari potest sternutatorius, & per aliquot annos ipsi adhaesit. Sternutavit enim saepe centies, & haec accessio facta est certis temporibus, præferim, si quodam animi affectu fuerit correptus, aut si corpus fortius moverit, neque illa medicina profecit. Novimus quosdam in pectoris infarctus cum vigilia assida, lentaque febre fuisse delapsos, morte tandem insecura. Ra-

Tom. II.

mazzini de morbis artificiis cap. 21. pag: 201. acuta febre inde correptus vix evalit, sed postmodum ipsi cum lenta febre diu coluctandum fuit.

§. XI.

Vapor calcis vivæ non sulphureæ, sed subtilissimæ, acris & corrosivæ indolis est, qui nervosis partibus in arteria aspera & in capite altius sese insinuans spasticis stricturis & commotionibus superius dicta symptomata accersit.

Scholion.

Quod in calce viva valde nocens & causticum resideat principium, ex historia, quam adfert Tulpius lib. 3. c. 41. luculentge adparet, ubi memorat, quod vir splendidus cum tota familia, quæ eidem accubuerat mensæ, in vertiginem, ardorem gutturis, vomitum & præcordiorum angustiam inciderit. Neque hæc mala aliam habuerunt originem, quam quod ex pariete recens illito calcis efflorescentia in patinam deciderunt. Calcem vero tam acriter urere & erosione sua pungere intestina, manifeste docuit Dioscorides lib. 5. ca. 91. & lib. 6. cap. 29. Incidit hic mihi in memoriam pessimus temerarii medici cuiusdam austus, qui theologo magni nominis, cum ex pleuritide cum purpura complicata laboraret, manipulum calcis vivæ spiritu vini madefacto imposuit pectori, quo postridie extincto, locus ille valde rubicundus & arrosus vesiculisque refertus apparabat.

§. XII.

Neque hoc loco prætereunda est gravis & tetra exhalatio, quæ ex lucerna extinta, vel levo hircino, vel ex sebacea candela extinta in aërem diffusa nāribus hauritur, quæ subinde gravia symptomata excitavit.

Scholion.

Olaus Borrichius in Actis Hafniensibus Vol. 5. His. 86. narrat historiam cujusdam mulieris, quæ in formandis candelis occupata in respirationem difficilem, gravem cephalalgiam, vertiginem & oculorum ruborem incidit. Forestus lib. 28. obs. 30. ex foetore lucernæ extinctæ hysterica pathemata foetumque extinctum observavit. Alii ex sebacearum candelarum nito-

re in pulmonibus & capite maximas sibi noxias acersunt. Mira enim est odorum tam suaveolentium, quam graveolentium in genus nervosum potentia, ut mox quasdam mulieres inde in lussociationes, vel hystericas convulsiones conjectas fuisse legamus. Sed quod epilepsia & mors etiam ex fumo ellychnii extincti, naribus diutius suppositi, in dormientibus inferri possit, id clarus Cas. 59. in Ammani Parænesi Critica ostendit. Qui metalla in cryptis subterraneis fodunt, a fumo ellychniorum plus periclitantur, & majori spirandi angustiam contrahunt, quam a vaporibus metallicis, qui in imis terræ visceribus, nisi ignis accedat, non reperiuntur.

§. XIII.

Dantur etiam inter esculenta eaque fermentacea certi generis venena, magna ad nocendum, quin ad necandum efficacie & hæc inter lolium temulentum & secale corniculare nigrum, quæ duo gravissimum epidemicorum malorum haud infrequentes causæ sunt.

Scholion.

Utraque hæc sunt venena, multum autem inter se ratione natorum, ortus & virtutis differunt. Vidi tamen, nonnullos ex medicis ea invicem confundere, adeo, ut pro iisdem habeantur. Lolium temulentum vocari solet a Caspary Hoffmanno lolium avenaceum, Wilder Haber oder Schuvindel Haber. Vocari etiam solet gramen loliaceum, & describitur a Rajo Hist. plantar. lib. 22. Crefcit in locis humidis vel æstate admodum pluviosa. Symptomata, quæ excitat, sunt cephalalgia, vehementis vertigo, sopor, genuum contabescens, in quibusdam delirium, & temulentiam quandam excitat, si nempe pultem avenaceam comedunt, & avena a granis illis per cribrum non bene fuerit separata. Vomitus cum manifesto levamine fit. Quae re vid. Misc. Curios. Dec. 2. A. 8. obs. 173. it. Dec. 2. A. 3. obs. 186.

§. XIV.

Lolium temulentum capiti maxime est infestum ob narcoticam, quam alere videntur, virtutem, quæ exinde patet, quia vertiginem ac torporem celerrime infert,

si in pane comedatur. Si autem ex frugibus, quibus lolium immixtum est, parantur cerevisia, valide inebriant. vid. Mart. Scheckius cap. 19. de cerevisis. Jenæ abusu loliacei panis quosdam in nyctalopiam incidisse, Schtnckius in obs. 133. confirmatum dedit. Crescit vero hoc vitium non tantum in avena, sed & in hordeo.

§. XV.

Majoris virulentæ est secale corruptum nigrum, quod corniculatum dici potest, propter cornicula nigra, sive grana secalis degenera, quod cum pane comedum gravissimas generis nervosi convulsiones, immanes dolores & alia funesta symptomata producit.

Scholion.

Crescere identidem id genus corruptum frumentum solet in agris humidis & subestate valde pluviosa: hoc non à secali separatum, sed cum pane pistum & calide maxime comedum, & olim & nostris subinde temporibus peculiarem morbum endemicum, veteribus incognitum, valde spasmodico convulsivum excitavit, de quo peculiaris Tract. extat, a facultate Medica Marpurg. 1597. editus, von der Kriebel Krankheit oder ziehenden Seuche, qui morbus tum temporis universam Hassiam aliasque vicinas regiones adflicxit. Idem morbus anno 1648. item 1649. item 1675. in Voigtländia graves strages edidit. Anno vero superiori 1717. idem morbus gravissime in Lusatia, in Misnia ex eadem causa defævit, & hunc satis copiose & solide Cl. D. Gottlieb Buddeus in Conf. Med. von der Krampff Sucht descripsit. Quo de morbo etiam legi potest Obs. 234. Dec. 3. A. 6. O. Cent. 5. Misc. Cur. obs. 82.

§. XVI.

Symptomata, quibus venenum hoc fermentaceum infestum est, sunt gravissima, & ex vehementibus universi generis nervosi spasmis & hos sub sequente atonia, & summa debilitate cerebri deducenda.

Scholion.

Primo hic morbus occupat artus & extremitates manuum ac pedum partes, in quibus formicationis sensus percipitur.

Quo-

Quosdam sub accessione vomitus corripit, sequuntur contractiones vehementes digitorum in pedibus vel manibus, quas contractiones in genibus, in scapulis, in cubito, in ore, labiis, cum intolerabili dolore, quandoque cum summi frigoris, interdum etiam incendi quodam sensu subsequuntur; quæ symptomata per certas repetunt periodos, & quandoque per aliquot & ultra septimanas perdurant. Quiescentibus doloribus incident in soporem & torporem plenarium mentisque saepius alienationem, vertiginem, auditus difficultatem, membra manent rigida, ad motum inepta. In partibus membrorum extremis saepe vesicæ magnæ aqua repletæ, veleriam tumores, qui in sphacelum abierunt, derelicti sunt, motu valde tardo procedente, ut ipsa ossa frustillatim delapsa fuerint, quod maxime annotatum a Cl. Camerario, vid. cent. 5. ob. 82. item Brunnero in Misc. Cur. Dec. 2. A. 3. Quosdam superveniens epilepsia et medio tollit; necat enim maxime infantes.

§. XVII.

Grana hujus corrupti fecalis venenatis subtili caustico, sulphuri ejus viscoso inhærenti, deberi videntur, quod peculiariter plane ratione in nervosas partes grascatur, sive vitiamque suam exercet.

Scholion.

Utut ad scopum directe medicum non pertineat scire, cuius generis sit illud venenum, & quomodo agat, cum sufficiat nosse, quos producat effectus, & quomodo illis sit occurrentum: tamen haud alienum videtur, quantum fieri potest, elematum, quo venenum hoc agat, scrutari, quo invento postea facilius remedium adversus illud accommodum inveniri potest. Quod autem, præter vaporosum peregrinum sulphur, sal quoddam volatile causticum reconditum habeat, ex eo id dijudicamus, quod omnes, quæ in humidis & paludosis locis crescunt, plantæ, ob sal, quod alunt, causticum virulentæ sint: sub nimia enim humiditate oritur quosdam corruptio, nunquam salis & sulphuris peregrini expers. Et sicut hæc grana ab exuperante quodam nutricia succo, ob dilaceratas quosdam fibras, crescunt; ita ille rore corrosivo & solis ardore adu-

stus alienam plane indolem induit, non secus ac videmus, eadem ratione prognosci fungos, qui omnes & singuli non expertes sunt acrimonæ, adeo, ut quædam causticam virulentiam habeant. Deinde ipsa symptomata, ut spasmæ, contracturæ, convulsiones & immanes dolores, vellicationem nervosarum partium valde penetrantem indicant, quæ a salino principio commodissime derivanda est. Quibus accedit, quod hæc grana ab animantibus, ut gallinis, anseribus, iubibus devorata, graves, imo lethales induxerunt contracturas, & muscæ quoque a lacte cum illis decoctæ, non secus ac a fungis venenatis interierunt. Vid. Buddaeus l.c. pag. 13. Volatilem vero, ut omne venenum, naturam hoc corrumpum habere frumentum, id indicio esse potest, quod grana illa diu in aere detenta & exsiccata innoxia observata sint, in pane vero adhuc calente comesta noxam intulerint. Denique mihi relatum fuit, adversus hunc morbum haud ulla in re præsentius fuisse auxilium repertum, quam in vomitu, in aceto, quod vim figendi habet, & in pinguis copiose adsumtis, exterius quoque adplicatis.

§. XVIII.

Ad præservationem hujus saevissimi endemicæ mali, non possumus, quin sapiens Galeni monitum commendemus, quod reperiatur lib. 1. de aliment. facultat. cap. 37. ubi prodidit, quod femina alienigena, & præsertim lolium & durum rotundumque aracum, quæ non esculenta sunt, item nigrum triticum, ex tritici mutatione generatum, quod lolio adhuc pejus est, deprehendantur, quæ comesta & capit is dolorem & ulceræ prava in cœte inducant. Hinc suadet, ut omnes pistores, & qui populo publice inserviant, frumentum probre cribris expurgent, & prava semina feligant. Ex quo intigni loco rectius colligitur, etiam veteribus non plane hunc morbum cum origine ipsis suis incognitum.

§. XIX.

Ex venenis, inter esculenta, quæ reperiuntur, non infirmum locum tenent fungi, qui identidem ob copiosas pluvias, & ex mucoso & pituitoso superficio lignorum succo solis calore progerminant, quorum

sere omnes alienam & naturae adversam facultatem habent, quæ in quibusdam plane deleteria est.

Scholion.

Ingens est fungorum copia & numerosæ species, & forma & colorum diversitate & qualitate inter se distinætæ, de quo Botanici maxime Clusius, Bauhinus in universali plantarum Historia, & Stœrenbeensis, qui ex professo de ipsis scripsit, consuli possunt. Qui coloris nigri miniati sunt & punctulis diversisque coloribus notati, biocaines pro malignis habentur.

§. XX.

Symptomata gravissima, imo lethalia, quæ a deleteriis fungis excitantur, sunt maxime vomitus, præcordiorum oppresio, ventris tortura, cardialgia, diarrhoea, animi deliquium, frigidus sudor, dysenteria, singultus, tremor partium.

Scholion.

Scribonius Largus cap. 66. pag. 107. hæc de eorum usu narrat: parvunt nauseam, nequicquam magnopere rejiciunt. Præterea stomachi ventrisque & præcordiorum acutos efficiunt dolores, manante sudore frigido per artus. Forestus de venenis obs. 2. pag. 36. solo interdum odore eos comitialis similisque cerebri morbi, imo subita mortis causam extitisse scribit, & mulierem ex esu fungorum in morbum gravissimum incidisse, & ab eo insanam permansisse refert. Plura exempla eorum, qui ex esu fungorum perierunt, vid. apud Jo. Schenckium in obs. medic. lib. 7. item Stalpartium vander Wiel cent. 1. obs. 40. Hildanus cent. 4. obs. memorat, symptomata pessima cuidam, qui manibus tantum fungos versabat, accidisse. Et Plinius in Hist. Nat. lib. 22. cap. 13. quasdam familias inde periisse commemorat.

§. XXI.

Ut ut quasdam fungorum species inter edulia concedi possint: tamen non plane expertes sunt malignæ cujusdam acrimoniaz, præsertim, si non bene elixerint vel præparentur.

Scholion.

Meretur sane hanc in rem egregius locus ex Galeno lib. 2. de medicamentorum

facultatibus cap. 69. adduci: equidem novi ait, quendam, cui post boletorum non satis elixorum, qui innocentissimi esse putantur, usum largiore os ventriculi pressum ac gravatum coarctatumque fuit, difficilemque habuit respirationem, & in animu deliquitum incidit, & agre servatus demum est oxymelite cum hyssopo incotto. Cl. Sennertus in Institut. lib. 4. P. 1. cap. 3. dicit, nullam esse ætatem, nullam corporis constitutionem, in qua non plus plerumque incommodi, quam commodi ex esu tuberum & fungorum proveniat.

§. XXII.

Symptomata, quæ celeriter in ventriculi & intestinorum tunicis & cæteris corporis membranaceis ac nervosis partibus fungi concitant, ab acrimonia subtili caustica provenire, vel id argumento esse potest, quod exsiccati & bene cum aqua calida eloti non ita noceant, & secundum Galenum acetum, & secundum Celsum lib. 5. cap. 27. oleum, si cum hoc inferbeant, eos plane omni noxa vacuos faciant.

Scholion.

Patet jam ratio, quare rei culinarie periti cum butyro, oleo, aceto tubera & fungos bene frizare, vel etiam cum creme lactis præparare soleant, ut usui aptifiant, sine qua præparatione nunquam utille erit, hos intus adsumere. Si quis vero forsitan venenatos quosdam comedet, ego nullum præsentius possem suadere auxilii genus, quam ut emeticum cum copioso lacte & oleo bibat, quod & temperande acrimoniæ & expellendæ ex ventriculi regione venenatæ materia erit accommodatissimum.

§. XXIII.

Corruptis alimentis, & quæ virulentæ adeoque valde noxiæ quidpiam ad destruendos virales corporis nostri motus aptum continent, annumerandæ sunt animalium ægrotantium & ex morbo mortuorum carnes, quæ putredinem ipsis inhærentem in corporis nostri succos propagant, & morbida corpora reddunt.

Scholion.

Sicut quivis peculiaris rei effectus primo per experientiam adstruendus, postea pen-

per rationem stabiliendus est: ita oportet primum circumspicere, num carnes animalium agrotantium noxam quandam corpori humano esu adfricent. Communis est haec opinio, neque prorsus nihil facienda. Observatio legitur in *M.N.C. Dec. An. 6. Obs. 91.* quod quis morbidam, & ad collum tumefactam suem mactaverit, a cuius carne indurata, & salita comesta maritus cum uxore, & filio, praecedentibus capitibus doloribus, vertigine, faciei intumescentia, & cibra lipothymia, mortuus est, adeo ut statim in omnes, quotquot morbida hac carne in victu usi erant, hoc malum grassatum fuerit. *Athanafius Kircherus in Scrutinio de peste pag. 97.* refert, anno 1617 diuturnis pluviarum diluviis camporum pascua ceno oblita nonnisi virides comas protulisse, quas armenta boum carpentia, repentina putrilagine in fauibus concepta, suffocata interierunt, & horum boum carnes, qui comedenderunt, eos par calamitas adorta est. Vid. quoque *Ammanni Irenicum p. 177.* ubi refertur fuisse strages duodecim studiosorum, qui anno 1677. in convictorio Lipsiensi culpa economi propter pessimum victimum interierunt, siquidem ille carnes ex vaccis mancis, & iustus copiosa apostemata habentibus comedendas dedit.

§. XXIV.

Quum omnis putredo, praesertim quae sit a morbo, sit multiplicativa, & humores animantium ad putredinem valde propclives facile afficiat, mirum non est, hominibus multum noxae, & periculi a comeditis carnibus animantium morbidorum impendere.

Scholion.

Et homines, & animalia, quae ex morbo quodam, multo magis contagioso, intereunt, ob iatus latenter putridam corruptionem vitam amittunt, conf. *Patholog. generalis Part. 1. Cap. 1. §. 14. 15. 16.* Haec vero putredo multum differt ab ea, quae ex intemperie aeris calida, & humida insanum mactatum animal incidit. Nam illa perniciosest, quia contagio ludit, haec vero minus noxia, ut ut secundum nostram sententiam ab omnibus factores infidis carnis, aliisque putridis alimentis

tantum non penitus abstinentum sit, quia res foetidae nonquam utiles, sed fluidorum in animantibus mixtione admodum adversae sunt. Nam ex usu puridarum carnium, qui in Indiam Orientalem navigant, facile incident in dysenteriam, quibus allium comedestum praefentaneum est remedium, vid. *Ottom. Heurnii nota in Fernelii Patholog. Lib. 6. Cap. 10.*

§. XXV.

Non tantum morbidæ carnes animantium, sed etiam pisces morbo laborantes, vel mortui perniciem corpori creant,

Scholion.

Ad marinorum genus referri, etiam debent mytuli, qui macilenti, & morbi adsumti graves subinde noxas creasse observati sunt. Multoties, & in me ipso animadventi, a mytulis ingratii saporis, & nullius frugis in cena sumptis, noctu maximas anxietates, inquietudines, vigilias fecutas; altero die totum corpus maculis, & tuberculis ardentibus, ac si urticis exsum fuisse, obsessum fuit; & meretur hoc loco attendi historia ab *Ammanno in Irenico tradita*, ubi vir primarius ex mytulis cena adsumptis paulo post male habuit, ejusque etiam uxor, & ancilla, quibus omnibus vomitus obtigit, vir vero tota nocte parum quievit, postea semper pejus se habuit, ac frequenter vomuit, & brevi post mortuus est. Plurima viscera putredine corrupta visa sunt, ventriculus valde corrosus, ex parte foraminibus pisorum, & lenticularum magnitudinem superantibus, ex parte vesiculis refertus erat. Plures suspiciati sunt, venenum fuisse adsumptum, & judicia a pluribus Collegiis Medicis de hoc casu requisita fuerunt, quorum tamen potioribus suspicio veneni corrosivitatem remota fuit.

§. XXVI.

Ad esculenta veneno infecta merito referendam esse existimo brassicam crispaem, *Braun-Kohl*, si rore vermiculoso, *Mehl-Thau*, infecta fuit, quam si homines comedunt, facile incident in dysenteriam morbosque malignos.

Scholion.

Rerum economicarum peritos non sicut, quam pestilens, & frugibus, dant adie-

adolescunt, & animantibus, quæ iis frugibus utuntur, sit materia, quæ sub foliis inhærescere solet, ex cumulo vermiculorum minutissimorum conflata; vulgus exprimit *Mehlthau*, & existimat cum pluviis defluere ejusmodi rorem farinaceum, qui transformetur in vermiculos. Enim vero nobis rectius, & paulo accuratius hæc considerantibus res videtur plane alia, & a vulgi opinione aliena. Veri enim simile est, cum vermiculi illi sub foliis degentes magnitudine, & figura caseorum vermiculos æquent, qui acari, & Germ. *Mullen oder Mullen*, dicuntur, originalem, & veram vocem *Mullenthau* abusu in *Mehlthau* transmutatam fuisse, cum tamen cum farina nihil quicquam commune habeat. Deinde falsa quoque est vulgi persuasio, a rore sive humore coelitus dela plo tantam congeriem vermiculorum deducendam esse. Quod si ita esset, non sub foliis, sed super folia vermiculosa ista materia subsideret, nec certa salutem invaderet loca, & fruges ibi consitas, sed latius se se diffunderet, & foliis etiam arborum inhæreret, quod tamen non accidit. Sed potius res ita se habet: observamus, maxime hoc vermiculosum venenum generari in locis humidis, & fecundioribus post pluvias tenuiores cum solis æstu incidentes, vel si solis intensissimus fervor, qualis est circa solstitium, ejusmodi subtiliores pluvias mox excipiat. Ex pluvia itaque illa humectante terram valde sulphuream, pinguem beneficio solis subito putredinem nasci in terra animata existimo, adeo ut effluvia illa ex terra hac sub frugibus contenta organica sint, id est, animata, quæ sub foliis plantarum dum subsistunt, mox ex succo hörum foliorum nutrimentum capiunt, & cito adolescunt, ut virides siant, & visui pateant. Experientia enim compertum est, aquam pluviosam, tenuem, vasi conclusam solique expositam mox in vermes animari. Ut vero omnia insecta sal quoddam causticum habent, quo tenues fibras, & tubulos frugum destruendo impediunt, quo minus veniant ad maturitatem: ita si brassicam crispatam ioficit, qua populus frequentissime utitur, neque hæ sordes venenosæ prius aqua abluantur,

sed potius cum aqua incoquuntur: accidit sapissime, ut dysenteriae, vel venenis, aut effectibus venenorū similia symptoma producantur. Ejusmodi verminosus veneno si herbas infectas oves, vel alia animantia edunt, inter hæc strages ingentes sæpius fiunt, & vermiculi etiam, maxime in ovibus, & in earum hepate, copiose generantur, & reperiuntur.

§. XXVII.

Ex potulentis, quæ veneni naturam induunt, sunt aquæ maxime stagnantes, putridæ, verminosæ, quæ & animantibus, & hominibus infensissimæ sunt, & ad morbos maxime castrenses, morbumque Hungaricum ingenerandum multum faciunt.

Scholion.

Quantum danni perpesta fuerit Laida ex cerevisia Wesopiana, quæ ex aqua stagnante putrida, & verminosa cocta fuit, nondum oblivioni datum, inquit Ammannus loc. cit. & addit: Anno 1671. hic locorum grassabatur morbus malignus inter famulos pistorum, unde vocabatur, etiam die Becker Kranckheit, quo ultra quindecim brevi moriebantur, oriebatur autem a pravo potu; nam in dolium cerevisie per orificium superioris (das Spuntloch) glires irrepserant, dubio procul a putredine illius ortum fuit malum..

C A P U T X.

De frigido potu, vitæ, & sanitati hominum inimicissimo.

§. I.

EX iis rebus, quæ præsentissimam humano corpori noxam inferunt, & quasi instar veneni illud celeriter afficiunt, quamvis in se omnis virulentia sint expertes, eminet frigidus potus, incalefcenti corpori copiosius immissus.

Scholion.

Nos equidem hic non ex toto rejicimus omnem aquæ frigidæ potionem, quin potius cum Galeno inter remedia continentium febrium, & ad bilis flavæ impetum coercendum eam reponimus: sed damnamus

mus saltim copiosum , & frigidissimum haustum in corpore extuante , & ab exercitatione calefacto .

§. II.

Experientia certa constat , plures a frigido potu hausto mox interierisse , vel in extremum animi incidisse deliquium .

Scholion.

I Plures de funesto frigidæ potionis effectu historias collectas vide in *Marcello Donato de medicis historiis mirabilibus Lib.4.cap.6.* item in *Casp. Calderæ de Heredia Tractat. de potionum varietate* , nec non in *Amato Lusitano* , item *Benivenio de abditis* , ac *mirandis morborum causis* , & *Hildano Cent.3.Obser.48.* Animi vero deliquium ex frigidæ aquæ haustu cum acerbissimo ventriculi dolore juvenis expertus est , cuius mentionem facit *Hildanus Cent.5.Obser.29.* Similemque historiam affert *Schenckius Lib 2 Obser.p.277.* Quidam sub ardentissimo sole pilæ lusu incalescens , & sudans , cum calicem frigidissimi vini biberet , animo mox desecit , ut semimortuus ad cubile delatus fuerit .

§. III.

Frigida potio vitam tollit , quia copiosus calidæ factum in corpus ingestâ sanguinis progressivum per vasa motum repente hystit .

Scholion.

Repetenda hec loco erit veritas in physiologicis jam satis abundeque demonstrata , vitam hominis perenni sanguinis , & fluidorum circuitu conservari , adeo , ut , si is vel in totum , vel ad certum tantummodo tempus sistatur , omnis cogitatio , omnis calor , motus , sensus , omnes denique vires repente auferantur . Cum vero nihil in rerum natura tam potenter , & celeriter humores , in fluiditate , & motu constitutos , coagulet , insipset , & immobiles reddat , quam frigidum liquidum in corpus admissum ; non mirum est , a copiole frigidæ potu , celeriter venis , extuante sanguine spumantibus , concepto mox vitalem istum circulum sisti , cordisque systolen , & diastolen si non in totum , tamen ad tempus tolli , quia vitales haæ motiones a perpetuo influxu , & effluxu sanguinis in corde dependent .

§. IV.

Frigidus potus maxime adversus est ventriculi , & intestinorum nerveo-musculosæ , & membranaceæ texturæ , atque ideo gravissimas in iis passiones ob spasmos inginit .

Scholion.

Sicut enim omne frigus partibus nervosis , secundum Hippocratem *secl.5.apb.17.* & *18.* & *Celsum lib.1.cap.10.* inimicum est : ita maxime ventriculus , & intestina , inter nervosas præcipue partes , perniciale a frigido potu proxime , & primario vim experiuntur , dum non modo a frigore sanguinis , & lymphæ nervorum per has partes liber transitus impeditur , sed & tonus , & motus earum peristalticus ob rigiditatem , quam fibris infert , labefactatur , unde inflammatio , cardialgia , colica , iliaca passio , proveniunt . Ita *Aetius TETRI. III. serm. lib. cit.28.* a potu frigido si quando a sudante ingurgitetur , iliacam passionem ortam notavit . *Borellus Cent.2. Obser.2.* memorat , puellas delitii gratia deglatientes glaciem torninibus , imo dysenteriis periisse . In febri biliosa cum juvenis potaret frigidam , cardialgia oborta est , teste *Rhodio Cent.2. Obser.71.* In puella annorum 5. post emulsionem gelidissimam iliacam passionem productam vide in *Miscell.Cur.an.7.Obser.73.* Et nihil certe frequentius in praxi occurrit , quam quod a frigida potione mox homines in singulum , alii in colicam , cum alvi adstrictione , incident . Quæ omnes graves passiones testantur , naturalem harum partium tonum ingentem quandam vim pauperrim fuisse . Ego plures novi sanos antea , & valentes , juvenes æque , ac femellas , qui a solo frigidæ potu , postquam ab exercitatione præcedente valde incaluerant , hausto , molestissimum illud , quod hypochondriacum dicitur , malum sibi contrarerunt , a quo nulla arte poterant liberari . Si quidem hoc malum præcipuum suam causam , atque originem in destructo ventriculi , & intestinorum tono , ac motu naturali positam habet .

§. V.

Neque tantum ventriculus , & intestina , sed & alia , præsertim sanguinea viscera

Serera noxam a frigido haustu percipiunt.

Scholion.

Quia frigidum fluido, & calefacto sanguini immissum illum densat, atque in spissitudinem cogit: facile patet, in visceribus, quæ tantum non penitus vascula sunt, ut lien, hepar, pulmo, a sanguine tardius progrediente, stagnationes, infarctus, & oppilations fieri, unde graves, & diuturnæ passiones incunabula sua trahunt. Nihil sane in praxi frequentius occurrit, quam quod a tempore messis ægrotent homines, dum phthisi, tabe vel hydrope laborant. Causam & originem horum malorum, si paullo exactius inquiramus, unice eam rejicere solent in copiolum frigidæ haustum, quam se tunc temporis situ vehementi pressos affatim acceptisse dicunt. Qui morbi plerumque, & soventur, & vires accipiunt a polyposis concretionibus, hinc inde in vasis visceralium majoribus post sectionem repertis. Et profecto polyporum generationes, qui magnos, & fere instanabiles chronicos morbos efficiunt, meo quidem judicio, vix ab alia causa rectius, quam a frigido potu, celerius in corpus sudans, ac calefactum admisso, deduci possunt. Dissecui aliquot abhinc annis generosum juvenem, palpitatione cordis multos annos afflictum, tandem peripneumonia extinctum, ex cuius arteria pulmonali ingentis magnitudinis polypus extrahebatur. Hic palpitationis tam contumacis causam non aliâ, quam potum cerevisiæ frigidum, post vehementem saltationem haustum, allegare poterat. Neque destituunt nos auctoritates veterum. *Celsus libr. I. cap. 3. p. 28.* perite; Illud nosse oportet, quod ex labore sudanti frigidæ potio sit pernicioſissima, atque etiam, cum sudor se remisit, itinere fatigatis utilis est. Et *Galenus lib. de sanit. tuenda:* frigidus potus spirandi difficultatem, & tussim inducit, invalidat cerebrum, ac fluxiones inde concitat, ventriculum imbecillum reddit, & nervos ludit languidos. Et *Hippocrates sect. 5. aph. 23.* Frigida, velut nix, & glacies, pectori inimica, tusses movent, ac sanguinis fluxiones, & distillationes efficiunt.

§. VI.

Neque vero tantum frigidus haustus corporibus sani, a cauſa externa, motu & exercitatione calefactis, nocet, sed & febrili astu correptis exitium infert, gravia concitando symptomata.

Scholion.

Ita referente *Foresti lib. I. obs. 13.* potus aquæ frigidæ copiosus in quodam comite, febre continua laborante, graves pectoris convulsiones induxit. Et notatu quoque digna historia est, quam *Hildanus Cent. 3. Obsr. 48.* proponit, cum quidam febre ardente laborans, aqualem frigida impletum sibi a domesticis afferendum mandasset, ac haustum maximum, & quantum anhelitus ferre potuit, bibisset, qui eadem die extinctus est. In intermittentibus, etiam cautissime frigidus haustus admitti debet. Plures propter nimiam humidi frigidi ingurgitationem in cachexiam, anasarcam & tumores pedum œdematosos morbo finito incident. Praclarum circa hanc rem extat monitum in *Ludovico Mercato lib. I. de recto presidior uisu. p. 55.* Aqua frigida in paroxysmo intermittentium oppilit splenem, cumque in magnitudinem attollit, sudorem promovet, & symptomata plus auget, quam mitigat: nam lienem, jecur & cetera viscera, ubi phlegmate obſidentur, attollit; & *Lib. cit. p. 50.* hac habet: Arabes in frigido potu nimis sunt licentiosi, Greci religioſe frigidum potum tarent, plura damna inde verentur, præſertim ſiquis laborat visceris alicujus obſtructione, ſi humor putridus inſit, adhuc crudus, ſi tumor, aut dolor in viscere precipuo, aut imbecillitas quædam ventrieuli, jecoris, lienis. Et certe facile exinde tumor œdematosus, vel anasarca gigni potest. In hujus alſerti confirmationem meretur adduci obſervatio notata in *M.N.C. Dec. I. an. 6. Obs. 52.* Juvenis tertiana labrans messis tempore aquam frigidam copioſe bibit, hinc hepate refrigeratio incedit in hydropem.

Scholion.

Frigidus potus excretiones sanitati admodum salutares ſiftit, & non tantum solennes sanguinis vacuationes in viris, & feminis, ſed & liberam per cutim spiratio nem impedit, alvum que conſtringit.

Scho.

Scholion.

Non una est causa, quare frigida potio saluberrimas corporis nostri excretiones fistat; nam primo, dum fluxilitatem humoribus secernendis adimit, fit, ut ad venas capillares, ex quibus maxime excretoria constant, secernenda materia pertingere nequeat. Deinde frigoris ea est natura, ut partes solidas constringat, easque rigidas efficiat. Quia vero totius corporis membranæ, praetertim nerveæ, mutuum inter se habent commercium, ita, ut si una pars vehementius contrahatur, exteræ omnes de statu pristino pariter declinent, & simili plane modo afficiantur, ut de corporibus elasticis id perpetuum est; hisac frigida potio in ventriculum admissa mox totum afficit corpus, cutis contrahitur, ejusque meatus strictiores redditi perspirationem difficiliorem efficiunt, alvus queque dura, tensa & constricta fit, & vasa uterina, quæ sanguinem plorant membrum, arctiora evadunt; quare non mirum est, aquæ frigidæ potu semellis nihil esse nocentius, & fistendo mensum profluvio aptius. Eandem ob causam frigida potio eo tempore, quo in morbis materia peccans ad habitum corporis amandari, & per cutis secerniculum expelli debet, alienissima est. Ita legimus in *Misc. Cur. Dec. 2. an. 9. obs. 19.* frigidum potum in petechiis jam expulsis lethalem effectum habuisse. Idem metuendum est, si quis in exanthematicis febribus, eo tempore imprimis, quo variolæ, mōbilli, vel purpura ad cutem propelli debent, frigidum potum concedere velit. Ego aliquot funestos effetti in febribus jam inclinati, & fere finiti vidi. Laborabat ante aliquot annos Berolini vir illustris, jam senex, ex peripneumonia, & post decimum quartum diem fere omnia remiserat symptomata, nisi quod ob copiosos sudores siti premeretur. Concessit medicus tunc ibi notissimum potum acidularum Tennsteinensium libera liorem, pro lubitu sumendum. Ille intra trium horarum spatium duo vasa, quæ duas fere mensuras continebant, exhausit: brevi post ingens universum corpus languor tenebat cum summa virium dejectio ne, & intra quatuor horas interiit. Vidi

quoque foeminam, quæ ex morbilis decumbebat, & iis jam evanescentibus hau stum valde frigidum adsumperat, non modo in tussem, & asthma, sed & contracturam pedum plures per annos durantem incidisse. Siquidem post febris impetum, hisce in morbis sedatum natura jam tota occupata est in exercendis per transpiracionem copiosis istis sordibus, quæ ipsis in morbo genitæ fuerunt: quarum violenta retentio novis, & gravioribus subinde malis producendis occasionem subministrat. Vidi quoque aliquoties ob frigidum potum, corpori exercitatione valde calefacto copiosius immissum, maculas, & pustulas, imo tubercula in universa cute, praetertim in facie, oborta, non aliam certe ob causam, quam ob perspirationem repente interceptam.

§. VIII.

Est vero potio frigida pestifera, ubi ventriculo imminent quædam inflammatio. Quare, qui pharmacum validius, vel emeticum quoddam adsumperunt, aut vehementer ira commoti fuerunt, ab hau stu frigido velut a veneno sibi caveant.

Scholion.

Res enim extra controversiam posita est, & ab ira, & a fortioribus pharmacis, ejusmodi ventriculum eique annexa intestina spastica quadam strictura corripi, quæ utique a frigido dum augetur, inflammatoria sanguinis stasis quam facile induci potest. Plures hac ratione mortuos, vel in miserissimum infirmæ valetudinis statum conjectos fuisse notavimus.

§. IX.

Nulli vero ætati, ut omne frigus, ita maxime frigida potio tam infensa est, quam senili.

Scholion.

Senes jam per se ex omnium medicorum consensione calidi, ut loquuntur, nativi defectu laborant, & valde languidum ad concoctionem habent ventriculum, idque eam ob causam, quia arctioribus meatibus redditis sanguis, & fluidum nerveum, ut in omnes partes, ita maxime in ventriculo, & intestina parciore copia influunt. Quare multo facilius cursus sanguinis a frigido in his partibus fisti potest, adeo ut

spha-

Iphacelus mox eas partes corripiat. Quin etiam a sola refrigeratione harum partium propter fructus horaeos refrigerantes, & silvo tempore magna in copia ingestos, aliquot decrepitæ etatis viros mortuos animadverti. Quidam in stranguriam inde incident molestissimam, quæ ægerrime sanationem recipit. Alii dolorem colicum, rursus alii affectus soporos inde sibi contrarerunt. Atque hoc saluberrimum præceptum circa noxam potionis frigidæ non modo senes, sed & alii infirmioris naturæ homines, & valetudinarii, & qui ex præcedente morbo, vel immodicis evacuacionibus vires, & vigorem amiserunt, omni cura observare debent. siquidem nihil tam subitam in perturbanda motuum vitalium œconomia mutationem, præter excessivum frigus, sive cum potu, sive extrinsecus corpori admisso, inferre potest; si que medici morborum tam chronicorum, quam acutorum primordia paulo curatius investigare vellent, certissime futurum esset, ut nihil magis, quam frigidum potum sanitatem offendere deprehenderent.

C A P U T X I.

De rebus non venenatis, sed instar
veneni in corpus humanum
agentibus.

§. I.

PLures dantur in natura res, omnis quidem venenosæ qualitatis expertes, tam inimicæ vero ratione effectus humanæ naturæ, ut veneni vim tantum non æmulentur.

Scholion.

Hujus generis effectus sunt crudeles illi dolores, qui a rebus plane ludicris, intra vel etiam extra corpus admisis, ut vermis, calculis, dentibus, aciculis, iætu vesparum, punctura partium nervosarum proveniunt.

§. II.

Uti venenorū actio est pure mechanica, dum caustica spiculis acutissimis in nerveas partes grassantur, easque arroendo, & lancingando in universo nervo-

rum genere pro differentia partium atrocissima pathemata inferunt: ita etiam ab arrofione nervearum partium a supra dictis asperis, & scindentibus rebus symptomata venenis similia induci, experientia docemur.

Scholion.

Operatio certe venenorū non rectius, & clarus, quod sit pure mechanica, explicari potest, quam per ejusmodi res sensu manifestas, quæ cuspidibus, & spiculis fibrillas nerveas pungendo, discindendo eadem, quæ a venenis proficiscuntur, symptomata concitare solent. Quo magis apparet, quam crassus eorum sit error, qui ad plane occultas qualitates, & rationes agendi, v. g. terrores æthei, ob damnum a veneno præsens, horum operaciones referri debere contendunt.

§. III.

Vermes, in ventriculo, vel etiam intestinis stabulantes, tunicarum nervearum rofione, & vellicatione sèpe totum nervosarum partium sistema graviter convellunt, & vehementes spasmos, atque convulsiones inducunt.

Scholion.

Qui historias morborum, a verminosa progenie natorum, paulo accuratius perlegere cupit, quæ hinc inde a probatissimis auctoribus memorizæ proditæ sunt, is veritatem hujus theses facile animadvertis. Ex compluribus vero meretur ea attendi, quæ conscripta est a Cl. Pechlinò, vid. Lib. I. Obser. 65. ubi puer septem annorum magnæ urinæ incontinentia dixerari cœpit, & sèpius velut fulmine iætus violentas corporis palpitationes, seu mavis conglobations, intensissima thoracis elevatione, & animæ defectione comitas, expertus est, cum ingenti simul fame juncta, quæ omnia dejectis vermis binis longis, & teretibus conqueverunt. Alius puer, vermis vexatus, de lumborum, ventris, & penis dolore conquebatur, ut suspicio calculi excitata fuerit, tandem oborta epilepsia est, quæ cum collidoloribus cessavit, vermis alvo emissis. Legi quoque potest in Miscell. N. C. Obser. 187. Dec. I. An. 6. ubi a vermis filia octo annorum ita fuit vexata, ut caput, bra-

brachia , & cura in continuo essent motu , & caput a dextro in sinistrum , & contra brachia , & crura sursum deorsum agitantur . *Gregorius Horstius in Epistolis Medicinal. Sect. 7.* tradit , filiam 14. annorum a vermis non tantum ingentem collī constrictiōnem , quasi laqueo injecto fauces præcludente , cum imminentē suffocationis periculo , sed utriusque insuper tum brachii , tum cruris motum convulsivum fuisse perpeſam . Perquam notata digna etiam est observatio *Cl. Thomasi Miscell. Curios. Dec. 3. An. 3.* de juvencula , horrendis epilepticis insultibus corupta , cum apparitione simul spectrorum , quæ omnia statim cessarunt , verminosa progenie superne , & inferne reiecta .

§. IV.

Graviora sunt symptomata , si ventriculi tunicas vermes arridunt , quia hujus ingens est consensio cum universo nervoso genere , & sapis exinde mors subsequitur .

Scholion.

Trallianus Libr. 7. Cap. 9. ait , frequenter vermes sursum ad os ventriculi ascendere , & cardiacos affectus , ac immobilicas animi defectiones excitare , ut non nulli statim intereant , unde mors infantum inopinata ab eroſo fit ventriculo . Equos a vermis in ventriculo subito in horribiles artuum iactationes conjici , & brevi interire , res vulgo etiam est comperta . Nam sicut cauſicæ indolis venenum sola roſione tunicarum ventriculi mox lethales infert spasmos ; simili ratione id posse fieri a vermis , vero est congruum .

§. V.

Vermes in omnibus nervosis partibus suas ludunt tragœdias , & gravissima concitant symptomata , non secus , ac venena id efficiunt .

Scholion.

In ventriculo vomitum , nauſeam , famem , cardialgiam cum ſumma virium dejectione , in intestinis tortuina , flatulentias , lienteriam , alvi fluxum , incordeſyncopen , & febres tam acutas , quam lentas , & quotidianiſ ſimiles ; in capite

præter convulſiones delirium , aphoniā , cephalalgiam , ſomnolentiam , omnium ſenſuum privationem , ut instar apoplexiorum velut morti vicini jaceant ; in fauicibus strangulationem , & ſaliva fluxum , in ductibus urinariis urinæ incontinentiam , in facie colorem lividum , in naribus pruritum , in habitu corporis extremerum frigus , & frequentem mutationem frigoris in calorem , & contra ; in alſera arteria tuffim excitant . Neque vero continuo hæc producunt pathemata , quæ potius interdum conuiuent , quandoque certis periodis repetunt , uti fere omnium , quæ a ſpasmis oriuntur , afflictionum mos eſt , quia immanes partium a ſpazio tractions , & motions preſſo pede earundem ſumma ſequitur imbecillitas , ſeu motuum debilitas .

§. VI.

Quum ſpasticis ſtricturis vim , & robur nervosarum partium laceſſe soleant vermes , idque per paroxysmos : prudenter ii agunt medici , qui ab acrioribus , & expulſiuis , ne ſpasmos augeant , abſtinent , utpote quæ magis silentibus accessionibus uſui eſte poſſunt .

Scholion.

Error hic medicorum vulgaris propemodum notandus eſt , quod ſine diſtincione temporum , & individuorum plerumque statim , ad expellendos ingratis hospites , acria purgantia , vel etiam calidiora alia propinant , cum ſepiſſime inde ſymptomatum fiat exasperatio , tantum abeft , ut aufſpicatus effectus inde ſequatur . Fabula quoque eſt , quod circa novilunium anthelmintica tantum porrigi debeat ; ſed potius delinientia , & antiſpasmatica in impetu ſymptomatum dare conuenit . Poſtea iis quiescentibus mercurium dulcem cum purgante ſlimulo , quod remedium omnium aliorum vires exſuprat , dare expedit . Semper tamen præstat prius iuſtina probe emollire lacte , vel cum lacte etiam acriora dare , hinc vulgus etiam non mediocri cum effectu allium ex lacte cocto exhibere ſolet .

§. VII.

Immanes etiam ſunt illi dolores , qui ex aſterioribus , vel grandioribus calculis , in

in viis urinariis hærentibus, excitantur, qui si graviores sunt, facile etiam universum nervosarum partium systema in confessionem rapiunt.

Scholion.

Solet ordinario calculus, ureteri inhærens, vicinas primum partes, ut ventriculum, & intestina, ipsamque vesicam cum ductibus urinosis, & nervos ejusdem lateris crurales spasmus afficere, unde individui calculi comites nausea, cibi fastidium, vomitus, vel conatus ad eum, frequens ructatio, intestina torquens dolor, alvus adstrictior, urinæ stillicidium, ægra spiræ flexio, ac torpor cruris esse solent. A dolore vero acerbiori ex toto fit urinæ suppressio, pulsus febrilis, convulsio, summa anxietas, jactatio corporis, epilepsia, & convulsio sequitur, quæ viris plus, quam feminis funesta esse solet, interdum etiam lethalis ventriculi accedit inflammatio.

§. VIII.

Neque tantum calculus in ureteribus, sed etiam in ductibus nervoso-musculosis, qui bilem ad duodenum devehunt, inhærens acutissimos efficit dolores, vicinas pariter, & remotas partes in spasticos motus abripiens.

Scholion.

Si calculus, ex cystide fellea protrusus biliaris ductibus impactus est, crudeles in dextro hypochondrio oboriuntur dolores, cum summa anxietate juncti, intercipitur sæpe usque ad suffocationem spiritus, noctes sunt insomnes, jactatur corpus, alvus est dura, & constricta, pulsus est contractus, extremæ partes inalgescunt, & conatus est ad vomendum. Si diutius ibi moram trahit, sequitur tabes, vel etiam hydrops, quæ cuncta symptomata facile necem inferunt. Protinus autem cessant, calculo ex ureteribus in vesicam, vel ex ductu cholodocho in duodenum delapso. De calculo vesiculæ fellis vid. Hist. in *Miscell. Curios.* Dec. I. An. 6.7.

§. IX.

Quum gravia illa sæpiusque funesta a calculis orta symptomata, nonnisi spasticae stricture partium nervosarum inprimis imputanda sint: facile patet, quam im-

prudenter ii medici agant, qui in impetu morbi fortiora pellentia, calida, acria diuretica, & stimulantia propinuant.

Scholion.

Notandum utique hic est innocentissimus, & vulgaris error, qui per diuretica fortiora committitur, quæ spasmos augendo non modo symptomata exasperant, sed & impediunt, quo minus e sede sua calculus moveatur. Sed potius clysteribus emollientibus, fontibus, balneis, anodynais laxandæ sunt viæ, ita iis remittentibus lenissimum pellens bujus propulsionem accelerabit.

§. X.

Immanes etiam sunt spasti, & generis nervosi afflictiones, quæ funestum sapientis in modum infantes teneros exercent, dum dentes difficulter pariunt.

Scholion.

Plures ex infantibus a difficulti dentitione gravia symptomata pati, imo mortis notissimum est, præsertim, si sint habitores, & debile ex matre, si hæc est hysterica, nervosum genus obtinuerint. Simulac dentes, prælertim canini, movere & perrumpere gingivalem carnem incipiunt, protinus ingruunt pavores in somno, oriuntur febres, tormenta in ventre cum alvi strictura, accedunt asthmata, convulsiones, catarrhi suffocativi, epilepsiae lethales plerisque, quæ omnia a solo dolore proficiunt certissimum est.

§. XI.

Neque vero tantum infantes, sed & adultiores ex dolore dentium gravia patientur mala.

Scholion.

Si vehementior dolor urget, statim mutatio fit in pulsu, qui ad celeritatem inclinat, temporum arteriarum ejusdem lateris valide moventur, suboriuntur anxietates, alvus fit strictior, & tardior, urina tenuis mingitur, pedes refrigescunt, in quibusdam accedunt lipothymia; dolore cessante dolor, & gravitas caput diutius detinet. Notabilis sane occurrit historia, descripta a Tulpio Lib. I. Cap. 36. cum seni medico genuini dentes erumpere coepissent, quorum eruptionem incisis gingivis cum scalpello accelerare voluit, sed inde omnia in.

in pejus fuerunt, dum dolor non placatus, sed crudelior factus: præterea febris, vigilia, & delirium adeo efferum fuit, ut dies noctesque præ furore discurrere per conclave debuerit, antequam miserrimo dolori finem mors impulerit. *Novi*, inquit *Hildanus Cent. 2. Obs. 12.* qui ex nimis dentium doloribus facti sunt epileptici, alii visum amiserunt, alii visum duplicatum acquisiverunt, de quo symptome legi potest memorabilis historia *Cl. Raygeri in Miscell. Nat. Curios. Dec. 1. An. 8. Obs. 62.*

§. XII.

Quoniam acerbus dolor unica, & vera causa tam gravium, & subinde funestorum symptomatum est in corpore, ubi nihil vitii in universa sanguinis, & humorum massa latet: nihil aliud utique agendum est medico, quam ut omnibus viribus annitur, quo dolorum hæc saevitia mitescat, & effrenes illi in genere nervoso motus, & fortes oscillationes, & agitationes componantur; qua ratione mox omnium malorum allevatio sequitur.

Scholion.

Qua propter graviter errant medici, qui in difficultate dentitionis alvi laxande causa acribus ex jalappa, vel ejus resina, cum, vel sine mercurio dulci, non una, sed repetitis vicibus teneros infantes exercent, & copia medicamentorum, potissimum calidorum, miseris infantes fatigant, a qua perversa curandi ratione, utique nihil aliud, quam major symptomatum vehementia ipsaque mors expectanda est. Simili ratione ad placanda ex dolore dentium orta symptomata nihil presentius est, quam alvum aperire clysteribus emollientibus, & seri acris discussionem per blanda potius diaphoretica cum anodynibus mixta, & paregorica externa moliri, quam apophlegmatizantibus, & acrioribus calidis uti.

§. XIII.

Tam crudelis etiam est ille dolor, qui in meatu auditorio valde sensibili, sive ex inflammatione, sive ex animalculo in aurem descendente, suboritur, ut præter immanissima symptomata furorem, atque etiam mortem accersat.

Scholion?

Legi hac de re possunt *Miscell. Nat. Cent. r. Dec. 2. An. 2. Obs. 39.* item *Dec. 1. An. 4. Obs. 50.* Memorable exemplum, quod a globulo, in aurem sinistram intruso, omnes nervi ejusdem lateris in consensu trahi possint, adeo, ut convulsiones, epilepsia, & summæ anxietates producantur, *Hildanus Cent. 1. Obs. 4.* proposuit. Idem auctor *Cent. 4. Obs. 25.* id ulterius confirmat, dum ex instillato liquore in aurem ab empirico vehementissimum cum febre, & delirio dolorem excitatum fuisse testatur.

§. XIV.

Quam pernicalia a punctura nervorum, & tendinum mala non sine vita periculo proveniant, ob consensum, quem nerveæ hæ partes inter se alunt, complures functæ historiæ testantur.

Scholion.

Quemadmodum ex spina pedi infixa dolor, febris, inflammatio oriatur, *Hildanum*, ceu testem, provoco, vid. *Cent. 5. Obs. 2.* idem auctor *Cent. 1. Obs. 34.* a deglutita acicula dolorem ardente, febrem, delirium, convulsionem ortam fuisse tradit, vid. quoque *Miscell. Natur. Curios. Dec. 1. An. 3. Obs. 86.* Ex sola acus punctura in digito *Amatus Lusitanus Cent. 1. Histor. 38.* dolorem, & febrem notavit. *Cheyne in Observ. Lib. 1. pag. 120.* histriam refert, quandam ex punctura tendinis in pollice septimo die mortuum esse; ex vespere punctione gangrenam secutam identidem *Hildanus Obs. 80. Cent. 4. Historia* proponit. Infelix est ea venarum sectio, ubi nervus in manu circa basilicam, vel tendo sub cephalica lancetta lœditur. Qua de re notabile refert exemplum de *Rego Galliarum*, *Carolo IX. Paræus in Operibus Lib. 9. Cap. 38.* & *Fonseca Libr. 1. Consult. 74.* item *Hildanus Cent. 4. Obs. 20.* ubi ex laeso tendine per phlebotomiam mox totum brachium cum maximo dolore intumuit. Convulsionem lethalem ex unguibus incaute relectis describit *Rhodius Cent. 1. Obs. 40.* item *Meckern. in Observat. chirurg. a contusione medii digiti intolerabiles dolores cum tumore, inflammatio-* ne, & vehementi febre ortam proponit.

Et quid frequentius evenit, quam a clavo pedum improvide refecto multos ob gangrenam supervenientem perire, praesertim, si corpora sunt senilia, impura, & cacochemica. Immanis dolor, qui ex ingenti partium nerveo-tendinosarum, ut sunt pedes, manus, facies, ambustione oritur, plures interficit. Superveniunt vomitus; inquietudo, animi deliquium, sopor, convulsio, inquietudo, in non nullis insania. Et certe ardentissimus ille dolor, qui in variolis confluentibus ab exulceratione manuum die nono excitari solet, frequentissima est in hominibus, qui aetate florent, meo quidem judicio, mortis causa.

§. XV.

Magna itaque est dolorum potentia corporis nostri vires, & motus destruendi, ita prorsus, ut veneni effectus non absimiles exhibeant.

Scholion.

Dolor est tristis in mente sensatio, & oritur a violenta motione, & oscillatione partium nervosarum, quam perpetuo spasmus, sive constrictio insequitur; quæ eo major est, & latius per universum nervorum genus subinde diffunditur, atque naturalem motuum directionem in fluidis interturbat, quo violentior est ille in partes membranaceas insultus. Sicut vero gravior spasmus, qualis fit a venenis, ingentes, & periculi plenas stases, & stagnationes, vehementium symptomatum, imo mortis productrices, movent, & vires plane exhaust: simili ratione tanta saepe est dolorum atrocitas, ac magnitudo, ut spasmi inde suborti vitales motus, sanguinis scilicet circuitum inæqualem reddant, aliterque dirigant, atque determinent, ita ut in hac, vel illa nobili parte subinde fistatur, & homo tantum non penitus intereat.

§. XVI.

Ea est dolorum indoles, ac vis, pri-
mum, ut aucto in systemate partium ner-
vosarum motu oscillatorio vires destruen-
do homines quasi examinatos reddant;
deinde, ut summas inquietudines, atque
anxietates cum frequentiori loci mutatio-
ne accersant; tum ut pulsus duriorem,

& celeriorem efficiendo calorem in univer-
so corpore accendant, ac tandem, si in-
valescunt, convulsione, ac delirio spiritum vitalem praecidunt.

Scholion.

Horum molestissimorum symptomatum ratio non aliunde repeti posse videtur, quam a vehementer lacessitis nervis, & partibus, quæ ex iis constructæ sunt, dum causa subinde plane futilis, & ludicra, nempe flatus, vermes, calculus, dentes, scissura, instrumenti cuspis, & his similia, vehementer eas exagit. Quisquis haec videt, facile intelligit, omne consilium medentis eo maxime omnium esse dirigidum, ut confessim dolorem auferat; & violentias illas generis nervoli afflictiones allevet, si vel vires, vel vitam hominis servare velit. Divinam utique ejusmodi in casibus opem ab iis, quæ dolorem efficaciter levant, & somnum inferunt, expectare licet; modo maturius, neque eo demum tempore, quo omnes vires jam penitus exhaustæ, & funestæ sanguinis stases sunt, exhibeantur. Nam ineipientibus morbis semper vires sunt firmiores, quam ubi jam diutius perseverarunt.

§. XVII.

Ea est dolorum vis, atque molestia, ut non modo totum corpus inde patiatur, sed imprimis, etiam alimentorum in stomacho digestio inde labefact, atque saluberrimæ illæ, quæ alvo, atque perspiratione fiunt, evacuationes non parum immi-
nuantur.

Scholion.

Nam si vehemens ex dolore spasmus in universum omnes nerveo-musculosas per consensum corripit partes, easque valide constringit, certe pertingit is etiam ad intestina, unde vis motrix, & peristaltica ventriculi, & intestinalium læditur, cibi diutius ibi retinentur cum excrementis, & summa quoque cutis ob ingentem strictram, quam patitur, parum perspirat. Ex quo intelligi debet, in omni graviori dolore cibi abstinentiam utilissimam esse, vel eum saltim imbecillem præbendum, & loco vini aquam bibendum. Ex hisce etiam recte colligitur, evacuationes magno dolore cohitas non acribus, & sti-
mulan-

mulantibus, sed potius sedativis, & quæ dolorem levant, restituendas esse, quia cœslante spastica stricatura sponte sequuntur pristinæ tam per sudorem, quam per alvum evacuationes. Recordor hac in re nefariam medici curam, qui, quando ex dentitione difficulti tenelli infantes alvo strictiori laborare cœperunt, repetitis purgantibus, quæ ex mercurio dulci, & resina jalappæ aliquæ granis constabant, eam moliri, tristi sapissime exitu, in splendidis etiam personis tentabat: epileptici enim mox sequebantur insultus prolsus fūnasti. Sed longiores fuimus in recensendis illis gravibus vitiis, quæ causæ externæ potissimum, & violentæ inferunt: sequitur nunc, ut morborum origines ex iis rebus, quæ ad vitam, & valetudinem intemerat servandam pertinent, & nobis quotidianæ, & domesticæ sunt, persequamur. Id enim non dubium est, quin tum vita, vires, & sanitas, tum morbi, & mortes ex iis rebus, quæ in corpora humana ingerruntur, cuius generis sunt aer, cibus, & potus, & quæ ex iis quotidie ejici debent, suam originem, ac generationem habeant, ut adeo mirandum sit, quod ea ipsa, quæ

materiam, & causam fovent vitæ, & integratatis, mortem quoque, & tot malæ inferre possint. Ex aere enim, & diætis morbos oriri, rectissime *Hippocrates Lib. de flatibus* pronuntiat. Vilum est igitur nobis primum de dispositione corporum ad morbos, deinde de ingestorum vitiis, & copia, & intemperantia, naturæ inimicis, tum de excretionibus deficientibus, & suppressis, & quæ exinde mala oriuntur, ordine dicere, omnemque rem tam clare oculis, & menti subiecere legendum, ut, quæ vera sit origo, & generatio omnium morborum, & qua via illi præcavendi sint, satis superque appareat. Neque enim ego satis hue usque mirari potui, quemadmodum, qui morborum origines, & causas scriptis tradiderunt, e longquo quasi eas deducere, ac derivare ex tot obscuris, & minus evidenter rationibus, atque principiis allaborarint, neglectis iis omnibus simplicissimis, facilissimis, & quibus quotidie indiget homo, rebus, nempe ingestis, retentis, & excretis, quæ tamen ad veram, & realem morborum causam subministrandam satis apta, atque idonea sunt.

PHILOSOPHIÆ
CORPORIS HUMANI MORBOSI,
S I V E
PATHOLOGIÆ GENERALIS,
P A R S III.

De morborum ortu, ac generatione ex imbecillitate corporis humani, vitio ingestorum, impeditis excretionibus, sanguinisque, & humorum abundantia, atque impuritate, itemque de iisdem & præmatura morte præcavendis.

C A P U T P R I M U M.

Corporum imbecillitate morbis potissimum obnoxia.

§. I

Medicus non tantum rerum nocentium, & quæ morbos inferunt, proprietates, ac vires generatim, & absolute, sed etiam relative imprimis, & effective in individuo spectare, & considerare debet: ita enim demum vera, & utilis, & ad judicandum, & ad medendum apta observatio, atq; experientia enascitur.

Scholion.

Neque enim ullibi corporum dari vires certas & absolutas, sed omnes esse relatives, & certis conditionibus adstrictas, supra jam docuimus. Has autem relationes ad tot diversa individua probe intelligere, & invenire, id præcipui in medicina fluidi, laboris atque momenti est, & inter ea referendum, quæ vulgus, atque empirici non satis capiunt, qui effectum in medicamento tantum ponunt, neque eum pro diversitate corporum mirifice variare.

& dissidere perspicunt. Et ita quoque se habent morborum causæ, & res naturæ humanæ infensæ, quarum effectus pro varietate individuorum valde disjunctus, & subinde plane alienus est. Siquidem ex activa rei virtute, & reactione corporis, velut subjecti, quod recipit actionem, demum effectum certum produci, apud omnes philosophos in confessu est.

§. II.

Ingentem corporum humanorum differentiam veteres medici, atque ex iis sapientissimi Hippocrates, ac Celsus probe attendeant, quin imo pro primo, & præcipuo artis nostræ habebant fundamento, eo quod in dies fere observabant, quod alterum ledit, idem alteri sèpius ne ullam quidem molestiam procreare. Atque ideo tam in morborum generatione, & curatione, quam in iis præcavendis omne judicium, consilium, & remediorum applicationem ad corporum differentiam, quæ potissimum in ætate, & habitu corporis posita est, maxime omnium vero ad eorum vires dirigi debere, rectissime judicabant.

Sectio-

Scholion.

Hippocrates Libr. de flatibus §. 8. differentiam corporum ita describit: *Different corpus a corpore, natura a natura, & nutrimentum a nutrimento, non enim omni animantium generi eadem, aut non conserunt, aut commoda sunt, sed sunt alia aliis magis convenientia.* Et Libr. 1. de morbis §. 11. pag. 16. *differt corpus a corpore, & etas ab etate, & aliqui majorem tolerantiam in morbis habent, alii omnino ad tolerandum impotentes sunt.* Et Sect. 3. aph. 2. *naturas quasdam ad aetatem, alias ad hiemem bene, aut male se habere prodidit.* Neque hoc caret experientia, & ratione: nam videmus senes, & phlegmaticos, & hypochondriacos aestate, quia perspiracionem auget, optimè se habere, contra hiemem, qua eandem cohibet, pessime. Idem Auctor Libr. de articulis pag. 83. ait: *magna est differentia naturarum in hominibus, ut hoc vel illud facile, aut difficulter ferant.* Et Libr. 2. Predictionum §. 20. *multum differunt corporis ipsius hominis structura, aliquando enim neque febricitat, neque inflammat sauciatus, aliquando etiam circa causam febricitat, & aliqua corporis pars omnino inflammatur.* Alii pro vulneris dolore delirarunt, & febribentes mortui sunt. Quicunque epim aut corpus febricitans habent, aut mentem turbat, talia patiuntur. Sed neque hæc admirari oportet, neque formidare, illud ex pendendo, quod & animæ, & corpora hominum plurimum differunt, & vim maximam habent.

§. III.

Differentia inter corpora imbecillia, & inter firma, ac robusta maximi est momenti in arte medendi; utpote illa morbis admodum sunt obnoxia, hæc vero rarius ægrotant.

Scholion.

Maxima utilitatis hæc veritas primum auctoritate veterum, deinde solida ratione, tum etiam experientia omnino stabilienda venit. Primum prodeat Hippocrates, qui in Libr. de Veteri Medicina §. 21. hunc in modum differit: *Ceterum tales naturas, quæ cito & fortiter ejusmodi deliciis offenduntur, imbecilliores aliis esse ju-*

dico. Proximus autem est imbecillus languenti: verum imbecillior est languens. Et eodem Libr. §. 7. scribit: Consentaneum est, plurimos, & debiliori natura præditos periisse, eos vero, qui victum illum superare poterant, longiori tempore durasse, & restitisse. Huic suffragatur Celsus Libr. 1. Cap. 3. in fine: *Omnibus morbis obnoxia maxime est infirmitas.* Et alibi quando corpus offendit, id maxime sentit partitiosa; adda Cap. 1. ubi quemadmodum sanos agere convenient, edisserit hunc in modum: *Sanus homo, qui & bene valet, & sua sponte est, nullis obligare se legibus debet, ac neque medico, neque jatralipta egere.* Hunc oportet varium habere vitae genus, nullum cibi genus fugere, quo populus utatur, interdum in convictu esse, interdum ab eo se retrahere, modo plus iusto, modo non amplius adsumere. Cap. 2. vero, quæ imbecillis servanda sint, prolixius exponit. Multum quoque refert, in adhibendis medicamentis scire, robusta an infirma natura fuerit; hinc Hippocrates Libr. de Locis in Homine §. 39. fortibus forte, debilibus vero debile medicamentum exhiberi jubet.

§. IV.

Robusti & firmi homines rarius ægrotant, & multi per omnem ætatem a morbis immunes degunt.

Scholion.

Ut ut innumerabilis sit multitudo, & morborum, & earum rerum, quæ hominis valetudinem offendere possint, tamen mirandum est, complures dari homines, qui per omnem ætatem, si forsitan infantilem exceperis, a morbis immunes degunt. Quot sunt, qui nunquam febrem experti sunt, qui nullis psalmis, doloribus, vel cruentis profluviis urgentur, qui a podagra, phthisi, hydrope, cachexia, malo hypochondriaco, scorbuto, aut sphacelo & gravibus capitum morbis non infestantur. Et hoc in numero maxime sunt robusti, laboribus dediti, duro & simplici victu utentes, plebeii, rustici, qui vitam sine affectibus, & sine angore transigunt, ætate juvenes, viri, ratione habitus corporis macilenti, venis amplioribus prædicti, carne tensa, firma, & musculosa gauden-

tes, de quibus verissime pronunciat sacra scriptura, robustos non egere medico, vel medicina. Contra vero parum firmi homines, ætate infantes, senes, habitus corporis fluxi, & spongiosi, a natura debiles, & qui tenues, & copiosas habent venas, qui vires ex præcedente morbo, vel vehementi medicina, aut animi turbatione gravi adfictas habent, ii continuo morbis patent, conqueruntur, & pluribus malis, ac molestiis idque frequentissime exigitantur.

§. V.

Robusta, & imbecillis natura hominum maxime ex virium substantia, copia, & proportione æstimanda est.

Scholion.

Vires in corporibus non alia intelligentia sunt, quam motrices, quæ motu maxime se exerunt. Hæ vero ex certis sedibus quasi comprehensæ in universum corpus diffunduntur. Animales, quæ sensum motumque præstant, e cerebro, & medulla spinali per nervos veniunt; vitales ex corde per arterias diffusæ identidem ad calorem, motum, respirationem, & ad corpus a corruptione per continuam rerum alienarum excretionem vindicandum conferunt: naturales ex ventriculo, & alimentorum canali proficiuntur, & materiam sanguinis, & succi nutritii præbent. Itaque somnolentia, assidua vigilia, debilitas sensuum, & motuum voluntariorum, virium animalium imbecillitatem arguunt; pulsus vero parvi, debiles, contracti, respiratio crebra, & difficilis infirmum vitæ robur ostendunt: depravatus vero appetitus, flatus, retenta excreta, vitiosa nutritio, virium, ut ita loquamur, naturalium defectum commonstrant.

§. VI.

Igitur robusta, & sana corporis natura illa nobis dicitur, in qua omnes corporis functiones salvæ, ac integræ sunt, quo fit, ubi motus solidorum fistoles, & dia fistoles, & progressivus fluidorum, neque minus excretorii, qui aliena, & inutilia a corpore separant, vigent; imbecillia vero natura est, in qua motus illi depresso, impares, & languidi functiones corporis animati depravant.

§. VII.

Quo vividiores sunt motus progressivi, & excretorii in corpore, eo valentior, & robustior est homo, eo quod sufficiens, & proportioni congrua lymphæ per nervos, & sanguinis, nec non succi nutritii per arterias in totum corpus inque motus organa copia influit; tum etiam, quia motu inutile, & effictum semper a corpore sejungitur, & utiles succi in ejus locum restituuntur.

Scholion.

Superioribus locis satis abundeque explicavimus, vires ex aere, & alimentis probe digestis, & subactis, quæ commoda materiam boni sanguinis, & lymphæ subministrant, ratione primæ originis proficiunt; fusi quoque docuimus, per continuas, & proportione ingestis respondentes excretiones corpus vires, & vitam conservari.

§. VIII.

In imbecilibus vires, & motus deficiunt, excretiones non recte sunt, & parum boni sanguinis, & spiritus accedit ad corpus, unde succorum & nimia fit abundantia, & nimia impuritas, atque adeo ex retentis, & stagnantibus humeribus solennis morborum fit origo, ac generatio.

§. IX.

Cognoscitur natura robusta ex motuum organis, ac vasis, & cavitatibus, quæ succos continent, & per quas illi feruntur.

§. X.

Quorum corpus vasis latis, & capacibus est, quorum fibræ solidæ, compactæ, & renitentes sunt, quorum nervi, actinides robusti, cor & caput amplum, ii robustam naturam præ se ferunt. Qui vero exiles, & tenues habent venas, fibras valde laxas, molles, ac solutas, nervos quoque & tendines teneriores possident, ii naturæ infirmæ, & debiliores recte habentur.

Scholion.

Per ampliora enim vasa, ac nervos magnos plus sanguinis, & fluidi subtilissimi succique nutritii ad partes adfertur, quam per tenuia, & exilia; per capaciora etiam vasa sanguis cæterique humores liberiori, &

& expeditiori cursu circumferuntur, qui in angustioribus facile harent, & stagnant. Præterea per majores diametros vasorum in excretoriis liberiores, & largiores fiunt excretiones, quam per angustiores, & minores. Et quia in liberiori sanguinis circuitu, & vacuationibus bene succedentibus, vita, robur, & sanitas consistit, sequitur languidiorem sanguinis motum, & deficiente excretiones ad congerendos vitiosos, qui morbum inferunt, humores esse aptissimas. Accedit, quod major calor sit in robustiori, minor in imbecilliori, nam secundum Galenum Libr. 11. de temporamentis, quicunque latioribus sunt venis, natura calidiores existunt, qui angustis, frigidiores. Atque ob id etiam secundum Hippocratem calido sunt ventriculo graci-les, & qui venas prominentes habentes.

§. XI.

In numerum imbecillum referendi etiam merito sunt, qui texturam corporis exquisitius sentientem habent, i. e. qui ex levi causa, atque occasione motuum anomaliis spasticis, & convulsivis sunt obnoxii.

Scholion.

Videtur quidem diathesis facilis ad spasmos, & præter naturam oscillationes, fibrarum imbecillitati, quæ in defectu motus consistit, repugnare. At distinguenda hic merito est sensibilitas, quæ fit secundum, & quæ præter naturam: illa ex integris, & plenis, hæc ex viribus exhaustis, & sanguinis, ac fluidi nervi defectu potius oriri videtur. Quod & convenit cum experientia, nam videmus, qui ex morbo mox convaluerunt, qui ex immodicis sanguinis profusionibus vires amiserunt, ad terrorem non modo, & animi affectus valde esse proclives, sed & a frigore, vel ab intemperato cibo, & potu gravissime lœdi, & doloribus, spasmis, atque anxietatis corripi. Videmus quoque infantes, ætate & natura imbecillimos, & doloribus, & convulsionibus valde esse obnoxios. Senes ut plurimum tam teneri sensus sunt, ut minimam mutationem aeris in corpore persentiant, ut quasi perpetuum secum ferant calendarium. In partes enim nervosas imbecilles, calore & succo nerveo destitutas, plurimum potentiae causas ex-

ternas habere animadvertisimus, ita ut earum actioni, & motui promptius nerveæ, quæ sensus, & motus præsides sunt, obtinerent, quod apud eos non evenit, qui corpora possident interno, ac naturali calore, sanguine ac spiritu, quantum satis, prædicta.

§. XII.

Quædam infirmitas ab ipsa natura, & ex structura corporis fluit, alia est adventitia, quæ per violentiam quandam ab abusu rerum externarum, imo per ipsos morbos & intempestiva medicamenta inducitur.

Scholion.

Ad imbecillitatem, quæ a natura fit, pertinet ætas, habitus corporis, sexus, hæreditaria dispositio, temperamentum, consuetudo; adventitiam vero rerum nocentium abusus, animi affectus, intemperantia incibo & potu, validiora medicamenta, & maxime omnium vehementes morbi producent, & post se relinquunt.

§. XIII.

Ad eos, qui ætate imbecilli sunt, maxime pertinent infantes & senes, nam & infantilis, & senilis ætas frequentioribus morbis obnoxia, atque implicita est.

Scholion.

Morbus infantibus, & pueris familiares recenset Hippocrates Sect. p. 24. seqq. Atque testatur experientia, ætatem infantilem multis morbos molestissimis expositam esse, & duplo plerumque esse maiorem numerum, qui singulis annis moriuntur, infantum, quam in ceteris ætatibus. Maximam vero stragem morbi epidemii iisque maligni, ut pestis, dysenteria, variola, in infantibus ordinario edere solent.

§. XIV.

Morbi, infantibus tenellis, & pueris quoque proprii, infestant maxime caput, inque ejus parte tam interna, quam externa fixam suam sedem, & domicilium habent.

Scholion.

Unde videmus, capitis tineam, crustam laetem, achores, oculorum, & aurium fluxiones, epiphoram, strabismum, coryzam, gravedinem, glandularum in collotumores, aphthas & capitis dolores, fluxiones nariū, epilepsiam quoq; convulsiones, pulmonalium nervorū paralytin, sive catarrhum suffocatum, familiarissimos esse infantum morbos.

§. XV.

Infantibus qui infesti sunt morbi, modo ab universo corpore laxe, raro, molli, ac debili, modo ab imbecillitate capitis, & systematis nervorum dependent. Et quia motus solidorum tam in corde, & vasis, quam in intestino canali admodum languidus est, atque excretiones, quae sunt alvo, non recte respondent, major humoris serosi, & impuri fit accumulatio.

§. XVI.

Cum infantiles morbi maxime ab excretionibus deficientibus, ac suppressis per feces, & transpirationem proveniant: humores impuri accumulantur, & prout stagnantes variis partibus inhærescent, diversa morborum schemata in scenam producunt.

Scholion.

Prima in regione cruditates acidæ, bißosæ, viscidæ, ex nimia voracitate productæ, anxietates, dolores, ejulatus, vigiliæ, inquietudines, inflationes ventriculi, & abdominis, pertinaces tusses, singultum, vomitum, capitis gravitatem, & dolorem producunt. Si validiori naturæ robore ad partes capitis externas impuri humores propelluntur, exulcerationes capitis, achores, crusta lactea, aphthæ, aurium, & oculorum fluxiones, gravedines, coryzæ, tumores glandularum colligunt. Interdum quoque ad habitum corporis, ad ipsos quoque pedes falsæ impunitates delatæ, varias pustularum, macularum, & exanthematum species producunt. A terrors, vel vehementi dolore, & spastico humores delati ad cerebri membranas epilepsiam concitant, quæ est universalis spasmus omnium nervosarum partium in toto corpore. Si vero ad membranas medullæ spinalis acres humores feruntur, convulsivi, & sœpe stupendi motus fiunt. Nimia vero ligamentorum laxitas ad luxationes, & rachitidem disponit.

§. XVII.

Quicunque igitur vult præcavere infantiles morbos, is certe omni cura eo anni debet; ut infantum corpora perspirabilia servet, & ut excretiones alvinæ semper bene respondeant ingestis, & alvus nun-

quam clausa, sed bene fluxilis sit, ita enim omnis fomes morborum præscinditur. Dici vix potest, quantum commodi hisce corporibus hujus rei gratia conferat usus pulverum absorbentium, oleo tartari per deliquum imbibitorum, si cum æquali portione rhabarbari, addita una, vel altera gutta olei anisi, vel foeniculi, vel etiam pauxillo croci, misceantur, & crebrius offerantur. Singularem etiam hic opem ferunt infusa veronicæ, semenis foeniculi ex aqua calida, & frequens usus clysterum plane emollientium, præsertim, qui ex decocto florum chamomillæ vulgaris fieri solent.

§. XVIII.

Senum morbi identidem non ex alia causa, quam imbecillitate virium, & defectu salutarium excretionum per alvum, & cutis spiracula enasci solent.

Scholion.

Vires decessere in senibus, & ipsam senectutem maxime in languore consistere, extra controversiam est; ob fibras enim, per tot annos densiores, & rigidiiores factas, ob angustiora reditta vascula, qua modo secretioni lymphæ nutritiæ in habitu corporis, vel spirituose in nervis cerebri, & spinalis medullæ, modo excretionibus vacant, sensus, motus, & nutritio non solum decrescent, & vires adfiguntur, sed & major succorum copia, & impuritas in senili corpore accumulatur, quæ nonquam non graves afflictiones post se trahunt.

§. XIX.

Ob deficientem alimentorum digestiōnem, & sordium excrementitarum in alvo retentionem flatulentiae, ructus, colicæ, corporis languor, vigiliæ, inquietudo subinde fenes premere solent.

§. XX.

Liber halituum perspiratio, ordinarior in senibus ob meatuum cutaneorum angustiam, & constipationem, neque minus ob caloris defectum, cum facile refrigerantur, difficilior multas ferosas impunitates, quæ excerni debebant, foveat, atque ingenerat.

Scholion.

Inde familiarissimæ senio confectis sunt gravedines, coryzæ cum capitib; gravitate juncta, tusses valde humidæ, raucedines. Aucta vero impura falsedo atque ad cutaneos tubulos delata, si ibi stagnat, molestissimum pruritum, siccac scabiem herpeti similem, curis ariditatem squamosam & similia vitia fuscitat. Si vero serum falsius ac tartareis partibus onustum per urinarios ductus viam atque exitum affectat, atque diutius ibi moram trahendo sensiles partes adfligit, stranguriæ, urinæ difficultates acerbissimæ, vesicæ arrosiones, urinæ mucosæ, quæ in vesica calcum subinde coeunt, hanc ætatem infestant:

§. XXI.

Plures ex senibus, qui adhuc bene valent & nimium otio indulgent ac laute vivunt, somnoque utuntur pleniore, nimiam succorum plenitudinem, quæ virium robur vincit, & quæ transpirationem difficiliorum reddit, sibi ingenerant, quam impuritas presso pede insequitur. Hinc non mirum est, humorum infensas stagnationes hinc inde in visceribus & ab his morbos chronicos, senibus admodum familiares, oriri: cuius generis sunt lentiæ febres, quæ marasmi nomine veniunt, cachexia, tabes, scorbutus, qui perquam facile in sphacelum abit, in capite apoplexia, auditus gravitas, visus hebetudo, paralysis, memoriarum abolitio & similes.

§. XXII.

Quum serum morbi potissimum, & nimia humorum plenitudini & horum impuritat, propter dimissas & deficietes excretiones, origines ac incrementa sua debeant, in promiu est judicare, ea, quæ vacuatione detrahunt, prudenter applicata, ut virium robur servetur, optima esse adversus hos morbos praesidia.

Scholion.

In quaestione positum id esse tum a veteribus, tum a recentiaribus video, debeatne senibus, & quidem decrepitis, sanguis emitti. Plures adserant, venerabilem illum virium & vite thesaurum omni modo esse custodiendum. Alii nimiam sangu-

niscopiam onerare naturam ac vires, ut regere motus & subigere materiam nequeant, adfirmant; sed eximenda rei hujus controversia est. Plurimi ex senibus sunt plethorici, & quia parum exercent corpus, & sub tranquillo animo pleno, & lauto victu utuntur, plus sanguinis generent, quam ipsis utile est. Tali utique in casu justa sanguinis detractione, modo non sit nimia, sed moderata, & postea debitum regimen servetur, prorsus non repudianda est. Rhases, auctor Arabs, adeo sanguinis missio nem non horruit, ut vel ipsis etiam decrepitis, modo qualiscunque suppeteter vis, eam confidenter bonoque cum successu adhibuerit. Helvetii, ad extremam etiam senectutem pervenientes sanguinem non sine commode quotannis bis vel semel emittendum curant. Recitissime enim & Galenus & Celsus sentiunt, in sanguinis detractione non tam annorum numerum, sed potius corporis habitum & vires respi ciendas esse. In iis vero, qui jam imbecilles sunt, parum cibi sumunt, vel ex morbo laborant, vel morbidæ constitutionis sunt, hoc auxiliū genus prorsus non probandum esse judicamus. Copiosius hac de re egimus in dissent. de magno venæsecutionis ad vitam longam præsidio.

§. XXIII.

Parcior cibus, ilque concoctu facilis, frequens corporis, præsertim sub sereno & temperato ccelo & maxime per equitationem, lecticam, aut currum, motio, & moderatori vini generosi aut medicamenti balsamici usus cum sufficiente, sed opportuno potu; hæc sunt, quæ & vires & valetudinem serum tuentur, adeo, ut his præsidii adjuti ad extremam & placidam senectutem pervenire possint.

Scholion.

Qui valetudinis serum tuendæ præsunt, idetiam curare debent, ut alvus non resistat, nec officii sui obliviscatur. Cum vero nihil magis perniciosum sit huic ætati, quam purgans, & quod nimium stimulando vim stomachi lacefit: certo optime ii rebus suis consulent, qui ejusmodi cibos admittunt, quibus laxandæ facultas inest, unde salsa, dulcia, vino,

quæ laxant, si reliqua bene habent, non ex toto senibus circumcidere oportet.

§. XXIV.

Corporis habitus plurimum quoque facit, magnamque vim habet ad morbis obnoxiam imbecillitatem, qualis est spongiosus, rarus, laxus, non latus, sed tenuibus & copiosis vasis conspicuus, sub quo facilius homines ægrotant, difficilius evadunt, & brevioris quoque vitæ sunt, in eo quoque consentiente *Hippocrate* sec. 2. aphor. 44.

Scholion.

Quemadmodum omne robur vitale in libero & expedito solidorum, & fluidorum motu & circulatione, & recrementiarum partium ejectione consistit: ita infirmitas in languore illorum motuum posita esse utique videtur. Cum vero per fibras laxiores & tubulos tenues atque exiles non multum sanguinis laudabilis ad motum ac robur solidorum accedere, & parum quoque per convenientia loca inutilis succi effluere potest; facile apparet, ejusmodi structura corpora & vires habere subfirmas, & quam facile etiam a copia, intemperie & aliena rerum facultate lœdi & præter naturam affici posse. Accedit, quod in ejusmodi corporibus sanguinis & humorum stases in acutis morbis: in chronicis vero stagnationes & vasorum infarctus difficilius, quam in iis, qui compactas & robustas fibras habent, & qui latioribus vasis gaudent, discutiantur, & ob id magis in morbis succumbant. Sique experientiam consulimus, certe ea nos docet, qui frequentius ægrotant, & rheumatismis, catarrhis, podagræ, hypochondriaco calculo, phthisi, lentis febribus, abscessibus, cachexia, mensium & hemorrhoidum inordinata fluxioni obnoxii sunt, & inter foeminas, quæ facile abortiunt, & gravia in puerperio mala perpetiuntur, eos fere omnes tenuioris & laxioris esse carnis ac spongiosi corporis habitus, pinguedine sapient & nimia vasorum tenuitate laborantes.

§. XXV.

Quum ratio temperamentorum, quæ hominibus adsignantur, meo quidem ju-

dicio, non tam in natura & temperie sanguinis, sed potius in structura & habitudine solidorum ad motus, quæ haud ita facile ac fluida immutantur, quærenda sit: rectissime etiam morbos, qui vulgo sic dictis temperamentis adscribi solent, a solidorum structura, habitu & viribus deducendos esse arbitramur.

§. XXVI.

Qui in spongioso & vacuo corporis habitu multum sanguinis boni & temperati alunt, sanguinei: qui plus feri, quam sanguinis habent, phlegmatici dicuntur. Ubi ob fibras teneriores, tensiores, atque ad motum, impulsum & sensum vegetiores, expeditior, & celerior per vasorum cursus est, temperamentum sic dictum cholericum emascitur. Sub fibrarum vero & partium solidarum densitate, rigiditate & ad motum tarditate circuitus sanguinis difficilior vel tardior est, & ita melancholicum sic dictum exsurgit.

Scholion.

Quando cholericu vas ampliora, adeoque magis sanguine distenta-habent, temperamentum cholericoo-sanguineum fit. Si vero melancholici latioribus vasis, ad maiorem sanguinis quantitatem vehendam aptis, instructi sunt, sanguineo-melancholicum dicitur temperamentum: ut adeo pateat, ex partium solidarum structura diversa, & pro majori vel minori sanguinis & humorum quantitate eorumque celeri vel tardo cursu, differentem temperamentorum rationem commodissime explicari posse. Apparet quoque porro ex dictis clarissime, sanguineum facile in phlegmaticum, & phlegmaticum in sanguineum, & sanguineo-cholericum in sanguineo-melancholicum, & contra etiam hoc in illud per diversam victus & rationem, vel etiam per morbos, transire & commutari posse.

§. XXVII.

Dissidens hæc & varia solidorum ad fluida & fluidorum ad solidam, respectu motus sanguinis, habitudo ad morborum dispositionem, ortum, ad symptomatum quoque exacerbationem, item ad medicamentorum operationem aliam atque aliam utique plurimum valet & magnam virtutem habet.

habet, atque ob id hæc cognitio medico necessaria & dignissima est.

§. XXVIII.

Sanguinei facile incident in eos morbos, qui ex spongioso habitu corporis & sanguinis plenitudine proveniunt. Phlegmatici in eos propendunt, qui ex humorum impuritate & abundantia sunt; cholericci in acutas passiones, in chronicas vero, quæ ex viscerum infarctu & obstructione sunt, & magis melancholici proclives sunt.

§. XXIX.

Magna quoque est sequioris sexus ad morborum frequentiam ex habitu spongioso & tenero proclivitas.

§. XXX.

Feminas præ viris morbis plus esse expositas, adeo ut duplo maiores, *Helmontii* effato, illæ patiantur, extra dubium est; id vero non aliunde sit, quam quod spongiosiori carne & vasis exilioribus instructæ, majorem sanguinis copiam, quam natura regere, & digerere potest,ingerant.

§. XXXI.

Morborum origo in sexu sequiori, præfertim, si utero gerunt, ex nimia sanguinis & humorum affluentia maxime omnium deducenda est. Quamobrem si per menses superfluus sanguis recte & ordine secernitur, optime; si minus id accidit, vel plane cessat, ut in annosioribus, pessime se habent.

Scholion.

Quia scilicet nimiam sanguinis abundantiam subito sequitur ejus impuritas, nec ulla fere pars est, quæ non graviter in foeminas, si diu excretiones sanguinis subsistunt, inde adfligatur. Nam in capite vehementes cephalalgias, odontalgias, erysipelas & graviore cerebri affectus patiuntur. In pectore spirandi angustia cum fauicium constrictione, cordis palpitaciones animique defectiones oriuntur. In ventriculo ab ejus inflatione frequens est ciborum fastidium, vomitio, ructus, phlogosis, malacia. Intestina tormenta ventris, colicae convulsivæ, flatulentæ, alvi adstrictiones infellant. Ex utero male affecto, & ibi denegato sanguinis liberiori

cursu, fluor albus, uteri procidentia vel immoderata sanguinis profusio, abortus uteri scirrus, inflammatio, apostema, hydrops, sterilitas, & ex sanguinis stagnatione concretiones polyposæ, quæ molles fingunt, proveniunt. Virgines vero ex suppressis mensibus peculiari febre, quæ alba dicitur, & Græce chlorosis appellatur, laborant. Nam subito inde in foedum & pallidum faciei colorem, totius corporis languorem, ciborum fastidium, cordis palpitationem, pedum intumescientiam, pulsum celerem, frequentem, & ægram spirationem, gravativum ventriculi dolorem incident. Quæ vitia, sanguinis fluxu in ordinem redacto, protinus levantur vel plane decedunt.

§. XXXII.

Post quinquagesimum annum, si ex toto cessat sanguinis per uterum effusio, foeminae plurimi malis sunt obnoxiae. Quibus natura sensum teneriorem dedit, ex in pathemata hysterica & hypochondriaca incurunt, in aliis sanguis per haemorrhoides vel per renum vasa exi um affectat, si motu abstinent, & natura torpidior est, in calculum rerum, arthritidem, atque ex infarctu viscerum in hydropem, cachexiam & suffocatios catalarrhos facile incident.

Scholion.

Hæc omnia mala & frequentiora sunt, & majora sumunt incrementa, si vitæ nimis otiosa indulgent, & plane a motu, & labore abstinent, siue accedit intemperantia in viatu, acidorum abusus, corporis refrigeratio, neque minus diuturnus moeror atque tristitia.

§. XXXIII.

Alia adhuc est imbecillitatis morbosæ in feminis ratio, videlicet nimia generis nervosæ ad spasmos, convulsiones, motusque inordinatos propensio, quæ semper in feminis major est, quam in viris.

Scholion.

Ex hac nervosarum partium infirmitate, & ad motus inordinatos dispositione fit, ut feminæ animi sint mobilioris ac vindictæ cupidi, & facile ira excandescant, vel levi ex causa in terrorem conjiciantur. Hinc etiam est, quod earum affectibus facile

cile convulsiones, epilepsie vel graves spasmi adficiuntur, ut videmus in malo hysterico, inque difficultiori partu ac puerperio.

§. XXXIV.

Non certior igitur & melior ad praevendos sexui sequiori familiares morbos via, & ratio inveniri potest, quam si nimiae sanguinis, & humorum plenitudini convenientibus auxiliis occurramus.

Scholion.

Id vero quam optime præstat tempestive & cum prudentia adhibita sanguinis per incisionem venarum, hirudines, cucurbitulas, emissiones. Quo spectant etiam abstinentia, inedia, motus & exercitatio corporis, peregrinatio & cœli mutatio; posthac decens thermarum, acidularum, vel aliorum fontium salubrium usus, liberalior potus cerevisie tenuis, vel aquæ calidissimæ herbis infusa, non omissis clementioribus laxativis, ipsas ab omnium morborum insultu egregie vindicant.

§. XXXV.

Superest alia imbecillitatis ad morbos valde proclivis in corporibus humanis ratio, eaque nativa & a morbidis parentibus in liberos transmissa, qua vel totum corpus, vel quædam tantum ejus partes infirmæ, & ad morbos suscipiendos aptæ evadunt.

Scholion.

Verissimum est, utut cognitu difficile admodum, & animi & corporis vitia a parentibus per generationem transire in liberos, ita ut nihil certius sit, quam quod robusti robustis, imbecilli imbecillis, morboi morboris procreentur. Morborum autem hæreditariorum ratio profecto non in vitio fluidarum partium, quæ continenter mutationi sunt obnoxiae, sed potius in depravato solidorum statu, quorum mutatio non sub potestate medici est, & quæ nonnisi per annorum decursum fit, quærenda est, & maxime vel in earum nimia imbecillitate, atonia, sive tono nimis laxato & resoluto, vel in nimia nervosarum partium ad anomalias motuum dispositione consistit.

§. XXXVI.

Hypochondriaci plerumque hypochondriacos, phthisici phthisicos, calculosos, epileptici epilepticos, hæmorrhoidarii hæmorrhoidarios, cachectici cachecticos progernerant, id quod in dies in præxi animadvertere licet.

Scholion.

Acutas passiones non transire in liberos, quia ex vitio magis fluidarum partium proveniunt, certissimum est; sed eo frequentius solidorum vitia & labem viscerum liberis affricari conspicimus. Quemadmodum vero quævis pars corporis nobilior peculiari chronicæ passioni exposita est, ita etiam in hæreditariis id observare licet. Molestissimum illud, quod dicitur hypochondriacum, malum mere spasmodicum ac flatulentum ex ventriculi & intestinorum motu peristaltico perverso, juncto cum summa atonia, nascitur: phthisis præcipuus pulmonum morbus est, epilepsia & melancholia cerebri, hydrops hepatis, cachexia lienis, calculus renum, podagra articulorum, & hi omnes morbi sunt hæreditarii, & maxime fundati sunt in cujusque partis nativa imbecillitate & præva dispositione, quæ vel in vasorum angustia, vel in fibrarum & vasorum nimia laxitate, ad materiam vitiosam recipientem & retinendam apta, ex qua facile humorum stagnationes, & vasorum opplications, infarctus, indurations fiunt, consistit.

§. XXXVII.

Quemadmodum nihil tam difficile est, quam labem, quæ in structura & conformatione solidæ partis hæret, emendare: ita etiam præva solidorum per nativitatem accepta ad morbos dispositio non adeo facile, optimis etiam datis præsidii, extingui potest, quin potius, accidente occasionali causa, primis subinde annis prompte excitatur, atque in actum deducitur.

Scholion.

Sicut senium, ut præclare differit Trallianus lib. 12. de marasmo, nulla medicina tolli potest, eadem ratione præva, quæ in solidorum structura, & labe consistit, ad morbos proclivitas difficulter admodum era.

eradicatur. Ita phthisis, podagra, aut affectione hypochondriaca hereditaria nulla prope modum arte averti possunt, idque aegrius medicina, quam accuratoriæ diætæ observatione, quæ eo magis necessaria est, quo certius ex neglectis diæteticis præcepit hereditarii morbi & ingravescunt & difficilior levantur.

S. XXXVIII.

Mala quoque est illa fibrarum motricium per nativitatem acquisita habitudo, qua levi de causa ad fortis oscillationes & spasticas stricturas proclives, sanguinis æquabilem, & liberum ad exteriora vergentem cursum interturbando, regressum ejus ad interiora, & congestiones nimias in his vel illis partibus efficiunt.

Scholion.

Ex spasmis, &c, quæ hos consequuntur, congestionibus provenient sanguinis effusiones, quæ in prima ætate in capite & per nares, in juvenibus per pulmones, in ætate virili per venas sedis, solenni fere modo contingere solent. Intercepta vero per has vias sanguinis eruptione, sub certis ætatibus familiai, sanguis subsistens & congestus multa & gravis creat symptomata, quorum de frequentia, magnitudine & noxa Cl. Stahlius inscriptis suis copiosus & quasi ex professo egit.

S. XXXIX.

Præter infirmitatem a natura acceptam datur adhuc alia, quæ aequilita est, & per morbi vehementiam solidis infertur partibus, ex qua facilis morborum recursus & afflictio ejus partis fit, quam semel morbus fortiter exercuit, idque non tam in chronicis, sed & in acutis passionibus accidit.

Scholion.

Qui febris, sive continuis, sive intermittentibus, semel vel iterum laborant, si quam facile non adeo urgentibus causis in eas recidunt. Qui pleuride vel peripneumonia decubuerunt, illi eundem morbum facile rursus experientur. Si semel vel iterum erysipelas pedem vel dextrum vel sinistrum occupaverit, tum frequentius in eodem pede malum affigit. Coli acerbior dolor talem imbecillitatem in intellinis relinquit, ut parvas obcausas recurrat. Eodem modo dolores podagrī,

& qui dicuntur rheumatici, ita partem adfligunt, debilemque reddunt, ut serum acre vel tartareum, ad glandulas vel ligamenta artuum glandulosæ delatum, facile ibi subsistat, & crudeles hos dolores denovo provocet. Raro a calculo renali sunt immunes per omnem ætatem, qui semel vel bis ex eo laborarunt. Quibus sanguis per haemorrhoides vel vias insolitas, nempe urinarias, aut pulmones, aut vasa ventriculi brevia, vel etiam per nares semel vel aliquoties ferri solitus est, in iis per has vias lubentius rursus exitum affectat, adeo ut in haemorrhagiis sanguis non per aliam, sed per dextram vel sinistram, per quam ferri confuevit, sanguis effluat. Qui semel gravi morbo capit, aut cephalalgia, aut apoplexia, vel etiam epilepsia, aut paralyxi correptus fuit, in hoc facile idem morbus levi interdum occasione excitatur. Tumor hydropicus, icteritia quoque & alia hepatis vitia licet bene curata fuerint, ea tamen sapienter recurrere, testem cito experientiam.

S. XL.

Neque tantum a morbis, sed & a lesionibus quibuscumque partes externæ imbecilles ad eundem morbum suscipiendū faciles & aptæ redduntur.

Scholion.

Frequens nos docet experientia, quemadmodum partes ad quandam lassitudinem vel vulnerationem, aut puncturam mortali fiant imbecilles, ut levem etiam in aere mutationem subito persentiant. Frequentissime accidit, ut in quibus partibus vena incisa, vel cucurbitula cum ferro adpositæ fuerunt, ex elasto temporis spatio dolore tensivo & pungitivo afficiantur, non quod ictus peculiare agens, & necesse quod intelligens infideat, sed quia imbecilliores haec partes redditæ a nimis redundantia sanguine ad oscillationes & agitationes stimulantur. In qua parte, v.g. circa malleolos, semel orta est exulceratio, hanc eidem malo facile subjicit, ut ulcus recrudescat, quotidianum est observare.

S. XLI.

Tam subtilis & delicata est fibrarum in corpori animalium natura atque conditione, ut procul nullam lassitudinem vel vici-

lentiam pati possint, quin inde statim tam mutationem accipient, quæ ad functionum tam in motu, quam in sensatione turbationem inclinet.

Scholion.

Ex quo illud consequitur, homini, si per totum vitæ decursum sanus & integer persistere velit, omni modo & cura evadendum esse, ne in gravem quandam morbum incidat, quia nunquam is ita transit, quin laisionem & mutationem quandam corporis partibus inferat, quæ occasionem postea ad eosdem vel alios morbos dare & fovere possit.

§. XLII.

Quum morbi antecedentes ita vim naturæ lacestere, & robur ex solidis auferre soleant, ut quam facile novus morbus pro pullule: omni modo & diligentia, ut in ipse per salutaria diætae præcepta præcauteatur, laborandum est.

Scholion.

Quoniam hanc utilissimam materiam copiose non minus, quam perite in peculiari *Dissertatione de morbis ex aliis prodeuntibus persecuti sumus, nolumus hac in re esse longiores.*

§. XLIII.

Quæcum non tantum universi corporis, sed & singularium partium infirmitas a viribus nimium exhaustis & deperditis proficiuntur, ita, ut deinde tam facile obnoxia sit morbis; sequitur, omnia ea, quæ vigorem & vires corporis sufforantur, easque exhauiunt, & vitæ, & valetudini prosperæ inimicissima, gravibusque ac funestis morbis ingenerandis esse aptissima.

§. XLIV.

Quoniam materiam virium & motuum causam boni & temperati succi in vasis prebent, quid manifestius est, quam quod ea vires corporis consumant, quæ optimos succos, & benignum sanguinem auferrunt.

§. XLV.

Hoc in genere sunt, præter morbos quoscunque, immodiæ sanguinis profusiones, sive natura sive arte factæ, diurna inedia, incongruus plane cibus, assidue vigilia, immoderatio venus, crebrior

purgantium usus, plenaria motus intermissione, anxie curæ, sollicitudines, tristitia diurna, profundæ sine voluptate quadam meditationes, animi contentiones, tempestates valde æstuosa vel nimis humidæ, ignavia, & desidia, ebrietas, luxuria, & hujus generis plura.

Scholion.

Hæc omnia & singula ita sunt comparata, ut, si quedam tantum ex illis, præfertim in corpore natura debili, concurrant, adeo vires pessundent, & naturam imbecillem reddant, ut postea non modo omnibus fere pateat vitiis, sed & magnum periculum in morbis accendat, & ægri difficillime sanentur. Misericordia & infelicitatem illum medicum habeo, qui cum ejusmodi debilibus & corruptis naturis corporum agere & curationes tentare debet. Verum deterioris adhuc conditionis sunt illi medici, quibus cum valetudinariis, hypochondriacis, scorbuticis, quotidie confundandum est. Hi sunt illi ægrotantes, qui medicum non modo molestissime exercunt, sed & ejus existimationi multum detrahunt. Beatum vero & felicem eum prædicto, præfertim quando incipit in artis operibus versari, si ejusmodi curationes & corruptas naturas effugere possit, nam medicus & medicina hac ratione subinde contumeliis exponuntur. Et profecto ut verum dicamus, consultius multo est, ut ejusmodi debiles, qui continuo cum morbis, & spasmis conflictantur, a medicina abstineant, & tantummodo in recto vitæ regimine & commoda diæta ratione levamen & solatium querant. Illud vero perpetuo a medicis observari velim, ut semper cum imbecillibus & valetudinariis, & qui vitium in quadam parte fovent, mollissime agant, & ab omnibus vehementibus sibi caveant, ne fortiori commotione ad partem imbecillum & vitioam peccantes humores impellantur, ex quo saepius graves & funesti affectus propullulant; siquidem infirma pars & atonia quadam laborans quam facile vitiosum recipit humorem, a quo postea ipsi major læsio accedit necesse est.

§. XLVI.

Præcipua igitur medicina rationalis pars in eo consistit, ut medicus probe inter se corporum humanorum naturas discernat.

Scholion.

Hoc sit, si in quovis individuo structam partium fibrosarum, vasorum capacitem & dispositionem, temperiem ac proportionem partium fluidarum ad motum probe perpendat, & insuper cuiusvis partis peculiare robur vel imbecillitatem ex variis phænomenis, circumstantiis, observationibus, & effectibus accuratius perspiciat, qualem cognitionem si imprætraverit, tum facile & promite judicium & rationem reddere poterit, cur hoc vel illud medicamentum, hæc vel illa infalubris res aut morbiæca causa, hic vel ille morbus aliam in hoc corpore, aliam rursum in illo operationem, effectum atque eventum exerat, in quo potissimum medicinæ rationalis momentum ego situm esse arbitror. Nam harum rerum scrutinium non tam facile est, ac si quis ad ens, sensu quodam interno estimatione atque intentione motus vitales & naturales corporis humani dirigens atque administrans, cuius existentia nullo solido ratiocinio demonstrari potest, confugere velit. Nam posito ejusmodi principio, seu suprema rerum, quæ sunt in corpore nostro, causa, omnis ratio, omnis certitudo in theoria non minus, quam in praxi medica uno iœtu prosternitur, ut nonnisi fallax judicium & fallax experientia in arte nostra relinquantur.

C A P U T II.

De morborum origine ex copia & vitiis ingestorum.

§. I.

Homo continuo eget alimentis, ut sanguinis, qui vitam, vires, & robur solidorum sustentat, qui universo corpori nutrimentum præbet, qui perenni motu a præsentanea, in quam inclinat, corruptione corpus vindicat, justa & conveni-

ens quantitas, temperies, atque inde moderatione motuum conserventur.

§. II.

Neque vero tota sanguinis substantia, sed purissima tantum ac delibatissima ejus pars, quæ lympha vocatur, corpus nutrit, neque alia, quam subtilior ac mobilissima ejus portio, quæ nervis vehitur, ad motum & robur solidis præstandum accommodata est.

§. III.

Sanguinis pars defecatissima, & tam corporis nutritioni, quam motuum vitalium conservationi idonea, continuo solidorum attritu, indeque oriundo intestino sanguinis calido motu partim per cutim diffatur, partim intra corpus retenta in liquamen demum salino-sulphureum & excrementium fatiscit.

Scholion.

Habet hoc omnis motus, ut statum corporis, in quod agit, vel ratione situs & loci, vel ratione texturæ ac figuræ immutet. Quid mirum igitur, si visilla systaltica & motrix solidorum potentia, quæ continenter agit in fluida, sanguinis etiam mixtioni & crassi tantam inducat mutationem, ut continuo attritu & intestina agitatione eum vel consumat ac dissipet, vel in serum excrementium convertat. Hinc in febribus tum acutis, tum lentis & hecticis sanguinis copia saepius intra breve spatium consumitor, inque humores excrementios degenerat. Ulque adeo mirabilis est corporis humani œconomia, ut motus, qui vita præest, & sanitatem custodit, & vitam tollat, & corporis integratatem destruat, materiam videlicet, quæ pabulum ipsius est, paulatim & successive in somitem morborum, & mortis convertendo.

§. IV.

Quantum igitur quotidie motu cum intestino attritivo, tum excretorio corpori subtrahitur, tantum commodis alimentis resarciri debet, ut vires cum ipsa vita & sanitate sartæ ac tectæ serventur.

Scholion.

Ex his, puto, inevitabilis alimentorum necessitas satis abunde intelligitur. Nimirum

rum omnes, qui in corpore humano exercentur, motus tam mirabilis nexus & vinculo inter se coharent, ut actiones, quas vocant animales, a vitalibus dependeant, haec vero a naturalibus gubernentur, suamque accipiant perpetuitatem. Nam digestio, secreciones & excretiones, quibus actiones naturales absolvuntur, motibus vitalibus prospiciunt, eorumque incolumentem tueruntur; his vero salvis & integris omnes bene habent actiones, quae vulgo ad animalia referuntur.

S. V.

Scire oportet, hominem non tantum eum in finem indigere alimentis, ut subtilissima illa & nutritiva sanguinis portio, motu & calore destructa, restauretur, sed etiam, ne motus illi vitales systaltici, & expansivi cordis, vasorumque sanguiferorum, & canarium, qui liquida vekunt, qui secernunt, & qui reciproce ac per vices exercentur, torpescant vel interrumpantur.

Scholion.

Paucis admodum cognitam esse hanc veritatem intelligo, quare homo ad vitam servandam non exigua alimenti optimi mole possit esse contentus, sed ingens quotidie quantitas cibi & potus necessaria sit. Ratio nobis hac esse videtur, quoniam nempe futurum, ut motus canarium systaltici & expansivi, qui fluidorum progressum & directiones moderantur, brevi elanguescant vel penitus pessundentur, nisi sufficiens & paulo copiosior fiat alimentorum, praesertim liquidorum, ingestio. Nam ut in doctrinis physiologicis jam satış explanatum est, vasorum vis contractiva partim a nervorum rore lymphatico, partim a sanguine, tunicas vasorum permeante proficiscitur; tubolorum vero expansionem contenta intus conveniens humorum moles efficit. Hi motus, in aequalibrio positi, ita sese invicem excipiunt, ut systole producat diastolen, diastole vero rursus provocet systolen. Jam quom ingens quotidie humorum copia per tota cernicula, per tot tubulos ac meatus e corpore ejiciatur, sequitur, ut nisi quotidie amissi fiat restitutio, vivida illa vasorum expansio minuatur, tandemque ex toto desinat. Deinde sufficiens succorum

copia in vasis necessaria est eam ob causam, ut vasa minima, quae maxime excretionibus dicata sunt, & quorum interventu humores ex arteriis in venas transfeunt, expansa atque aperta serventur, quum alias succorum appulsi destituta facile conciderent. Ex quo utique consicitur, vasorum obstrunctiones a defectu & que ac copia humorum progenerari.

S. VI.

Vigor motus intestinorum peristaltici, atque ab eo dependens debita fecum alvinarum excretio sufficientem cibi ac potus quantitatem desiderat.

Scholion.

Alimentarii canalis motus peristalticus, quem vermicularem vocant, & cuius beneficio ingesta ex ventriculo ad intestinum extreum devolvuntur, identidem convenienti ejus systole & expansione absolvitur. Nam vis ejus contractiva ab influxu roris nervei & sanguinis tunicas intestinales perluentis, expansio autem a mole contentorum celebratur. Hinc, ubi multus cibus revomitur, alvus fissitur, & qui patiuntur inediā, vel parciōri manu cibos assumunt, in iis contrahitur ventriculus, & rarior fit alvi dejectio. Quod vel maxime apparet in febribus & reliquis morbis, ubi parum alimenti appetitur. In iis enim segnior esse alvus consuevit, & quoniam ejus fordes, & inquinamenta, quae ex universa sanguinis massa hic deponuntur, mucosa, biliosa, salivalia, atque adeo ad fermentationem prona, non satis mature expelluntur, facile accedit, ut morsa diurniori corrupta novo morbo, & gravioribus symptomatibus materiam & occasionem subministrant.

S. VII.

Igitur copia alimentorum intestina ad crebriorem ingestorum expulsionem sollicitat, nisi a precedentibus causis horum vis contractiva valde debilitata fuerit.

Scholion.

Ex quo causa apparet, ob quam, qui multum comedunt & bibunt, crebrius alvum demittant. Neque ignotum est, aquas medicatas plorium conferre ad promovandas excretiones tam alvinas, quam

urinarias, quod maxime praestant mole sua, siquidem interdum decem vel duo-
decim earum librae hauriuntur.

§. VIII.

Ex quibus conficitur, sine alimentis certaque & convenienti eorum mole diu constare non posse corporis humani integritatem. Atque ideo plenaria appetitus dejectio, si longis in morbis diutius affigit, nunquam non ingens periculum ostendit.

§. IX.

Ad vitæ & sanitatis tutelam mutuum conspirare debet commercium inter ea, quæ corpori accedunt ex alimentis, & quæ per necessarias excretiones ipsi subtrahuntur.

Scholion.

Quo plus ergo ingeritur, eo copiosiores & frequentiores esse debent egestiones, si que multum per excretiones fecerit, multum quoque per ingestiones restituatur necesse est. Qui autem parum excernit, eum ingerere parum oportet, & qui parum ingerit, is moderatus debet excernere. In certa itaque & convenienti mensura & proportione ciborum ac laborum, quibus perpiratio juvatur, pondum sanitatis non inepte veteres posuerunt, atque ex iis maxime Hippocrates, qui libro 1. de Diet. §. 2. & 3. ait: labores consumunt, & cibi, quæ evacuata sunt, explicant.

§. X.

Sicut in universum hæc lex firma & stabilis valet, omne nimium naturæ esse contrarium & inimicum: ita etiam ciborum copia & vitæ & viribus & sanitati hominis erit inimicissima.

Scholion.

Gaudet enim natura animantium certa proportione, ordine, temperie, symmetria & æquabilitate motuum tam in solidis quam in fluidis, & liquis in hac ipsa sani & integri status genuinam, & proximam causam querere & constituere velit, is proslus non errabit. Quoniam vero omne nimium, sive ad materiam, sive ad motum id pertineat, adversus illam proportionem atque temperiem, qua gaudet natura pugnat, hinc recte ab Hippocrate

Tom. II.

sect. 2. aph. 51. dictumz tñ rñ tñ qñc*omne nimium naturæ inimicum,*
& sect. 2. aph. 4. non aliud quicquam bonum,
quod naturæ modum excedit.

§. XI.

Quoniam omne nimium & mole exclusans motibus naturæ ordinatis & proportionatis, quibus sanitatis natura continetur, est contrarium, cibus quoque præter naturam copiosius ingestus, ut prudenter admodum prodidit Hippocrates sect. 2. aph. 17. morbum facit. Et lib. de dieta acutorum: *prava hæc est dieta, cum quis plures cibos corpori præbet;* & hinc importunitas gulæ non inepte dira generis humani carnifex nuncupatur.

Scholion.

Huic sententia suffragatur etiam Celsus lib. 1. cap. 2. pag. 25. ubi ad cibum ventum est nunquam est utilis nimia satietas. At vero id maxime hic in questionem venire video, quid nimium sit, atque ex quo illud estimari debeat, utpote cum advertamus, quod aliis naturis est nimium aquæ inimicum, id rursus aliis esse moderatum adeoque amicum, & quod aliis est minus sufficiens, id certis rursus infestum esse ac nimium. Mirum enim est, quantum discriminis corpora humana inter se recipiant, tam ratione structuræ & habitudinis partium, quam ratione valorum capacitatris & solidorum potentiarum motricis seu roboris. Quin imo ipse naturæ perætates, per anni tempora, per vitæ genus, per ipsum viatum, per climata mirifice mutantur, adeoque protanta varietate & mutatione corporum difficile admodum erit, unam & certam ciborum quantitatrem, & mensuram omnibus, & singulis commodam & sufficientem invenire. Nam quod uno tempore homini conveniens & sufficiens est alimentum, id saepius eidem alio tempore nimium, & noxiūm esse usu atque experientia animadvertisimus.

§. XII.

Igitur rectissime justa & convenientis alimentorum mensura, adeoque vel nimium vel parum ex solidorum labore ac viribus semper estimari debet; magna enim est, te-

testante Hippocrate lib. de alimentis, quantitas ad vires solerti ratiocinatione adaptata.

Scholion.

Nam neque ullius corporis vires & efficiacia in rerum natura absolute, sed semper relative considerari debent; hinc etiam non nimium vel parum ciborum rationes individui estimare oportet, robustum an imbecille sit, vasa habeat capacia, an angusta, exilia. Hinc fit, ut docente Hippocrate lib. de Affection. §. 52. quaecunque sanis commoda sunt, ea etiam agrotis exhibita fortiora sint.

§. XIII.

Quo major copia virium & plus roboris in corpore humano inque ejus ventriculo est, eo plus nutrimenti ferre potest homo, & contra.

Scholion.

Quare paucos cibos senes requirunt, & facilius jejunium tolerant, quam juvenes, quia attestante Hippocrate sect. 1. aph. 14. illis parum caloris ineft, propterea paucis alimentis indigent.

§. XIV.

Sicuti in rerum natura virium motricium efficacia recte estimatur ex effectu, cum plus vel minus resistentiae vincere possunt: ita etiam robusta corporis humani natura vel ventriculus firmus is nobis habetur, qui motu peristaltico fortiori instructus alimenta probe subigere, miscere, digerere, ex uno loco ad alium propellere, imo convenienti tempore expellere & puras chylofas partes in vasorum lacteorum oscula impellere possit.

Scholion.

Canalis enim illius nervosi & alimentarii robur maxime consistit in vigore motus peristaltici, sive successiva vividiori ejus dilatatione & constrictione; nam hujus beneficio solventes illi ac fermentescibles humores ex glandulis decenti quantitate profundunt, & bilis non mediocris quantitas ex ejus ductibus in duodenum descendit; heus etiam beneficio alimenta non modo inter se, sed & cum dictis solventibus intime alterantur, miscentur, dissolvuntur; hujus beneficio succi utiles, & chylofas

per crustam villosam debite secreti per canales lacteos transiunt; & hujus tandem beneficio inutiles & excrementitiae fordes & feculentiae utilissime & cito alvo ejiciuntur.

§. XV.

Quo robustior itaque est ventriculus, eo plus cibi desiderat, eo plus etiam sine ullo incommodo concoquere & ferre potest. Videmus inde, homines robustos, aegrestes, plebejos, labori deditos, ingenitem prorsus alimentorum copiam sine ullo periculo & optime ferre posse, adeo ut inde firmiores & robustiores evadant, a qua imbecilles & infirmi laeduntur.

Scholion.

Videmus cibum non modo copiosorem, sed & saepius intemperantiorem non tam facile officere robusto, quam imbecilli homini, quia illius ventriculus motu & labore instructus eum celeriter expellit, ut non diu ibi moram trahere, & corrupti possit. Neque quantitate, vel qualitate delinquentes humores facile sanitatem offendunt, si in perpetuo progressivo motu constituti sunt, neque diu in loco morantur, sed cito propelluntur. Siquidem si demum humores materiam morbo dant eumque fovent, qui motus progressivi expertes sunt, qui stagnant, nam ex stagnatione corrupti & acorem induunt, & vim partis, cui inharent, valde laceantur, ejusque motum turbant.

§. XVI.

Infirmus itaque homo parum alimenti desiderat, quia non multum digere, subigere, & propellere motus sui imbecillitate potest, unde fit, ut imbecilles facile a cibis paulo majori copia sumunt, quos optime robusti ferre possunt, laedantur.

Scholion.

In numero imbecillum nobis sunt ii, qui non multum sanguinis & parum ejus subtilioris, spirituosa, mobilis, sulphurea, elasticæ portionis, quæ omnium virium tam vitalium, quam naturalium in corpore humano causa aë fons est, habent; & hujusmodi sunt, qui ex nimia sanguinis profusione laborarunt, qui ex gravi morbo

Bo sive acuto convalescerunt, qui nocturna vigilia & inquieta cogitatione, meditatione, vel diurno animi affectu, praesertim merore, corporis sui robur immi-
nuerunt, & uno verbo, omnes valetudinarii. Quo pertinent ratione ætatis infantes, senes, ratione habitus corporis, qui laxo & spongioso prædicti & copiosa & exilissima vasa habent; ii omnes propter virium infirmitatem a nimia alimentorum copia sibi cavere debent, nisi somitem morbis præbere velint.

§. XVII.

Tanto gravior est noxa cibi copiosius adsumti, quanto majori aviditate ingeritur.

Scholion.

Nimia ciborum copia per se semper resilit eorum intimæ solutioni atque concoctioni, maxime ob eam causam, quia necessaria proportio illa inter menstruum solvens & solvendum lœsa est. Deinde, si celeriter magna cum aviditate cibus ingeneritur, tum non bene masticatur, neque cum saliva, quæ menstrui vicem gerit, probe subigitur. Accedit, quod nimia copia repente ingestæ cibi, vel etiam potus, ventriculi tunicas nimium distendat, earumque liberanctionem, & motum systolicum contractivum impedit, unde diutius haerens in ventriculo lœdit, & vellicando paulo fortius totum nervorum contextum in consensem trahit.

§. XVIII.

Misera res est, imbecillos plerumque ingenti cum aviditate atque intemperantia comedere. Ita videmus infantes, & fame diurna pressos, item eos, quimox ex morbo evaserunt, itemque valetudinarios, phthisicos, melancholicos, hypochondriacos, & qui vermis laborant, pueros nimium voraces esse, & exinde multitatis sibi contrahere ægritudines.

§. XIX.

Infantes lactentes ex copia lactis, diutissim stomacho detenti, & bilis acrioris adfluxu corrosivi redditi, gravissime ægrotant.

Scholion.

Sicut omnium rerum nec quicquam ad securitatis in infantibus tutelam, ac alvus

bene fluida, aptius est ita lac copiosius ingurgitatum, quam ventriculi teneritudo subigere & expellere potest, stagnat, acore inficitur, & confermentatione cum bile corrosivam & propermodum virulentam naturam inducit: hinc feces coagulatae & viridi colore tinctæ tam corrodentes saepius sunt, ut linteamina exedant. Mirum enim est, lac diurna mora & stagnatione intestinis acidissimum evadere, ut flavum bilis colorem in viridem convertat, qui adfuso oleo tartari per deliquum protinus in flavum rursus transmutatur. A eruditate hac corrosiva ex copia lactis male digesti graves, & periculi plenissimæ, quæ hanc ætatem infestant, ægritudine, ut tormina, cardialgicæ anxietates & convulsiones, oboviuntur; si quando a lactis viscido coagulo tunica villosa, & crustosa intestinorum, in quam vasorum lacteorum innumera ostiola desinunt, obstruitur, abdominis intumescentia, atrophia reliqui corporis cum alvi ingenti dejectione nascuntur.

§. XX.

Qui proxime a morbo & febre fatigati convalescerunt, ob nimiam voracitatem, quam quidam medici stomachicis acrioribus & aromaticis vel acidulis spiritibus promovere consueverunt, tardius vires amissas recuperant, saepius recidivam sibi accersunt, vel in lentu chronicum morbum incident.

Scholion.

Sine iniuria culpandus hic venit perversus saepè stomachorum appetentiae excitandæ causa usus, quem non semel, sed saepius in infirmioribus summe noxiū deprehendi; nam cum plus adsumant, quam ferre & regere imbecillior ventriculus potest, necessario ingens cruditatum fit preventus, qui in corpore adhuc debili quam facile languorem & lentum calorem & postea ciborum fastidium cum male olente ex ore spiritu, sitim quoque & inquietudinem concitat. Atque adeo optimam medicinam intempestive datam morbis causam dare & suggerere posse, clarissime ostenditur.

§. XXI.

Nunquam nimia repletio cum majori periculo juncta est, quam apud eos, qui per-

diuturnam inediā pressi & valde debilitati sunt.

Scholion.

Plures post inediā nimis fortiter pastos mortem sibi accelerasse, testis est FORESTUS lib. 18. obs. 2. in schol. ubi inquit: nota est multorum historia, qui a longa inedia sese repleverunt, adeo, ut inde suffocati fuerint, uti nos cognovimus in obſidione Harlemoni & Leidana id præcipue contigisse, quando obſidione liberati cives viciū pleniori se replentes mortem quamplurimi incurserunt. Denique non ignotum est, milites, ex castris in hiberna sedentes liberaliter pastos ex corruptela ciborum in debili admodum corpore in febres pessimi moris stomachicas & caput validissime afficiētes incidisse.

S. XXII.

Qui quartana laborant, plerumque sunt nimium voraces ob exsuperantem primis in viis acidum humorem, qui ventriculi oscillationem, in qua appetitiae causa residet, fortiorē inducit, sed quo plus comedunt, eo longiore & difficilioris satiationis fieri febrem, certissimum est.

Scholion.

Hujus febris contumaciam non tam facile etiam præstantissimis præsidis evinci posse, nisi prius infraeta fuerit nimia illa voracitas, peritis practicis non obscurum est. Nam quo plus ingeritur in ventre cruditatibus obfessum, eo magis illæ augentur, & eo magis fomes morbi increvit, atque hepatis infarctus, ubi præcipue secundum suam hæc febris fixam habet, incrementa capiunt.

S. XXIII.

Hipochondriaci & melancholici identidem ob copiosum in primis viis acidum plus appetunt & ingerunt, quam ipsis utilē est; ex quo sit, ut morbi symptomata exacerbent, & morbum minus sanabilem reddant.

Scholion.

Moleſtissimus, sed certe frequentissimus ille affectus, qui hypochondriaci nomine venit, ab ingenti motus peristaltici deſtructione ejusque ad superiora retrocessione, meo quidem iudicio nascitur, & a spasmatica partium membranacearum u-

niversi corporis diathesi fovetur & augetur. Quare in iis semper vitiata digestio est, & excretio flatuum ac fecum segnior, inflations & cruditates acidæ, quæ stimulant & spasmo afficiunt has partes, semper adsunt. Ecquis igitur non videt, a copiosis cibis hoc malum semper augeri, & deterius, immo habituale reddi?

S. XXIV.

Evenit ſepiſſime ante accessionem prodagræ, corryzæ, vel etiam intermitte- tis febris inordinate crescere ciborum appetitiam, languido licet corpore, idque semper cum incommodo fieri.

Scholion.

Videtur hæc insolita ciborum aviditas ab acriorī stomachica lympha, accedente peregrino ex prohibita transpiratio- ne ſlimulo, derivanda, & quia hanc alvi tardior ſecetio ordinario comitantur, immi- nens morbus, pabulum copiosius naetus, necessario majora accipit incrementa: sapienti igitur confilio ſtatim ejusmodi morborum tormentis occurrentum est. Prima nempe regio comoda medicina expurganda, ſive per superiora, ſive inferiora, præmissa tamen ſemper humorum, qui in vitio ſunt, correctione. Ita opportune præſcinditur morbi fomes, & morbi inſequentes leviffime ſuccedunt, & brevi etiam finiuntur.

S. XXV.

Neque tantum imbecilli & debiles, ſed & fani ac robusti homines, ſi ſupra modum comedunt, morborum femina ſibi fabricant, faburram in primis viis cumula- lando.

Scholion.

Non inepte Galenus in Comment. Sect. 2. aph. 17. ſatietatem ſive ciborum redundantiam ſtatuit, ad vasa ſcili- cer atque ad virtutem. Satietas ad vasa eſt, ubi tanta ciborum ingesta copia eſt, ut ventriculi capacitas nimium diſtendatur: ſatietas vero ad virtutem ſive facultatem eſt, ubi plus cibi ingeritur, quam natura, aut facultas corpus nostrum regens, ſuperare poſſit. Sæpe vero accidit, ut magna cibi copia non gravet facultatem robustam: contra vero imbecillem exigua admodum & mediocris alimenti copia non raro gravet. Si vero nimium ventriculus au- sumta.

Iumento cibo distenditur, utique facultas ejus motiva & contractoria minuitur, ut diutius, quam par est, cibi ipsi inhærent, eumque onerent, ex quo multa vitia incidunt & robustos etiam premunt.

§. XXVI.

Optime Hippocrates de veteri Medicina §. 13. fortissima edulia maxime & manifestissime hominem ledunt, sive sanus sit, si ve agrotus.

Scholion.

Differunt enim mirifice alimentorum genera; quædam sunt valentioris naturæ, quædam imbecillæ, & hæc omnia bene distinguunt & enarrat atque in classes redigit Celsus lib. 2. cap. 18. Valentiora illa dicuntur, quæ difficilius resolvuntur, & plus alimenti habent, & sunt maxime legumina & ex frumentis panificia, omne animal quadrupes, omnis bellua marina, item panis, mel, caseus, annosiores carnes, item omne opus pistoriorum valentissimum est, quod ex farina, butyro, ovis, saccharo conflatum: nam hæc difficilius subiguntur, firmum ventriculum exigunt, & ægrius ventre dimittuntur.

§. XXVII.

Cum ciborum genera multum inter se differant, sapientissimum certe Celsi preceptum est, quod tradit lib. 2. cap. 18. in fine: *imbecillis corporibus rebus infirmis opus est, mediocriter firmos media materia optime sustinet & robustis apta validissima. Plus aliquid adsumere ex levioribus potest, in his magis, quæ valentissima sunt, temperare sibi debent.*

Scholion.

Inter imbecillia alimenta refert Celsus omne olus, quiequid in caulinculo nascitur, item omnia lorbilia, mollia, omnia poma, cucurbitas, cucumeres, puliculas, & panem aqua madentem; ad medianam vero materiam aves minores & pisciculos, & ex quadrupedibus leporem refert, item ex oleribus ea, quorum radices vel bulbos adsumimus.

§. XXVIII.

Multa eaque gravia sunt mala, quæ ex vitijsa alimentorum concoctione & cruditate exsuperante oboriuntur.

Scholion.

Hippocrates hæc ipsa optime recenset lib. de Præsca Medicina §. 19. Si prans fuerint, idque eis non conducat, statim graves & corpore segnes fiant, itemque mente pigri, hiatusque & oscitatione & dormitatio ne & siti pleni. Si vero etiam insuper cœnaverint, & flatus & tormina & alvus effringitur. Celsus lib. 1. cap. 8. hæc recenset stomachi laborantis vitia his verbis: stomachum infirmum indicant pallor, maces, præcordiorum dolor, nausea & nolentium vomitus, in jejunio dolor capitidis, que in quo non sunt, es firmi stomachi est.

§. XXIX.

Famelici si plus justo sese avidissime sumtis cibis, præsertim pinguibus replent, in febriculam quandam ephemeralam, quæ digestionis adpellari poterit, subinde incidunt: siquidem non multo post cibum sumtum ventriculi inflationem cum summa anxietate, inquietudine & spirandi angustia, & dolorem ventriculi tenacium persentiant, qui ad scapulas, ad fauces & ad ipsum caput progreditur, quod graviter dolet, facies rubet, & mens incipit fieri inquietior. Præterea languor totum corpus occupat, extremæ partes inalgescunt, tempora pulsant, pulsus durior & frequentior fit, alvus constringitur, & hic paroxysmus plerumque intra aliquot horas supervenientibus ructibus vel vomitu aut sudore solvitur.

Scholion.

Hunc affectum ego aliquoties observavi in hypochondriacis famelicis, cujus symptomata ab inflatione stomachi unice mihi repetenda videntur, & hujus dextra pars sapius in tumorem vesicæ inflatæ instar juxta scrobiculum cordis in dextro latere attollitur. A nimia igitur ventriculi, qui totus nervosus est, distensione nervorum paria, præsertim intercostale & octavum, tensionem & tractionem patiuntur, unde partes, quas pertranseunt, spastica strictrura & crispatura affici, & hæc mala produci, non mirandum est. Similem morbum Hungarum endemicum, qui vocatur Tœmer, in peculiari *Dissert. Dr. M. lether* eruditæ descripti.

§. XXX.

Cruditas, a nimia ingestorum copia & concordiope difficultiori orta, placidum somnum impedit, & capiti ac toti corpori gravitatem infert.

Scholion.

Neque certe *Sanctorii* dictum *scit. 4. aph. 40.* experientia vel ratione caret, videlicet somnium nihil magis interturbare, quam ciborum corruptelam. Nam fortius lacessitis ventriculi nerveis tunicis totum systema nervorum, cum quo princeps hæc partium magnam communicationem & consensionem sovet, præter naturam tenditur, ac stringitur, unde inquietudinis origo: & quia constrictis excretoriorum meatibus pauca secedunt, & perspiratio minuitur, sequitur, ut torum corpus inde gravitatem, & languorem persentiat.

§. XXXI.

Sicut concoctio, recte sentiente *Celso*, *lib. I. cap. 9.* in omnibus corporis affectibus necessaria omnibusque virtutis occurrit: ita cruditas maxime iadit, & quoties offendit corpus est, vitiosa pars maxime sentit.

Scholion.

Quare prudentes medici, tam immunitibus, quam præsentibus morbis, item in omni dolore, & vulneratione, id omni cura efficere debent, ut eruditates præcaveant, & parum cibi adsumatur; nam excretionibus sub morbis labaceis folementum semper novum, & majus illi ab intemperantia & cruditate, omnium malorum matre, accipiunt.

§. XXXII.

Rectissime enim *Hippoc.* *lib. I. aph. 22.* qui a satietaate veniunt morbi, vacuatione curantur. Optima ad virtutia, quæ ex nimis copioso sumpto cibo & cruditate prima in regione proveniunt, tam præcavenda, quam sananda, sunt abstinentia, alvi duito, vomitus, & liberior perspiratio, & medicamenta roborantia.

§. XXXIII.

Abstinentia & inedia sunt validissima adversus virtutia stomachi ex repletione præsidia.

Scholion.

Si ullum, certe hoc magni *Hippocratis* salutare præceptum diæticum est, quod

lib. 4. de morbis §. 10. proponit: si hominem parum edit & bibit, in nullum morbum incidit. Neque enim ulla res, sunt verba *Celsi*, *lib. 2. cap. 16.* magis adjuvat laboratem, quam tempestiva abstinentia, quam etiam semper morborum initia desiderant: Nam ut ea summas in secunda valetudine sibi partes vindicat; ita quoque in adversa plurimum momenti obtinet, sanat enim plenitudinem nimiam, obesos, pituitos, vitiaque ex cruditate nata, quo rectius inedia a veteribus inter ea auxiliorum genera recensetur, quæ corpus nostrum tam sanum, quam ægrum vacuant, siquidem, ut *Galenus* in *Comment.* *Scit. 2. aph. 17.* docet, nullo in ejus locum, quod fuit vacuum, accedente alimento, fit, ut inedia vacuet.

§. XXXIV.

Vomitio & alvi per infusa elutio optima quoque sunt adversus nimiam repletionem a cibis auxilia.

Scholion.

Nihil enim tam tempestive saburram in ventriculo contentam, & molestam ciborum copiam exonerat, quam vomitus, qui brevissima via statim, quod molestum est, expellit, unde mox incommoda disparere incipiunt. Et erant hæc duo repletionis præsidia olim athletis familiarissima, qui ut melius ferrent tam copiosum alimentum, & novo ingerendo idonei essent, & clysmatibus & vomitionibus tantum non quotidiani utebantur. Vomitum vero ciebant lenissimis, bibeant enim hyssopum contritum in aqua, cui aliquid aceti vel salis miscebant. Et veteres quoque Romani utebantur vomitu sapientis ex aqua tepida adjecto sale & melle, ante & post cœnam, & vomitandi consuetudine Imperatores Vitellius & Caligula luxuria & comedationibus frequentibus sufficiebant. Vid. *Sveton. in Vitell. cap. 12* item in *Nerone* cap. 20. & *Celsi lib. I. 3.* meminit athletarum consuetudinis, qui quotidie ejientes vorandi facultatem moliuntur. Ut vero ad vomendum faciliiores essent veteres, familiari in usu habebant certa instrumenta, pennas nempe & lora vomitoria, quæ intrudebant in ventriculum, dígito quoque quam longissime

me in fauces intruso vomitum provocabant, qua de re latius egit Cl. Dr. Schulzii in eruditissima Dissert. de athletis veterum corumque dieta & habitu §. 61. 62. 63. Idem laudatus Celsus alio loco, nempe l. i.c. 3. vomitum nimium repletis, & qui parum concoixerunt, suader, & hanc adjicit rationem: sive plus est, quam quod concoqui possit, periclitari, ne corrumpatur, non oportet, sive jam corruptum est, nihil commodius est, quam id, qua via primum expelli potest, eieere.

§. XXXV.

Denique ciborum nimia copia robustam naturam saepius ad purgationem sollicitat.

Scholion.

Hinc Hippocrates lib. de purgantibus cibis etiam adscribit viam purgantem, si supra modum edantur, & addit, quod homines purgentur ab iis, velut a sinceras medicamentis, id est, purgantibus, verum minus & tardius, hinc concludit his verbis: clarum igitur est, quod & cibi medicamenta existant. Si vero natura non sponte se a cruditatibus per secessum liberet, tunc utique eam stimulare clementiori laxante oportet. Cujus rei gratia pilulas aloephangiæ vel Avicennæ, Cratonis vel Becherianas commendamus; quarum ramen operatio auspiciator semper erit, si ante earum usum acidum temperantia, quod alvum moventibus valde resiliat, exhibentur.

§. XXXVI.

Vitia ex mala concoctione nata optime somnus & perspiratio liberior diluit.

Scholion.

Sicuti somnus & quietes prater naturalem nervosatum partium agitationem, motum & spasnum, qui perspirationi liberæ admodum adversus est, sedat ac fonsit: ita etiam illas generis nervosi afflictiones, quæ ex lacessente & nimium distendente ventriculum cruditate proveniunt, componit, hinc facta liberior perspiratio, quicquid adhuc residet vitiis in partibus solidis, prolate discutit. Præclaræ igitur sunt & sapientia plena illa sanitatis, quæ nobis hanc in rem tradit Celsus cap. 2. lib. 2. præcepta: qui bene concoxit, manu tuos surget, qui parum, quiescere debet. &

si mane surgendi necessitas fuerit, redormire. Qui non concoxit, ex toto conquisescere, ac neque labori se, neque exercitationi, neque negotio credere. Ipsa quoque experientia, ceu optima rerum magistra, deprehendimus, opportuno redditio somno per urinam & perspirationem, item per alvum melius & copiosius excretiones fieri, & totum corpus levius atque agilius inde reddi. Quia de causa etiam ex meo quidem certe salutari consilio omnia evacuantum genera, quo etiam pertinent thermæ & acidulæ, cum multo utiliori fructu post sufficientem somnum & concoctionem factam usurpantur. Tum etiam infusa herbarum ex aqua calida ad promovendam perspirationem utilissime sumuntur, & frictions ad discutiendum in habitu corporis, qui in vitio est, humorem adhibentur.

§. XXXVII.

Liberior perspiratio, quæ aucto sanguinis circulo fit, stomacho laborantibus bene succurrit, & ad concoctionem juvat.

Scholion.

Perspirationem egregie adjuvat corporis motus & exercitatio, unde Celsus lib. 4. cap. 5. in omnibus stomachi virtutis hanc ipsam primo legem, deinde maiorem & maxime eam, quæ superiores partes moveat, laudat, idque adserit quoque lib. 1. cap. 18. his verbis: si quis stomacho laborat, legere clare debet, post lectiōnē ambulare, tum pila vel armis altero genera quo superior pars movetur, exerceri. Spectat hoc quoque sapiens dictum Hippocratis, quod proponit libr. Epid. 6. Sect. 4. exercitatio sanitatis est vesti citra societatem & non refugere laborem.

§. XXXVIII.

Nequet tantum laboranti stomacho in concoctione juvanda evacuantibus, sed & roborantibus succurrere oportet, quo emelius & digestio & expulso ingestorum fieri possit.

Scholion.

Id consilium lecuti quoque fuerunt laudissimi veteres, quare Celsus lib. 1. cap. 8. stomacho laborantibus suadet, ut non ar-

quam, sed vinum calidum jejuni bibant, item post cibum vinum frigidum, sed per siphoneum. Idem quoque sentit Hippocrat. lib. de Affect. §. 52. cum ait: quicunque cibi aut flatum, aut astum, aut morsum, aut repletionem, aut tormentum faciunt, & talibus liberat vinum meracum insuperpotatum: corpus enim a vino calefandum per calorem amovet ea, qua insunt a cibis & potibus & a similibus. Et Celsus lib. 4. cap. 5. jejunis potionem ex absinthio, hyssopo & ruta commendat, & jubet utri cibis, & potionibus calidis primo aquæ vel etiam vini austeri. Patet hinc egregius stomachum roborantium usus, quo in genere sunt sal volatil oleosum Sylvii, stomachale Michaelis, nostrum, item liquores balsamici ex oleis penetrantibus aethereis & suaveolentibus parati, qui balsama vita audiunt, quæ utique moderata & frequenti dosi egregie discutiunt eruditates, concoctionem adjuvant & stomachi virtus succurrunt, modo & lapiens & egrégium illud Celsi præceptum, quod proponit lib. 4. cap. 5. obseretur, & hoc est: illud in omnibus stomachi vitiis præcipiendum, ut quomodo se quisque ager refecerit, eodem sanus utatur, nam reddit huic imbecillitas sua, nisi iisdem defenditur bona valetudo, quibus redditum est. Tandem & illud adjiciendum putamus, motum in aere sereno ac puro, qualis est ruralis, & animum ab omni cura & sollicitudine vacuum mirifice concoctionem adjuvare, & stomachi vitiis tollendis aptum esse.

C A P U T III.

De alimentis intemperatis ingentique aerorum noxa.

S. I.

Alimenta, quæ temperie gaudent, si cuti sanguinis crassi ac naturæ admodum convenientia atque amica sunt, & corpus nutrunt, & robur ac vires ipsi præstant; ita eminenti facultate & sapore prædicta, tum ad nutritionem, tum ad vires conservandas minus sunt idonea, ut potius

morbis materiam & somitem præbeant;

Scholion.

Hanc sententiam plenissime confirmat Hippocrates libr. de veteri medicina §. 26. Verum robur & augmentum per nihil aliud contingit, quam quod probe temperatum est alimentum, & quod nihil intemperatum & forte habet §. 24. & 2. hos cibos incommodos esse, & ingestos lœdere, qui intemperati sunt aut nimis salsti, acidi, aut amari aut dulces aut fortes, copiose exponit, & dicit, eos humana natura potentiores esse, qui non superari possint, quibus conserri potest lib. de natura humana §. 6.

S. II.

Temperata alimenta corpus humanum conservant & roborant, quia vitales humores, temperie blanda gaudentes, calore & motu amissos refaciunt.

Scholion.

Sanguis temperatus admodum humor est, gelatinosus, omnis saporis expers, ex variis elementis, oleosis, aqueis & subtilioribus terreis commixtus, de cuius natura, mixtione atque ingredientibus latius egimus in Tono priori, qui philosophiam corporis humani urvi & sanitatis pertractat, c. 5. Et cum temperata, ut carnes, lac, ova, panis, ratione mixtionis valde convenient cum sanguine, quare non modicum generant, sed & ad nutriendum & robur corpori conciliandum præ aliis admodum sunt idonea.

S. III.

Omnia itaque intemperata esculenta & potulenta crebrios & copiose ingestæ, quia non convenient cum temperata & blanda sanguinis mixtura, & lœdunt corpus & sanitatem offendunt.

Scholion.

Equidem non mea est sententia, ac si plane nullum intemperatum intus sura debeat, cum videamus, & dulcia & amara & salsa, & spirituosa moderationi usum non facile nocere, sed saepius medicinæ loco esse; sed illud tantum urgeo, quod hæc ipsa copiosius ingesta nocere, neque corpori alimoniam præbere possint. Quare etiam Hippocrates lib. cit. non in totum dampnat diversos cibos, si probe inter se com.

commixti, & contemperati fuerint, sed saltim in suo genere fortissima, separata, neque aliis contemperata, ut inter acida acidissimum.

§. IV.

Ex intemperatis nullum tam infestum humanæ naturæ est, variisque modis ludit, quam acidum copiosius adsumtum, quia mixtione sanguinis plane est aduersum, eamque destruit, crassiores coagulat, & subtiliores sulphureas ejus partes figit.

Scholion.

Neque hac in re destituti sumus veterum consensu. Ipse Hippocrates *Libr. de Viæ. acutor.* acida plus nocere foeminis, quam viris, adfirmat, & *Libr. de affectionibus vim erodendi ipsi* adscribit. Celsus *Lib. 2. Cap. 18.* acetum infirmis nunquam dari debere præcipit, & *Cap. 20.* acida alimentis mali succi annumerat.

§. V.

Alimenta, quæ acidos succos fovent, id habent incommodi, ut excretiones retardent, sanguinem, & lymphaticos humores inspissent, coagulent, viscera ad obstructions, & infarctus disponant, solennes sanguinis excretiones morentur, & hac ratione ad ingenerandas longas, & graves ægritudines magnam vim, & potentiam obtineant.

Scholion.

Quum diligent observatione, & attenta, ac crebra experientia teste liberior acidorum in cibo, & potu usus nunquam fere non valde noxius, & naturæ humanæ inimicissimus deprehensus sit, inde perduci eo sunt quidam superiori seculo medici, ut acidum omnium morborum causam adserere non dubitaverint, quam sententiam tamen peculiari tractatu ego adhuc juvenis olim sat validis argumentis infirmare laboravi. Quamvis autem non omnes morbos foveant, atque ingenerent acida, ad plurimos tamen producendos utique conferunt.

§. VI.

Quæ acidi sunt generis, atque naturæ, ea cumulatius assument alvinam excretionem retardare, indubia docet experientia. Hinc recte Hippocrates *Libr. de diætis.* acetum alvum potius sistere, quam movere pronunciat.

Scholion.

Neque difficulter hujus rei inveniri poterit ratio. Nam biliosi succi, qui satis largiter ex ample hepatis viscere primum in intestinum descendunt, deteriva sua alcalina sulphurea virtute acidos, & ventriculo egredientes succos, non modo contemperant, sed & intestinorum tunicas ad propulsorium motum stimulant, idque cum omnibus amaris commune habent, quæ excretiones alvinas egregie juvare solent. Jam vero nihil est, quod tam valide bilis alcalinam, & absterrens naturam infringat, quam forte acidum, adeo ut multa mixtione postea corrosivam subinde naturam induant, id quod æruginosa bilis testatur. Deinde videmus in dies, hypochondriacos sic dictos, nec non melancholicos, & quartanarios non aliam ob causam, quam quod copiosum prima in regione femper foveant acidum, alvi esse adstrictioris, quam absorbentia, & quæ acidum temperant, ut manna, & fontes medicati, Carolinæ thermæ, quæ alcalinum salin sinu fovent, longe felicius in iis expediunt, quam fortiora pharmaca, eo quod eorum vis purgativa volatilis salina forti acido plane invertatur. Et quoniam in iis corporibus ordinario acidi succi biliosis prædominantur, hinc sit, ut eorum excrementa, quorum color alias ex flavo brunus, qui bili debetur, pallida, & alblicantia apparent.

§. VII.

Acida supra modum comesta generationem succi chylosi plane impediunt, ita ut nec langus bonus, nec nutritius succus laudabilis produci possit.

Scholion.

Chylum emulsionem quasi naturalem esse, ex alimentorum rotoidis, aquæ, gelatinosis, oleosis partibus invicem inter se exacte mixtis confectam, nemo negabit. Nihil vero in natura reperiatur, quod hanc aquearum cum oleosis partibus mixtionem magis impedit, & destruat, quam acidum, quod statim terreis, & oleolis se se adsoiendo coagulum ad fundum fecundens efficit. Destructa itaque statim sub primo ortu succi chylosi, qui proxima materia, & sanguinis, & lymphæ nutritiæ

ad,

est, natura ac crassi, non mirum est, propter abundantiam succorum primis in viis acidorum corpora & robore & nutritione debita defraudari. Canes Bononienses minimæ staturæ permanere ferunt, si primis statim mensibus modicum aceti ipsis datur. Atque eam ob causam etiam sit, ut acetum polysarcia laborantibus commendetur. Notum præterea est illud memorabile exemplum apud Famianum Stradam lib. 8. de bello Belgico, ubi refert, quendam prefectum Regis Hispaniarum media ætate adeo increvississe, ut fascia e collo demissa sustinendus venter esset, quod ille incommodum minuere volens, vino valedixit & acetum usus est, effecitque, ut ante mortem octoginta librarum pondere decrevise compertum sit.

§. VIII.

Nocent quam maxime tam esculenta, quam potulenta acida iis, qui ventriculum habent infirmum, in quo videlicet succi facile coacefcunt, diutius retinentur; nec probe per alvum transeunt.

Scholion.

Horum in numero sunt infantes, senes, mœrere animi aut morbo præcedente confecti, maxime omnium vero hypochondriaci, & hystericae fœminæ, & quibus caput infirmum est, vel spasmus laborat. His omnibus fructus horæi, qui multum acidi habent, ac fermentatione in succos acidos transeunt, vina acida & cerevisiae triticeæ, quæ facile coacefcunt, infensissima sunt.

§. IX.

Acida ingesta, & diutius retenta ipsa mora pejora fiunt, & commixtione cum biliosis succis valde corrosivam & virulentam naturam induunt, ita, ut nerveas ventriculi & intestinorum partes exquisitissimæ, & tenerrimæ sensationis, quæ cum toto nervorum genere consentiunt, arroendo gravissima symptomata suscitent.

Scholion.

Hæc veritas antiquissimis medicorum non ignota fuit. Hippocrates lib. de præcepta medicina §. 34. in fine prodidit: quos acuta acrisque ac eruginosa bilis adfligit, qualis mox rabies. O' morsus viscerum ac

peccoris? desperatio? non sedatur autem hæc, priusquam eadem expurgetur & prosteratur aliis permisceatur. Nam atra bilis, quæ atro carbone semper notata veteribus fuit, non aliunde suam habet originem, quam a miscela fortis acidum succo bilioso, cuius color primum fit viridis, deinde niger, si diutius in corpore retineatur. Martianus, qui optime commentatus est in Hippocratem, pag. 382. noxam, quam acida in primis viis excitant, egregie describit, dum inquit: acidum in ventriculo existens vapores acres hoc illuc diffundit, quotidie observatur dum acetum non est conveniens, quemadmodum etiam in illis, in quorum ventriculo cibi aescunt; nam communiter talibus caput dolet propter cerebri membranas, quæ ab acetoso vapore punguntur, idque hujus humoris adeo proprium est, ut raro caput per consensum a ventriculo dolere invenias, quin acetosa in eo consistant; & qui epilepticis motibus sunt subjecti, a symptomate corripiuntur, cum acida in ventriculo peccant, id enim vomitiones subsecuta palam faciunt, & ego observavi, quam plurimos podagricos ab eadem causa doloribus tolli consueverisse liberatosque aut saltē mitigatos, ubi acetosa evanuissent. Taceo mulieres variis utrius symptomatis conflictatas, que a vomitione acetosa e vestigio liberabantur. Et profecto a copioso avido, ut patet in hypochondriacis morbus melancholie nascitur, somnus absurdus ac vanis imaginibus turbatur, animus continua trifflitia atque metu concutitur, cardialgia quoque, frequens vomitio, ardor, soda, continua eructationes, animæ despectio, circa præcordia anxietas, alvi quoque crebrior despectio vel cholera etiam frequentissime inde suam trahunt originem.

§. X.

Illud quoque incommodi habent cruditates, quæ in prima regione consistunt, acidæ, ut lacticinia, dulcia & pinquia corrompendo, ea quasi in venenum convertant.

Scholion.

Lac, si ventriculus est firmus & parus, optimum alias corpori præbet nutrimentum; si vero infirmus est, & acidis succis con-

confertus, hostile illi inducit coagulum, inde magnæ molestie, ut cardialgia, anxietates, ventriculi inflationes, capitis dolores, flatulentia intestinalium, alvi obstrunctiones oriuntur, atque ob eam causam, hypochondriacis, senibus, quibus compressa alvus est, nihil lacte potest esse infestius. Neque dulcia, nisi ingenti mole, firmis, & qui laboribus dediti sunt, facile nocent, sed alvum apertam molleaque servant. Si vero acidum restagnat in ventriculo, vel cum acidis adsumuntur, & paulo diutius intus retinentur, fermentatione tam corrosiva evadunt, ut cholera, vel tunicarum intestinalium corrosio metuenda sit, & semper cum dolore, & tenesmo, & sine dolore excrementa alvi pallida dejiciantur. Eodem modo pinguia, & butyro frixa in ventriculo acidum offendunt humorem, mutua effervescentia, & conflictu excitant ardentissimos flatus, seu ructus, summa cum molestias junctos, ut subinde tussis, vel vomitio irritetur. Quin etiam optime alias nutrientes cibi, ut sunt ova sorbilia, carnes juaviorum animalium gelatinosa, in impuro, & acidis succis referto ventriculo ut plurimum corrumpuntur, ut major lesio, quam nutritio, & robur inde expectanda sint. Ex quo jam liquidius appetit ratio, cur hypochondriaci, hystericae, febricitantes, & qui cum alvo adflatentia flatulentius, & ipsalmis subinde exercentur, ad omnem fere cibum, etiam optimum, pessime se habeant.

§. XI.

Nihil est, prater frigidum excessivum, in rerum natura, quod tam prompte fluxiles homores inspissat, coagulat, adeoque ad circuitum per minima vasa ineptos, & ad stagnationem aptissimos reddit, quam acidum; nihil quoque est, quod teneriori nervosarum partium texturæ, tum ob constipacionem, tum ob arrofionem, tam hostile sit, quam illud ipsum: unde non mirum est, affectus ipsalmodicos, & hypochondriacos, praesertim concursantibus aliis causis, & ab hisce generati, & ab iisdem foveri.

Scholion.

Ego hac in re experientiam, ceu testimoniū provocō, ex ingenti hystericalium

numero vix unam dari, quæ non ex acidorum, & fructuum horæorum abusu sub pauco potu, & vita sedentaria in inordinatum mensum fluxum, & malum inde subortum hypochondriaco-hystericum inciderit, quod mœstitia diurniori, & perversa in medendo tractatione, ita læpius invalescit, ut nulla arte vinci possit: sunt vero plures causæ, cur sexui feminino tam infensum sit acidum.

§. XII.

Quicunque evitare volunt graves, & diuturnas ægritudines, ii maxime sibi cavere debent ab acidis intemperantius adsumitis, eo quod hæc ipsa motibus vitalibus progressivis, secretoriis, & excretoriis admodum sint adversa, huatores coagulent, polyposas, & calculosas concretiones inducant, visceraque infarciant.

Scholion.

Inter chronicos morbos malum hypochondriacum, & scorbutus præcipuum locum tenent, & misere per multos annos homines excruciant, quia in visceribus radices agunt, si infarcta, obstructa, vel nimium distenta, aut indurata, & scirrhosa; praesertim hepar, pancreas, lien, renes fuerint, vel si polypi in vasis majoribus subsistentes liberum, & promtum sanguinis circuitum impediant. Hæc omnia promte fiunt, si gelatinosa sanguinis pars ab acido coagulatur, ejusque sulphurea, que caloris genitrix est, figitur. Rectissime enim statuit Helmontius, acidum venis admodum esse hostile, & morbos chronicos gignere, quia biliis generationem impedit. Nam acidum sanguinem recenter e vena emissum promte coagulat, & liquor acidus, siphone in venas animantis vivi injectus, brevi illud enecat.

§. XIII.

Acida copiosius sumta, dum migrant in sanguinem, non modo ipsi fluxilitatem demunt, sed & congregiendo cum particulis terreis, & salinis copiosum tartareum tal in humoribus producent, a quo intra corpus retento, nec per renales tubulos evecto, varia calculorum genera in renibus, vesica, ductibus bil.olis, & variae arthritidis species oriuntur.

Schol.

Scholion.

Ego multoties observavi, ab immoderata vinorum, quæ multum acidi continent, potionē, & arthritidem, & renalem calculum, præsertim accidente quadam hæreditaria dispositione, diu adfixisse. Helvetos, & Batavos vesicali calculo maxime esse obnoxios, notissimum est; cuius causa dubio procul in crebrum lacteiniorum, ac acidorum usum rejicienda venit. *Cyprianus*, celeberrimus ille Angliae lithotomus, referente *D. Allen in Synopsis universæ medicinæ*, inter 4000. in quibus extractionem calculi vesicæ tentavit, cœnopotas quamplurimos, sed ne unum quidem zythopotam calculosum inventit, unde cerevisiam blandam, & mitem magis, quam vetustam, ad potum ordinarium commendat.

§. XIV.

Acida foeminitis gravidis, & lactantibus, & puerperis, & quibus ob ætatem menses deficiunt, valde pernicioſa esse, experientia edocemur.

Scholion.

Horum ratio ex modo dictis facile elicitur; nam nutritius succus, qui infantem in utero, & extra eum alere debet, miscela acidorum destruitur, atque intemperatus fit. Infantes, qui mammas sanguinunt, si nutrices acida sumserint, inde ardorem, & tormenta percipiunt, & gravidæ, si fructibus horæis abutuntur, infantes vel debiles gignunt, vel in puerperio graves pœnas luunt. Ubi mensium plenarius est ob ætatem defectus, facilis est dispositio ad chronicas, & spastmodicas passiones, quam cum acida augeant, omni cura ea evitare oportet. Puerperis vero nocent, quia lochialem impuri sanguinis fluxum cohibent.

§. XV.

Utut acida intemperativo, & immoderato usu admodum noceant, moderate tamen adsumpta, ubi corpus nimium æstuatur, & celerius sanguis movetur, sive æstas est ferventissima, & corpus juvenile motu exercetur, tantum abeat, ut valetudinem offendant, ut potius conferant, atque appetitum, & digestionem excitent.

Scholion.

Ita certe est, ut, quæ nocere vehementer possunt abusu, prudenter usurpata profint plurimum. Medicinæ itaque potius, quam alimenti vicem præbeant ejusmodi excessivis facultatibus donata, quorsum etiam vina acidiuscula, & spirituosa referrimus. Et profecto alimenta illa validiora, quæ potius ut medicamenta consideranda sunt, ingentia illa in differenti corporum natura discrimina satis, abundeque docent, quæ observatio, utique in medicina tam diætética, quam therapeutica summe necessaria est, multumque momenti habet. Perpetuum enim id esse deber, ab uno homine, qui hoc, vel illud sine lesione ferre possit, non judicandum esse ad alterum. Noti mihi sunt medici, quibus obtemperaturam cholericam acida nihil fecerunt incommodi, & ob id perducti sunt, ut insens fere acidum, nec morbosum, neque in hypochondriacis etiam accusandum esse contenderint. Tam corrupta saepius est argumentandi ratio, cui quotidiana experientia contradicit.

§. XVI.

Quam perniciosus acidus vitæ, & sanitati est humor, & ex omnibus intemperatis, qui adsumuntur, pessimus, tam promptum, ac facile est, si in prima regione consistit, eum temperare, corrigere, & plane innoxium reddere.

Scholion.

Id præstant efficacissime omnia terrea, alcalina, ut conchylia, ovorum testæ, cancerorum lapides, item salia fixa alcalina, & hujusmodi alia quamplurima, quæ absorbendo, invertendo omnem statim noxiam admidunt. Sunt hæc simplicissima, domestica, & parabiliora medicamenta, sed probatæ virtutis, & præstantioris usus, quam ulla alia pretiosa, summa arte conquisita, vel chymico igne confecta. Et certe hoc nomine *Tackenius*, & *Sylvius*, qui horum usum summe proficuum in artem nostram introduxerunt, eximiā laudem merentur. Optandum certe foret, ut, & alii intemperati, & qui in vitio sunt, humores, quales sunt nimis acres, falsi, biliosi, viscidi, tam cito, & tam valide aptis remedii, & specificis alterantibus

tibus corrigi, & inverti possent. Certe absorbentia, si quis iis recte uti potest, subiunctis nempe clementioribus laxantibus, & temperatis balsamicis, ac robortantibus, tanta pollent, tum in avertendis, tum in mitigandis chronicis, & gravissimis, quæ fomenta sua primis in viis habent, passionibus efficacia, ut longissime aliorum medicamentorum vires post se relinquunt.

§. XVII.

Inter cibos intemperatos, & insalubres referendi etiam sunt nimium sale conditi, & immoderatius usurpati.

Scholion.

Est quidem sal commune non alimentum, sed potius ejus condimentum præcipuum, & utilissimum, quia ciborum dissolutionem non modo adjuvat, sed & saluberrimas excretiones maxime per alvum, & urinam promovet. Rectissime enim *Hippocrates Libr. de affectionibus de salis pronuntiat*, quod alvum, & urinam cieant. Aquas salsas purgationis causa, & foenum Græcum saltem, ut refert *Celsus Lib. 3 Cap. 27*. *Asclepiades* prescripsit: atque etiam acidularum, & thermarum operatio purgativa, & diuretica salinis ingredientibus præcipue adscribenda est. Aquas salsas alvo infusa plus eam stimulat, ac forte purgans. Deinceps, & sal commune, & omnis generis salia non modo alvum promovent, sed & urinam provocant, urinosos renum tubulos apertos servando, & stimulando, quo magis palam fit saluum usus ad sanitatem proficuus.

§. XVIII.

Salia cum cibis sumta non remanere diutius in corpore, sed rursus mox tam per alvum, quam per urinam excerni debent, alias dulces, & roscidas sanguinis, ac lymphæ partes vitiant, & morbis, quorum origo a sale est, causam, ac somitem supeditant.

Scholion.

Salia sibi relicta minime corporis animalis principia constitutiva ingrediuntur, sed præstito usu, vel per urinofum renum scribrum, vel per alvum rursus evehuntur. Illud enim sal, quod in urina continetur, maxima ex parte sali communis, quod et-

iam arte elici potest, debetur. Nam omnium salium promptissimum est iter per renes, qui primum aqueos, & tenues in sanguine humores evehunt, unde urinæ sunt aquosæ, & pallidæ, postea vero crassiæ, & sale turgida liquida admittunt, unde urinæ fiunt coloratores. Quo plus itaque salis, sive inter cibum, sive inter medicamenta, sive cum aquis medicatis, & thermalibus, adsumptum fuerit, eo largiore salium copia urinæ continent, quod vel ex earum per instrumentum staticum instituto examine, vel leniori evaporatione constat. Si itaque salia in corpore accumulata per congruum eorum emunctiorum, quodrenes constituant, si vitio laborant, vel spasmus constricti sunt, non probe separantur, sed remanent: tunc multi ex sale vitiis prodeunt morbi, cuius generis sunt varia pustularum, vesicularum, & exulcerationum genera, artuum dolores, rheumatismi, catarrhi, fluxiones fallæ, & acres, diarrhoeæ, formina, cutis erosiones, & varia calculorum genera, in quibus omnibus medicamenta salina, sive volatilia, sive fixiora, tantum abeff, ut profint, ut potius præsentaneam noxam inferant, atque symptomata exasperent.

§. XIX.

Non præsentior medicina adversus morbos salia, & ab iis nascentes morbos ipsæ communi aqua frigide, vel calide largius hausta datur, utpote quæ comimode omnis generis salia diluit, arque imbibit. Præterea viscidos humores dissolvit, obstruções aperit, & per urinam æque, ac per sudorem excrementitia salia evelhit.

Scholion.

Quare non possum non laudare confutidinem, quæ noltri temporibus invaluit, aquam domestica quadam herba alteratam copiosissime, & calidissime hauriendi, quæ mane, & peracta digestione egregia pro valerudine est. Et hæc quoque mihi videtur ratio, quare scorbutus, qui olim hisce quoque regionibus communissimus fuit, in eminentiori gradu rarius conspicitur. Sed uti in omnibus, ita & hic moderatione, ac prudentia opus est, qua de re satis egimus in *Differ. de Aqua Medicina Universali*. At ego quidem non possum

non hoc loco solennem, sed detestabilem consuetudinem improbare, qua foeminæ præfertim, quæ debile genus nervosum obtinent, infusum fabarum Caffee non servel, sed bis, vel aliquoties de die hau- riunt. Hac enim ratione efficiunt, ut cum infusum illud ad acidum primarum viarum domandum alias non sit inutile, nervoso tamen generi inimicum, in moderatiōi usū toti corpori, & maxime nervis inducat imbecillitatem, unde, si in morbum quendam acutum incident, rarius, quod expertus sum, evadunt.

§. XX.

Intemperatis quoque, & insalubribus cibis jure nimium dulcia, mellita, saccharata, fructus dulces, & musta annumeranda sunt, cum modo fermentatione aescant, modo valde tenaces, & glutinosos humores reddendo viscera infarciant, obstruant, & ad generationem morborum chronicorum multum contribuant.

Scholion.

Uti quidem sanis, & robustis omnia sunt sana, nec facile laedunt, ita etiam dulcia, si non diutius primis viis inhærent, sed alvo mox expelluntur, non adeo nocivæ sunt. Aliter vero res habet in infirmis, & ubi ventriculus laborat, tunc enim facile coaceſcent. Et hanc ob causam Celsus Lib. 1. Cap. 2. pag. 25. de hisce hanc profert sententiam: *condita omnia duobus de causis inutilia sunt, quoniam & plus propter dulcedinem adsumitur, & quod modo par est, tamen agriſtus concoquitur; secunda mensa bono stomacho nihil nocet, in imbecillo coaceſcit, omniaque prædulcia stomacho aliena idem. Auctor Cap. 25. judicat.*

§. XXI.

Experiencia clarum est, dulcia jejuno sumta ventriculo appetitum destruere, & viam digestioñis infringere, manifesto documento, succum illum fermentativum, & menstrualem, qui alimentis optime solvendis servit, horum copia multum debilitari.

§. XXII.

Eadem dulcia, quia glutinosos, & viscidos humores reddunt, morbos, qui ab affluentia, & decubitu pituitæ fiunt, exasperant; præter hæc, & atoniā pulmo-

nibus inferunt, eorumque fibras nerveas, & membranaceas solvendo decubitus viscidæ pituitæ ibi caſtantur. Simili ratione tunicarum ventriculi, & intestinalium robur, & tonum laxando digestioni minus patrocinantur.

Scholion.

Quod vel ex eo cognoscitur, quia non tantum a nimio eclegmatum, pectoralium & dulcium usu gravitas in ventriculo fit, sed & alius nimis relaxatur; & videmus, ut Crato animadvertis Lib. 5. Consil. Med. 7. a nimis frequenti usu eclegmatum eos, qui pectoralibus morbis laborant, ut tussi humida, & asthmate diuturno, interdum in hydrope, & tumores pedum cœdematosos incidere.

§. XXIII.

Eadem alimenta propter glutinosos, quos ingenerant, succos nimis corpus repellent, & visceribus vasculosis, ut sunt hepar, lien, pulmo, admodum inimicata.

Scholion.

Dulcia replere jamdudum notavit Hippocrates Lib. 2. de diæta §. 33. & Celsus Lib. 4. Cap. 9. omnia dulcia lienis inimica pronuntiat. Oribasius Libr. 4. Cap. 23. auctor est, omnia dulcia lienem, & jecur obstruere & scirrum producere. Quod vero dulcia multum nutrit, & venas repleant sanguine, & succis malis. Nonnius de re cibaria Lib. 1. Cap. 41. p. 129. claro hoc experimento comprobat: uva, scribit, non mediocre præbent alimentum; quod in vinearum custodibus observare licet, qui dum duos prope mensis solis sicibus, & uvis vescuntur, corporis molem egregie augent, sed cum desierunt eas comedere, celeriter iterum concidit, & detumescit, quia carnem non solidam, sed fluxam generant, minus tamen, quam ficus nutriunt. Quo etiam pertinet illud, quod Antonius Musa Brasavolus refert Comment. in Hippocrat. de viatu auctor. Ferrarie suo tempore suis fe anseres farsiles, quorum hepar duas sepe libras pendebat. Ut autem illud in molem ex crescere, sicibus illos alebant. Spectat huc Horatii Flacci illud: *pinguis, & fiscis pastum jecur anseris albi.*

§. XXIV.

§. XXIV.

Igitur abstineant a prædulcibus omnes plethorici, phlegmatici, imbecilles, senes, pueri, mulieres, in cachexiam, vel alios morbos longos proclives, qui spongiosi habitus sunt, qui ex exercitationibus minus sunt dediti, multo magis vero hypochondriaci.

Scholion.

Infantes, qui dulcibus delectantur, facile laborant lumbricis, qui optime inde & generantur, & nutritur. Præterea dulcium usum intemperantiorem lympham corrumpere vel illud argumento esse poterit, quod dentes ab eo facile nigredinem, & cariem contrahant, atque in senibus, item hypochondriacis cruditates acidas augeant. Si quis vero dulcia velit adsumere, is ex consilio Celsi melius fructus dulces primo cibo comedat Libr. 1. pag. 25. Idem suadet Nennius Lib. cit. pag. 71. quod nempe, si quis velit vesci melonibus, & aliis dulcibus fructibus, eos primum sumere, & deinde probos cibos comedere debat, ut adventu melioris escæ illorum malitia obtundatur. *Cuspinianus in vita Friderici auctor est, ab eflu melonum quatuor Caesarès periisse.*

§. XXV.

Ad minus salubres cibos referendos quoque eos duco, qui pistoriæ operis sunt, & placentarum nomine veniunt, ex butyro, ovis, & saccharo confecta, vel in igne frixa, præsertim, si non satis spongiosam, & teneram, sed lentam, & glutinosam habeant substantiam.

Scholion.

Dici vix potest, quam nociva sint illa edulia, quibus maxime infantes, pueri, foeminae & plerumque imbecilli, qui motus corporis non exercent, sed vita otiosa indulgent, delectantur. Nam rarius haec recte in ventriculo subiguntur, ac resolvuntur, sed in tenacem, & acidam massam degenerant, quæ modo tunicam intestinalem villosam, qua chylus filtratur, obstruit, glandulasque gastricas, & intestinales muco obducit, modo ad sanguinem delata lentam, & vappidam lympham reddit, & glandularum obstructiones causatur, unde impuræ lymphæ mor-

bi oriuntur, quo in numero maxime est purpura, tam chronicæ, quam quæ acutis passionibus se adsociat, qui difficilem sanationem recipiunt. Neque ego aliam rationem concidere possum, cur in iis locis, ubi hæc alimentorum genera quotidiani serie usus sunt, & albus fluor, & purpura familiarissime in foeminas incident, & illis etiam locis jam regnare coeperint, quæ ante aliquot lustra plane ab hisce affectionibus fuere immunita, idque frequenti sacchari usui in potu Coffee, & Thee adscribendum esse puto, præsertim, si simul utantur cerevisias triticeis.

§. XXVI.

Neque adversus vitia, quæ ex intemperatis, dulcibus, & vifcidis alimentis procedunt, efficacius novi præsidium, quam ut iis omnibus abstineant, corpus probe exerceant, & aquas puras, & simplices, balsamica herba temperatas calidissime bibant, & cerevisias præstantissimo lupulo Bohemico bene coctas hauriant, quod consilium vidi sèpè salutare.

C A P U T I V.

De noxa potus spirituosi, vel nimis pauci.

§. I.

Ex potulentis yaletudini infenſilimis, & naturæ humanæ plane incongruis maxime eminent spirituosa, quæ latoori, & continuato ulo, & solidis, & tuidis corporis humani partibus gravemnoxam inferunt.

Scholion.

Per potum spirituosum præcipue intelligimus spiritos inflammbiles, ex fermentatione paratos, aquas sic dictas ardentes, & vina valde potentia, omnes liquores, ac cerevisias, quæ facile inebriant. Quorum noxa eo gravior, quo usus est liberius, & frequentior.

§. II.

Observatione frequenti, & certa compemus, eos, qui paulo liberalius aquarum ardentiū potationi indulgent, morbis maxime chronicis, quæ sunt sanationis diffi-

difficilioris, implicari, ut sunt hydrops, atrophia, icterus, phthisis, anorexia, universi corporis languor, hectica febris. Nonnulli in ferales capitum morbos, ut apoplexiam, paralysin, affectus soporosos, vel capitum dolores, incident.

Scholion.

Experientiam hac de re satis evidentem auctoritatibus etiam quibusdam præstansimorum medicorum stabilire nobis visum est. Et hos inter eminet Gasp. Hoffmannus, qui in *Præsat. de medicamentis officinalibus aquarum ardentium abusum admodum increpat*, cum ait: *jam etiam & mulieribus innocuit, aquas stillatitias propter empyreuma, quod plerumque omnes habent, ventriculis quibusdam sensibilibus adeo esse adversas, ut per usum earum manifestam perceperint lesionem, vel ventriculi solius, & appensorum intestinorum, vel hepatis, lionis, renum: olea stillatitia, quæ sere essentias vocant, tam aperte inimica sunt ventriculo quidem membranaceo, absumento humidum illius radicale, hepatis autem aliisque visceribus sanguineis inflammatio, aut, ut distinctius loquar, phlogosum excitando, ut quidam sicut perpetuam sibi accessiverint, quidam cachexiam biliosam, quidam hydropem calidum. Ne longe abeam, spiritus vini nostras, seu ex secibus factus, seu ex bacis juniperi, tam est infestus hepatis, ut duorum triumve mensum spatio colliguatione introducta hydropem fecerit, qui omnibus funestus fuit. Eju'dem quoque sententia est *Sylvius*, qui *Libr. I. Prax. Cap. 10.* ab abuso spiritus vini frequentissime morbum regium, & hydropem ascitem obseruavit; & *Cap. 7. §. 30.* plenariam appetitus prostrationem, & abolitam ciborum digestionem a spiritu vini crebriori usu ori adserit. *Lysterus in Exercitat. de hydrope eum Londino populari abusi spiritus vini, & cerevisiæ adserbit: hinc fundi, inquit, nostri calamitas, hinc illæ lachryme.* *Wedelius in Pathologia* ab eodem spiritu largius hausto sanguis phthisin, & frequentissime hydropem orihi obseruavit. *Vidimus, pergit, talia frequentissime, adeo ut si offeratur eger alias orthostadios, qui citra aliam aliquam causam manifestam conqueratur de inappeten-**

tia ciborum, & laßitudine membrorum, solenne sit nobis querere, an spiritu vini utatur, an fumo tabaci.

§. III.

Omnis generis liquida spirituosa copiosus sumta partibus sulphureis inflammabilibus non modo intellinam calidam, & expansivam in sanguine commotionem efficiunt, sed & systolen cordis, & omnium impellantum vasorum augendo fluidorum progressum per universum corpus accelerant, unde pulsus fortior, celerior, & sitis horum usum ordinario sequi solet.

§. IV.

Auctiori sic facto sanguinis circulo, & crescente ætu humida, & subtilior sanguinis portio, quæ secundum naturam triplo major, quam solidi esse debet, plus justo consumitur, nutritio hinc perditur, partes elanguescent, & sanguis intemperatus, imo ad coagulum valde pronus evadit.

§. V.

Spiritus vini, phlegmate suo privatus, mixtione & consistentiæ sanguinis, lactis, chyli & succi gelatinosi plane adversus est, quia hisce rebus adfusus unionem, & viaculum illud partium fluidarum, & solidarum, in quo earum genuina crasis constitut, plane destruit, partes solidas a fluidis separando. Et quia rectificatissimus spiritus, sanguini humano infusus, illi forte, & stabile coagulum infert, non datur eo praesentius ad sanguinis fluxum cohendum auxiliis genus.

§. VI.

Propter vim, quam spirituosa obtinent animantium succos coagulandi, ad morbos, qui ex vasorum obtrusionibus, viscerum indurationibus, polypsis concretiobibus, scirrhescientiis nasci solent, valde disponunt.

Scholion.

Et hujus generis morbi utique sunt hydrops, cachexia, contumax febris, phthisis, atrophia; nam hi ipsi morbi, testante sectione corporum iis mortuorum, in hepatis indurationibus, pulmonum tuberculis, pancreatis & glandularum mersaicarum scirrhescientia, lienis infarctu, & coreuptione sedem suam, & radicem fixam

fixam habent. *Riedlinus in Lin. Med.* refert quendam continuo vini spiritus usa, neglectis carnis, alisque edulis, mortuum, & dissecto corpore ventriculum, intestina omnia rugosa, & contracta, hepatis tubulos concretos, bilem in totum corpus succedentem, pancreas aridissimum, membranam aliquam corrugatam, & concretam referens, totum vero corpus exsuccum repertum fuisse. Nota mihi aliquot sunt exempla hominum immoderatus spiritui vini, & cerevisiam bibentium, qui ex hydrope, phthisi, hæmoptysi mortui fuerunt, ubi in apertione corporum non modo hepatis, & pulmonis indurations, & exulcerationes, sed & polyposæ concretiones in vasis reperta fuerunt.

§. VII.

Liberaliores aquarum ardantium, & aliorum spirituorum potatores tandem penitus ciborum appetentiam amittere, & anorexia laborare, indubitate experientiae fide constat, & hinc tabe, & viribus consumti tandem pereunt.

Scholion.

Spirituosi liquores ventriculo, & annexis intestinis, eorumque functionibus valde inimici sunt, & quidem plurimis ex causis. Primo enim nimias illas in tunicis incidentes glandulas, ex quibus fermentalis, & solvens liquor stillat, quæ innumeræ sunt, spirituosa rigidas efficiunt, atque indurant, ut lympham illam stomachicam, ad appetentiam, & digestiōnem ciborum valde uilem, amplius plorare nequeant. Deinde appetitus, & ciborum digestio secundum naturam, quæ a liquamine illo acidulo fermentativo, a coctione in plicis ventriculi relicto fit, plane destruitur, quoniam spirituosa vim lymphæ gastricæ valde enervant. Notum enim est, summe corrosivos liquores, associatione valde rectificati spiritus, penitus edulcorari posse, & omni fermentationi spirituosa admodum resistere. Tum etiam totum digestionis in primis viis negotium maxime a temperato calore sanguinis æque, ac a temperata succorum lymphaticorum salivalium, & solventium natura, & crassi sovetur, utriusque vero tem-

periem spirituosa plane destruere, apud omnes in confessu est.

§. VIII.

Spirituosi potus ledunt maxime omnium caput, unde in capitis, & nervorum morbis nocentissimi sunt, quippe quos etiam, vel excitant, vel exacerbant.

Scholion.

Id quoque intelligendum est de vino fortiori, & potente, nam spiritus vini veteribus erat incognitus. De vino vero *Galeanus Lib. 3. de temperamentis*, & *Libr. 2. de symptomatum causis* hæc prodidit: tremore corripuntur, qui se vino meraco amplius impleverunt, & vinum immodecum haustum morbum attonitum, epilepsiam, laesiones motus sensusque facit. *Rofsinckius ord. & method. medend. Comment. Sect. 3. Cap. 89.* mentionem facit quarranarii cuiusdam, qui pro recuperanda sanitate spiritum vini ad ebrietatem usque ingurgitavit brevi sequente convulsione, & insperata morte. *Haechstetterus decisi. 10. Cap. 6.* scribit: quidam de aqua vita *Matthioli copiosius* bibit, & is paralyticus factus est, alter simili vitio laborans, apoplecticus; tertius, qui cacoehymicus fuit, ac podagricus, rotius corporis pruritum sentiebat, ac lassitudinem, cui idlerus, dispnoea, ac tandem mors supervenit. *Platerus a spiritu vini immoderate sumto* homines attonitos observavit, & stupidos, ac si opium bibissent. Et puer apud *Wepferum in Tract. de circuta aquatica* profundo somno obrutus, semimortuus cum extremorum frigore redditus est. Meretur quoque huc elegans locus adduci ex *Hollerio in Comment. Sect. 5 aph. 5.* Iape accedit nostris, ut per ebrietatem fiant phreneticis similes, & delirent. At si obmutescant, statim moriuntur perinde, ac apoplectici, & hoc fit ratione vinorum vinosorum, crassorum, qualia sunt *Cretica*. Quod vero capitum infesta sint spirituosa inebriativa, ejus rei ratio non una videtur. Primo enim sulphure admodum volatili, vaporoso, cerebri, & nervorum mæandros replent, unde non aliter, ac narcotica purissimam nervorum lympham inquinando stuporem, torporem, somnolentiam, imo brevem insaniam, sensuunque, ac motus impotentiam inferunt, quæ

symptomata tamdiu durant, dum sulphur illud volatile exhalaverit; nam ob vim narcoticam spiritus venenum est felibus, cum cochleare ori immisum eas brevi convolutionibus necet, sicuti omnia narcotica, & ob id etiam nubes vomicae id efficiunt. Deinde a spirituosis motu intestino sanguis valde rarefit, & expanditur, unde arteriae carotides, & vasa plexus choroidei tenuissima hinc nimium dilatata in systole, & contractione impeditur, & sanguinis transitus per caput tardior fit, unde venæ ab eo infaciuntur, serum secedit, & sic graves capitales morbi ingenerantur.

§. IX.

Tametsi vinum longe temperatus sit spiritu vini, tamen ex ejus immoderato usu plurimæ, etiam noxæ in corpus humandum redundant.

Scholion.

Quamvis præcipua vinorum potentia, & virtus in ejus spiritu resideat, tamen, quia ille admixtione partium aquearum, & acidulo tartarearum temperatus est, quæ quasi freno ejus subtilitatem coercent, nemis præceps sit in commovendo, hinc vinum innocentius est ejus spiritu, qui totum corpus penetrat, inque membranas ventriculi maxime, & cerebri magna potentia gravatur. Et in eo quoque consentientem habemus Pechlinum, qui Libr. 3. Obs. 38. ita judicat: *qui vino se quotidie ingurgitant, non adeo periclitantur, quam qui spiritu ejus, & in hisce pauci seram atatem attingunt.* A vini quidem consuetudine, si eo natura contendat, arthritidis periculum, sed a vini spiritu tabes, hydrops, atque icterus, membrorumque omnium, ac sensuum palpitatio.

§. X.

Vina ex acido tartareo, & spiritu temperata, ut sunt Germanica, præsertim Rhenana, quotidie immoderatus hausta, & jejuno imprimis stomacho, & ante cibum assunta, ad calculum, ad arthritidem, ad podagram, ad catarrhos, ad phthisin, etiam disponunt, & nocent quoque iis, qui capite, & ventriculo infimo, ubi cibi facile coacecent, laborant.

Scholion.

Vinum purum, antiquum, Rhenanum convenienti usu summa est medicina stomachum confortans, & omnes vires reficiens, quod mentem exhilarat, quod circulationem sanguinis promovet, & digestionem quoque juvat; nihilominus immoderationi usu corpora disponit ad morbos jam dictos: & quidem propter spirituosis elementum sanguinem nimis expandit, capiti nocet, & propter acidum, quod sovet abundantissimum, non modo ad morbos tartareos disponit, sed & eos præsentes exacerbat. Valde vero infensa hæc vina sunt hypochondriacis, quia augent acidum, & difficilis per alvum, & alia excretoria fecidunt. Novi plurimos hisce morbis obnoxios, post multa frustra tentata, sola abstinentia vini, ad sanitatem perducent fuisse. At vero major est noxa a vinis metuenda, si vaporosa spirituosa substantia imbuta sunt, si vilioris conditionis, si diu in sanguine morantur, nec bene transirent per excretoria. Ea enim est salubrium, & meliorum vinorum nota, si urinam cident, alvum movent, & bene transpirant, ut nullum torporem, sed potius alacritatem, & levitatem quandam in capite relinquant.

§. XI.

Nocet vero quam maxime vinum antecibum copiosius sumtum, si caput infirmum est, si dolet; nocet quoque infantibus, & senibus in majori copia datum.

Scholion.

Reste Hippocrates de veteri medicina: vinum merum potum hominem quadam imbecillitate afficit: & Lib. de flatibus: aucto derepente sanguine per ebrietatem animalium functiones ejusque intellectus concidunt. Et Lib. de diata in acutis §. 30 in ejusmodi morbis, ubi vehementer capitum gravitatem, aut mentis lesionem metueris, vino omnino abstinendum, & tum aqua utendum est. Caius Aurelianus nunquam vinum concedit in morbis capitum, in doloribus, vel acutis passionibus, nisi morbo declinante, vel finito. Ita etiam Celsus Lib. 4. Cap. 2. in dolore capitum vinum rejicit, & aquam bibendam suadet. Si vero excusus ex toto dolor est, etiam ad vinum reverti posse scribit. Idem auctor in den-

rum dolore vinum ex toto circumcidens
dum esse suadet, *Liber. 6. Cap. 9. pag. 406.*
Pueris vero *Platus in secundo de Legibus*
præcepit, ne usque ad duodevigesimum
annum vinum gustarent, quia nutritio-
neum impedit propter nimium calorem, &
aliam adhuc adjicit rationem *Galenus Lib.
1. de tuenda sanitate*, quia eos ad iram,
& libidinem præcipites facit, & partem
animi rationalem hebetem, turbida mque
redit. *Præclare hinc olim Eobanus ce-
sinit:*

*Immodici sensus perturbat copia
Bacchi,*
*Inde quis enumeret, quot mala
proveniant?*
*Corporis exhaustit succos, animique
vigorem*
*Opprimit, ingenium strangulat,
atque necat.*

§. XII.

Quæcumque de vinis crassioribus, &
vaporosis dicta sunt, ea etiam intelligenda
sunt de cerevisis valde inebriativis, quæ
plus certe nocent sanitati, quam vina.

Scholion.

Dici vix potest, quantum sanitatis detri-
mentum patiantur ii homines, qui pro
ordinario potu cerevisis crassis inebriativis
utuntur; multo vero magis periclitantur,
si immoderatus eas adsumant, utpote que
longe diutius manent in sanguine, nec
tam facile excretoria subeunt. Nec vero
tantum cerebro, & nervis, sed & visceri-
bus vim inferunt, dum illa obstruendo
morbos dant chronicos incurabiles. Non
possum autem non pessimum illum meden-
tium quorundam morem hoc loco repre-
hendere, qui morbis tam chronicis, quam
acutis laborantibus ejusmodi crassas cere-
visias concedunt, quas vix sani homines,
multo minus ægroti, ferre possunt. Ego
omnibus ægrotantibus suadeo, ut deco-
ctum hordei, vel chinæ, & scorzonerae
cum passulis, quantum velint, bibant,
sanis autem, & valentibus vinum aqua-
pura, & levi dilutum, quotidie biben-
dum commendo, ubi pro ratione tempe-
ramentorum plus, vel minus aquæ ad-
dendum est; nam vina certe lymphata
omnibus cerevisis, & potibus præstant.

§. XIII.

Quam nocivi vero sunt potus intemperi-
ti, vel nimis copiose hausti, tam pernici-
ale etiam est, quæ consuetudo maxime fœ-
minarum est, nimis parum liquidi assume-
re, siquidem hoc ipso passionum chronicarum
fundamenta fæpissime sternuntur.

Scholion.

Nam sanguis bonus, & sanitati com-
modus minimum tres partes liquidi aquei,
& unam solidi continere debet, quo satis
fluxilis minimos tubulos libere, & sine
impedimento permeare, & excrementi-
tias salino-viscidas sordes per emunctoria
evehere possit. Si itaque ex defectu liqui-
di humores nimia spissitudine, & crassitie
laborant, quid aliud contingere potest,
quam ut hinc inde in minimis vasis restan-
gent, & viscera ad obstrunctiones, atque
indurations disponant, & relicta excre-
mentitiis partibus impuri succi reddantur,
præsertim si corpora motu, & exercitatio-
ne careant, atque intemperatis, acidis,
& viscidis utantur. Videmus itaque, præ-
ter experientiam, etiam ipsam rationem
pro valetudine integra servanda non mo-
do motum, sed & potum liberaliorem
modo is sit congruus, suadere. Videmus
etiam eos, qui nimium potu se ingurgi-
tant, non tam frequentibus morbis esse
obnoxios, quam qui nimium voracitati
dediti sunt, & gulæ indulgent.

C A P U T . V.

*De excretionum defectu, præcipuo
morborum fundamento.*

§. I.

AD firmam valetudinem, & corpus
sanum servandum non tantum in-
getta, sed maxime omnium etiam excre-
ta spectari debent. Si quidem, & nimia
ingestorum copia, & mala eorum mate-
ria non facile offendit corpus, si modo be-
ne per excretoria transeat, & foras ejici-
tur. Nam illud saltim, quod in vitio est,
si in corpore retinetur, si morus expers est,
si subsistit, & partes exquisitoris sensus
& motus lacescit, morbum patere, &

motuum economiam salutarem perversare solet.

§. II.

Ingens est copia, quæ homo adultus, laboribus, & exercitationi deditus, quotidie adsumere debet, sed ejus corporis tamē pondus subducto calculo non increscit; ergo sequitur, ut & ingestorum & egestorum eadem esse debeat mensura.

§. III.

Non modo optimo rerum magistro uero atque experientia docemur, sed & præstantissimæ illæ a Sanctorio propositæ dialecticæ ex staticis leges confirmant, hominem & bene valere, & ad omnes actiones tum animi, tum corporis obeundas esse promissimum, si corpus, absoluta digestione, non ponderosius fiat, & excreta ingestis per omne tempus bene respondeant.

Scholion.

Si ullus ex veteribus medicis scriptor, qui utilia proposuit, laudem meretur, certe est Sanctorius, qui elegantissimum illum de medicina statica maximi usus libellum composuit, in quo docet, si corpus ponderosius ob excretiones, præsertim transpirationem, imminutas evadat, paratissimam esse ad morbos viam, qui etiam, nisi evacuationes restituantur, certissime sequuntur.

§. IV.

Maximi igitur momenti est, ad morborum generationem probe intelligendam, & ingestorum, & excretorum naturam, modum, & rationem recte examinare, atque perpendere.

Scholion.

Amplissimæ hujus veritatis vestigia jam apud antiquissimum artis medicinalis auctorem Hippocratem reperire licet, cum Lib. 4. de morbis §. 16. hunc in modum disserit: quomodo, & cur homo sanus degat, referam. Postquam comedit, ac bibit, & humor ad corpus pervenit, admiscetur ei, qui in corpore jam est, & ea die, qua accessit, in corpore manet, postridie alius humor ad ipsum accedit, atque duo sunt dies, & duo in corpore humores, & alteri quidem humoris duo dies sunt, alterius unus, qui postridie accessit, manet in corpore, alter

autem coctus a caliditate diffunditur, & tenuis factus postera die a recenti expellitur. Si vero permanferit, graveolens fit, tertia vero die una cum stercore, & urina exit copia ipse sibi æqualis, & consimilis, & aequilibris, & cibi quidem semper postridie per album secedunt, humor autem ad tertiam diem. Et hoc modo sanitas continere solet. Deinceps addit: si humor pluribus diebus, quam tribus, in corpore permaneat, aut aliis implens accedat, major, aut minus malum homini accedens. Et hic totius paragraphi sensus est.

§. V.

Sapientissimum, quod in structura microcosmicae machinae appetat, artificium maxime in eo positum esse video, ut innumera organa velut officinae sint, quarum beneficio per continuum tritum, motum, impulsum ingesta subiguntur, attenuantur, & inter se invicem probe miscentur; postea innumera quoque organa colatoria, & emunctoria existant, per quæ materia supervacua, inutilis, & mixturae animali, ac vitæ aliena corpore ejicitur.

Scholion.

Quum ventriculus, & longus ille intestinorum canalis, & pulmones, omniaque viscera, & cor cum magno arterioso canali motu elasticō, & contractorio perpetuo exerceantur, tritiori quasi vicem gerunt, quo alimenta interventu liquidis subtilissimi solvuntur, inque minutissimas partes dividuntur, exquitate miscentur, ac uniuntur, ut inde puri fovendisque viribus, & alendis partibus idonei succi progenerentur. Cum vero ex alimentis plures supervacaneæ, & inutilis relinquantur feculentiae, & boni quoque, ac laudabiles humores per continuum illum attritum, atque intestinum motum paulatim benignam suam naturam exuant, inque materiali alienam, quæ excerni debet, tandem faciliat, eaque non sit unius ejusdemque, sed plane dissidentis indolis, ecce providentissima natura multiplicitia fabricavit organa, evehendis hisce varii generis cordibus apta. Hæc inter emines cutis, quæ quasi universale totius corporis

emunctorium est, innumeris poris, actu-
bulis pervium, ex quo innumerabilis va-
porum copia continuo exhalat. Neque exi-
guia est sulphurei illius salsi serì, quod uri-
na nomine venit, & per tubulosa renum
colatoria perpetuo transit, copia. Per glan-
dulosas quoque arterias asperas, faucium,
oris & narium tunicas multum vitiosi serì
quotidie exhalat, atque emititur. Tam
crassioris naturae feculentiam, quæ ab extra-
ctis alimentis remanent, & plures alieni,
salsö-sulphurei, biliosi & lymphatici hu-
mores, qui ex glandulosis intestinorum tu-
nicis quotidie separantur, alvo excludi so-
lent. Ex quo maxime disci potest, mira-
bile illud conservationis vitalis mysterium
in excretionibus, motibusque excretoriis,
& organis, per quæ secretiones fieri debent,
apertis ac salvis potissimum consistere.

§. VI.

Vigentibus, itaque excretionibus viget
universum corpus, ejusque functiones sal-
va, & integræ sunt, eo quod alienum, &
noxiū, & quod vim sanitati minatur,
perpetuo separetur, ut puri ac incorrupti
vitales permaneant humores.

Scholion.

Visum est mihi hanc veritatem auctoritate
Hippocratis confirmare, qui Lib. 4. de
Morbis §. 15. ita differit: ubi humor aliquis
adfligens copiosior factus fuerit, si his locis,
nempe per narēs, os, podicem, urinæ mea-
tum, homo depurgetur, nullus ab ipso mor-
bus hominem premit. Nam certe materiam
pro morbis non aliunde quærendam esse pu-
to, quam in retentis, quæ ejicienda essent,
purgamentis, quod ipsa ratio, & experien-
tia quoque adfirmat. Quid enim est, quod
majorei perniciem partibus corporis soli-
dis, & fluidis inferre, & motuum vitalium
æquilibrium magis interturbare, & tan-
tum non evertere possit, ac si humores, &
quantitate, & mixtione, atque effectu pla-
ne infensi in interioribus corporis partibus
consistant, fixamque ibi habeant sedem,
& continenter partes, quæ sensu, & motu
vividæ sunt, lacestant?

§. VII.

Non præsentius ergo ad firmandam va-
letudinem, & saluberrimum corpus ser-
vandum, atque ad omnes morborum ori-

Tom. II.

gines præscindendas datur consilium, quam
adhibere operam, ut excretiones, inque
primis perspiratio, & intestinalis excretio,
per omne tempus non labascant, sed recte
te'habeant, & sufficienes sint.

Scholion.

Præcipuas inter excretiones est perspira-
tio, quam reliquas omnes superare confel-
sa, & firma medicorum sententia est, post
quam vacuatio, qua alvo fit, sequitur: illa
materiam tenuissimæ, adeoque & no-
centissimæ indolis, hæc crassiorem, & ru-
diorem feculentiam excludit, ac removet.
Videndum itaque, ut si homo securus a
morbo vivere velit, prætersalvam transpi-
rationem etiam venter quotidie bis semel
ve pro consuetudine ex, & satis plenæ de-
jectiones fiant. Vera enim, quæ scribit
Fuchsius in Institut. Libr. 2. Sect. 5. reperi-
vener si naturæ beneficio laxus fuerit, id
in magnam felicitatis partem est numeran-
dum. Quippe qui alvam natura apertam
habent, haud facile morbis corripiuntur,
qui contra adstricta sunt alvo, in perpetuo
cum morbis conflantur. Siquidem alvo
diutius compressa multa incident mala,
præcordia moleste infitantur, dolores in
abdomine sunt tensivi, corporis est gravi-
tas, caput dolet, velletiam grave est, ad
superiora tendunt flatus, & cruditates in
ructus solvantur; in quibusdam fiunt phlo-
goles. Cohibita paulo diutius, vel immi-
nuta perspiratione falsi, & tenues humo-
res feruntur ad caput, & pectus, & alias
quoque corporis partes infestant, & libe-
riorem motum, ac circuitum minuendo
languorem, & lassitudinem, capitis gra-
vitatem, mentis torporem, coryzam,
gravedinem, tussim, inquietas noctes,
lentum calorem cum extremorum refrige-
ratione, & urina acri concitant. In qui-
busdam ventris tortuina cum crebrioribus
dejectionibus oriuntur. Evidem in cor-
poribus alias sanis, & robustis hæc frequen-
tius incidere, præsertim autumno, ubi
mutatio, & varietas cœli maxima est, vi-
demus. Si autem corpora mali habitus sunt,
graviora inde mala nascuntur, quæ non
tam subito transeunt, quemadmodum in-
fra id fusius proponere volumus.

§. VIII.

Neque tantum pro sanitate noxii, & excrementi variis humores utiliter foras ejiciuntur, sed & puri, & laudabilis mixtionis, si nimium adfluunt, & corpori incommodant, maximo sanitatis emolumen-
to excernuntur, quemadmodum in
fœminis sanguinem per uteri extrema va-
sa, vel etiam in viris per hemorrhoides,
in quibusdam per narres ferri propatulo est.

Scholion.

Plurima hominum pars plus adsumit ali-
menti, quam necessarium est, & natura
ferre, & digerere potest, unde non possunt
non & alias utilles succi sola copia, & mo-
le offendere, eo quod liberiori sanguinis
per corpus progressui, dum solidorum elati-
orio, & constrictivæ potentiae resistunt,
obicem, atque impedimentum injiciunt.
Et hac ratione secunda illa morborum
mater, plethora Græcis dicta, nunquam
bona, producitur. Quæ ne in præcep-
tum periculum corpus, protinus remo-
venda est, idque opportune fit, si sanguini-
s sinceri, quod est superfluum, per ex-
teriorum, & ultimos fines vasorum in nari-
bus, ano, vel utero ejiciatur.

§. IX.

Maximam itaque partem sanitatis
apud fœminas in justa mensurae vacua-
tione, atque in viris spongiosis, & repleti
corporis in consueta sanguinis, & justa per
sedis venas proruptione consistere experi-
mur.

§. X.

Quum omnes vacuationes, quæ sunt se-
cundum naturam, corpori egregium com-
modum, atque salutem adferant, sic, ut
hæc diminuta, vel deficientes, nunquam
non valde perniciose, & noxiæ sint, in
promptu erit colligere, si non una, sed si-
mul plures non respondent, sed vitio la-
borent, rectissima via eas ad morbos de-
ducere.

Scholion.

Sæpe accidit, ut labente, vel minu-
ta una vacuatione, altera salva maneat,
vel etiam augeatur, & tum noxa non tam
facilis, & parata est corpori. Quid enim
frequentius est, quam si alvi, vel per se-
crebrior dejectio sit, vel illa medicamen-

to solvitur, cutem constringi, & perspi-
rationem tantisper minipi, contra alvo
compressa eam augeri? Sub cœlo frigido
impeditior perspiratio urinam largius pro-
fluentem, & alvum facit laxiorem. Hu-
mor si quando tussi copiosius rejicitur, al-
vus segnescit. Atque adeo, quod uni ex-
cretioni subtrahitur, alteri sèpè non sine
commodo adjicitur, horumque ratio ex
perpetuis motuum legibus corporis nostri
hydraulicis commodissime peti potest. Il-
lud vero salutare in ustum practicum inde
trahi poterit, quod una vacuatione aucta
altera supprimi, & deficiens per aliam im-
minutam augeri possit. Nam si consilium
est, alvi fluxum coercere, opportune id
fieri potest perspiratione auctiori redditâ,
sique vacuationem per cutim moliri ex re-
crit, alvus comprimenda est.

§. XI.

Quod si a mala diæta, vel animi affectu
præcedente plures ex nobilioribus vacua-
tiones simul deficient, metus est futuri
morbi. Nam ulla febris, sive sit intermit-
tens, sive continua, neque ullus alius adfigi-
gens corpus morbus facile nascitur, nisi
aliquot dies ante alvus muneric sui obli-
scatur, & causæ prægressæ fuerint, quæ
liberum transpiratum, vel alias adhuc va-
cuationes prohibeant.

Scholion.

Profecto si quis probe morborum initia,
quod præcipuum in medendo momentum
est, scrutari velit, reperiet, ea tam ex
pravis ingestis, quam ex deficientibus, &
suppressis pluribus simul vacuationibus,
maximeque alvo, & transpiratione duci.
Nam hisce labientibus ingens excremen-
titiarum variis generis sordium, tam in in-
testinali canale, quam in aliis receptacu-
lis, & vasis fit cumulus, quæ mixtura pe-
jores redditæ nerveas, & motrices corpo-
ris partes lacessendo febres, rheumatismos,
fluxiones, dolores, spasmos concitant.
Deterioris vero notæ morbus nascitur, si
corpus jam tum repletum, si impurum est,
vel alias consuetæ sanguinis vacuationes
deficient. Tum enim major adhuc varie
excrementiæ materiae invicem mixtæ
congeries, & cumulus fit.

§. XII.

§. XII.

Non raro ex defectu excretionum secundum naturam nimia humorum copia, & impuritas collecta vigore naturæ, sive motuum in solidis partibus robore, vacuatio-nibus extraordinarie austis saluberrime excluditur. Igitur intelligentia est medi-ci, ejusmodi excretiones nullo proflus mo-do cohibere, sed potius, prout res exigit, eas prudenter moderari.

Scholion.

Ita saepius ex digestio-nis, & motus in-testinorum vitiis non recte respondente al-vo multus, & corruptus humor primam occupat regionem, qui saluberrime saepius naturali facta purgatione ejicitur; utilissima hinc Celsi observatio est Lib. 5. cap. 12. uno die fluere akvum pro valetudine est, atque etiam pluribus, dum febris absit, & intra septimum diem conquiescat, purga-tur enim corpus, & quod intus laetum erat, utiliter effunditur. Simili modo seri impurioris abundantia per urinæ largiorem fluxum subinde magno valetudinis comodo solvit. Neque enim de nihilo est Sanctorii, quam Sect. 1. §. 68. loc. cit. propo-nit, obser-vatio, quod corpora virorum fano, & moderato vietu utentium singu-lis mensibus fiant solito ponderosiora, unius scilicet, duarumque librarum pon-dere, & redeant ad consuetum pondus circa finem mensis ad instar mulierum, sed facta crisi per urinam paulo copiosiorem, vel turbidiorem. Quo pertinet, etiam saluberrima supra modum affluentis sanguis in sexu foemino singulis per uterum mensibus, & in quibusdam viris per ani venas statim plerumque temporibus, & ma-xime circa æquinoctia, evacuatio. Vel etiam natura alia via, nempe motibus re-solutoriis, & excretoriis austis, qui in fe-bre conspicuntur, nimiam humorum co-piam minuere tentat, quemadmodum id felicissime saepius per intermittentes, & que rheumatibus jungi solent, perficitur.

§. XIII.

Quicunque igitur cito obstruk-tiones sol-vere, atque excretiones inter morbi initia, vel ante ejus accessionem restituere scit, is certe, & plurimis malis, & vita peri-culo opportune occurrere potest.

Scholion.

Principium in arte nostra est, & quod etiam in potestate medici positum, morborum principiis resistere, antequam incremente sumant, ita vel statim in herba quasi jugulantur, vel longe mitiori incedunt habitu. Aureum est illud Hippocratis monitum Sect. 11. aph. 29. in opientibus morbis, si quid movendum, move, vi-gentibus vero quietem agere melius est: mox enim in principio, si res postulat, sanguinem mittere, alvum solvere, aut ducere, ventriculum vomitu deplere, aut perspi-rationem movere oportet. Ita enim com-mode vis morbi praescinditur. Nam si haec ipsa jam nervorum systema occupaverit, quietere, quamagere, vel movere consultius est.

§. XIV.

Neque vero tam facile est, deficientes vel suppressas vacuationes, sive sudoris, sive sanguinis menstrui, vel haemorrhoidalis, in ordinem restituere, quia causa non tam in materia vitiis, quam in motus perversitate posita est.

Scholion.

Falluntur, qui in reducendis vacuatio-nibus tantummodo ad materiæ vitia, & ad obstructiones respiciunt, non animad-verentes, motum potius esse in culpa, qui fibras constringit, & a minoribus, & exterioribus tubulis humorum cursum ver-sus interiora dirigit. Ita compressis a spas-mo intestinis crassis, cui ea valde obnoxia sunt, nihil proflus transmittitur, ne flatus quidem, sed omnia ad superiora ten-dunt, & regurgitant. Simili modo con-strictis, sive a frigore, sive a terrore, vel alia causa, subcutaneis tubulis seri subtili-salsi, diffari soliti, motus intro conver-titur, atque vel ad glandulas intestinorum, vel ad eas, quæ in bronchiis pulmonum, ore & naribus sunt, dirigitur. Maligna in variolis, morbillis, purpura materia ex summa cute repressa nervosas intus par-tes occupat, nec tam facile artificio quodam revocatur. Constricti, qui bilem ve-hunt, ductus ira, vel alia ex causa mox ejus motum ad lymphæ, & sanguinis mas-sam convertunt. Hes omnes motus inver-sos, atque excretionibus adversos in ordi-

nem, & versus exteriora reducere non tam facile, & expeditum est. Neque res incidentibus, & vehementioribus commoventibus, sed potius blandis demulcentibus, relaxantibus, antispasmodicis, & leniter moventibus tractanda erit.

§. XV.

Illos etiam, & difficile, & longos morbos, qui immodicas humorum & sanguinis profusiones sequuntur, a depresso, & imbecillibus excretionibus originem suam ducere observamus.

Scholion.

Post effrenes sanguinis, vel humorum profusiones, quacunque ex causa ortas, non modo virium substantiam exhaustiri, sed & paulo post longos, & periculoſos morbos, cachexiam, hydropem, tabem, heſticam initia sumere, ſrequentia cognitum est experientia. Neque tamen illæ nimiae inanitiones proximæ horum morborum cauſe ſtatuerint, ſed quia ſupradictum conſumtae ſunt vires, atque humores exinaniti, ideo fit, ut quæ cibo, & potu adſumuntur, nec recte ſubigi, ſuperari, nec rurſus ejici poſſint, ſed intus remaneant, ſtagnent, corrumpantur, & fertiles ſic morborum cauſas p̄bteant: nam a nimium exhausto ſanguine concidunt vires, quæ ſolida regent, concidunt quoque, & clauduntur vasa minima in ſerteriori, & excretoriis, quæ ſecundum naturam ab humorum copia aperta ſervari deſebant.

§. XVI.

Quum diminutæ excretiones veræ, & adéquatae morborum cauſe ſint, nullus hinc vel ſponte a natura, vel arte ſanatur morbus, niſi illis reſtitutus.

Scholion.

Illuſtre hujus rei documentum p̄bent omnis generis febres, quæ nec ex toto defiunt, nec intermittunt, aut mitescunt, niſi prægressis, vel per alvum, vel per ſudorem evacuationibus; quibus etiam circa convenientia tempora, quæ critica vocari ſolent, accedentibus, febris declinat vel finitur. Nam hæ ipſæ in integrum reſtitutæ ſpasium, qui in febre universum vaforum, & membranarum genus occupat, & vehementer motus ſecundum na-

turam concitat, jam reſolutum, & morbum viſtum deouiant. Accedit & hoc, quod ob meatus jam apertos, & ob ſanguinis circulum ad excretoria reſtitutum omnes ſordes, etiam ſub ipſo motu morboſo contractæ, cum certa ſpe ſecundæ valetudinis feliciffime removeantur. Utilis vero hac in re eſt illa obſervatio, quod macilenteres, ſi febre inflammatoria laborant, magis per ſudorem, repleti vero, & qui ſpongiosi ſunt corporis habitus, in febribus putridis plus per alvinas dejectiones crifi facta ad ſanitatem perducantur. Ex quo ſalutare illud monitum fluit, medicum natuſe ductum in hoc etiam ſequi, minime vero eum prævertere, & pervertere debere. Qui vero ex chronicis graviter decumbunt, ſi ex plethora orti ſunt, menſium, & hæmorrhoidum fluxu, velex totο liberantur, vel mitiore morbum experiuntur; ſi vero ingens impuritas, que a vitio, & deficientia excretionum originem trahit, morbum fert chronicum, tum nec specifica alterantia, nec depurantia hic uſum quendam conſerunt: ſed omne medentis conſilium eo dirigi debet, ut meatus aperiantur, & excretiones per alvum, per transpirationem, per hepaticus biliarios, per renū ūrinosos, in ordinem redigantur. Ita enim ex ſanguine impuro, interpoſito quodam tempore, mox purus, & benignus fieri poſteſt.

§. XVII.

Quum totus valetudinis ſecundæ status in falvis excretionibus, & adverſa in eorum defectu conſiftat, neque aliter argotans ad ſanitatem perducatur, niſi per evacuationes in integrum reſtitutas, cuiuſe facile apparere arbitror, illa remediorum genera, quæ aptam excretioni materiam morbidam reddunt, quæ meatus occlusos aperint, & motus humorum ad excretoria dirigunt, omne in medendo fore punctum.

Scholion.

Quibus p̄cognitis jam appetet ratio, quare inter tot remediorum classes palmarum ferant ea, quæ vacuationi ſerviunt, quo in numero ſunt venarum ſectiones, cucurbitulae, hirudines, atque etiam quæ vomitum cident, alvum ſolvant, urinam movent, ſalivę fluxum augent, & perſpirationem.

rationem ac sudorem promovent. Quo pertinent etiam balnea, membrorum fricationes, item omnia alia corporis exercititia, vox clara, labor, ambulatio, vegetura, equitatio, item fames, abstinentia, quæ omnia ejus sunt facultatis, ut materiam demant, & minuant. Hujus generis etiam sunt liberalior potio & usus thermarum, acidularum & fontium aliorum salubrium, puræ aquæ frigidæ vel calidæ, herbæ cuidam infusæ, ex lignis decoctæ, potus serilactis. Nam eorum omnium operatio nulla alia est, quam ut crassos humores dissolvant, obstructos meatus referent, emunctoria stimulent, & motus deficientes excretorios restituant. Evidem anodyna & sedativa, item adstringentia videntur vacuationibus adferfa, sed tamen, nisi ab eorum usu dampnum velimus expectare, illa ipsa etiam excretiones adjuvare debent. Nam illa, dum spasmos & dolores demulcent & siunt, clausos meatus aperiunt, & hac ratione sudorem non raro restituant. Et quia roborantia, & subadstringentia tonum, & motum partibus & fibris nimirum resolutis, & laxatis reddere solent, hinc eorum usus aperitivus, & qui excretioni velificatur, etiam manifestus est; nam in genere hic velim notari, nec opiate, nec alia, quæ dolorem levant, & somnum inferunt, nec adstringentia unquam salutarem effectum præstare, nisi a prudentia medici eorum usus ad submovendas obstructiones, & promovendas excretiones dirigatur. Si que spes esset inveniendi talem medicinam, quæ omnibus morbis & avertendis & sanandis cum effectu accommodata sit, ejus certe operatio ita deberet esse comparata, ut pulsum roborando liberum sanguinis circulum, sublatis ubique spasmis, sine acri calore promoveret, adeoque & omnium saluberrimam transpirationem, & alias excretiones augeret ac restitueret. Et quoniam huc usque tale quid in nullo tantopere jaftato & pretiose venditato remedio vidi vel reperi, motum corporis, & aquam puram tamdiu pro medicina universaliter habeo, & commendō, dum me-

lior & efficacior, quæ hos effectus præstet, inveniatur.

C A P U T VI.

De perniciali earum rerum, quæ excretiones cohíbent, indole atque effectu.

§. I.

QUAM excretiones, quæ sunt per cutem, alvum, urinam & per ureteri aut ani venas, diminutæ vel deficientes graves, & varii generis morbos certissime procreant eademque restitutæ eos finiant ac profligant, quid evidentius est, quam quod omnia ea, quæ constrictivæ sunt indolis, quæ excretorios tubulos occludunt, quæ excernenda retinent, inter humanæ naturæ infensissima numeranda sint.

§. II.

Non sunt unius ejusdemque indolis, quæ saluberrimas illas excretiones, quibus noxia & corruptibilia corpore excluduntur, cohíbent vel penitus sistunt. Alia enim ad alimentorum, alia ad medicamentorum classem pertinent, aliaque sunt interna, alia externa, quædam valentioris, quædam mitioris naturæ; nonnulla etiam ad res naturales & præternaturales spectant: quædam alvum adstringunt, quædam transpirationem reprimunt: rursus, quædam excretiones sanguinis impediunt aliasque fluxiones cohíbent.

§. III.

Ad alimenta, quæ alvum adstringunt, referenda sunt omnia dura, macra, austera, acida, aspera, tosta, & in eadem carne affa potius, quam elixa, panis biscoctus, tostus, spiræ, palticulae ex oryza, milio, ex pilis, dura ova & omnia opera-pistoria, caseus, castanæ, nuces, amygdalæ, mala cotonea, pira immatura, fructus acaciæ, mespili, ribes, berberes, acetum, vina rubra & adstringentia, item paucior cibus, corporis quies & aquilonia aeris constitutio..

§. IV.

Inter medicamenta, quæ alvum & omnis generis excretiones cohibent, eminent omnia ex alumine, marte, plumbō & vitriolo parata, inque primis tinctura hæmatitis, sulphuris vitrioli, liquor martialis ex capite mortuo florū salis ammoniaci cum hæmatite confectus, omnes terræ sigillatæ, bollī, terrea marina; ex vegetabilium familia radix tormentillæ, bistortæ, plantaginis, quinquefolii, cortex chinæ, fraxini, granatorum, terra sic dicta catechu; quo pertinent etiam omnia, quæ dolores levant, somnum inferunt, & quæ papaver aut opium ingreditur.

§. V.

Ex iis, quæ omnium saluberrimam perspirationem cohibent & materiam morbificam, salutari sāpe & critico motu ad summam cutem effusam, reprimunt, sunt præter externum frigus, sive humidum, terror & linimenta ex sulphure, ex mercurio vel saturninis parata, item balnea frigida, adstringentia, & linimenta pinguia, oleosa & emplastra adstringentia: quo pertinent etiam linteæ recentia.

§. VI.

Omnis spasmi & dolores acerbiores, neque minus purgatio per alvum, per vomitum fortior, nimisque sanguinis missiones, id habent incommodi, ut modo materiam a corporis habitu ad interiora revocent ac divertant, modo etiam spasticis stricturis meatus, subcutaneos occludant.

Scholion.

Omnium dolorum, quacunque in parte corporis consistant, indoles tam perniciosa est, ut & alvum & summatum cutem & vias urinarias constringant, ut parcus & urina & alvus & sudor fluant, idque videamus non modo in dolore capitis, intestinorum, ventriculi, dentium, sed etiam in eo, qui in ano ex hæmorrhoidibus cæcis fit, vel ex calculo in uretheribus hærente oritur. Quam noxiū & inconsultum est tali in casu commoventia & stimulantia adhibere, tam proficuum est, quæ lumen conciliant & dolores levant, in-

sum vocare. Nam eorum usum subinde mox & sudoris & urinæ fluxus sequitur, & alvus mollior evadit. Deinde validiores, quæ fiunt per vomitum, aut per salivationem, per purgationem, vel per copiosum ex pectori sputum, vacuationes & alvum comprimunt, & cutis corticem constringēdo transpiratum valde immiuunt, partim quod vel nimirū excretionibus plurumque sint spasmi juncti, partim etiam, quod materia aliorum divertatur.

§. VII.

Sanguinis nimias effusiones atque ejus per artem factas emissiones, & transpirationem & alias utilissimas excretiones diminuere, & imbecilles reddere observamus.

Scholion.

Cujus rei rationem non difficile est inventire; nam sublata nimia sanguinis mole demitur vis & robur solidarum partium, demitur etiam is humor, qui extremos illos excretorios cutis tubulos apertos servare & transpirationem juvare debebat. Igitur quam perniciōsum sit, validas sanguinis & humorum vacuationes, ubi jam transpiratio languida est, moliri, & quemadmodum longi morbi per eas & foveantur & procreentur, haud satis dici potest.

§. VIII.

Diurna corporis quies & cessatio motuum, somnus longior, ingens cura, angor, mentisque agitatio sunt quoque exhibis, quæ robur & vigorem solidis auferendo & transpirationem & alias excretiones, etiam illas criticas, solennes sanguinis minuant atque retardant. Quare non mirum est, hisce diu adfligentibus & pravas & longas ægritudines cooriri.

§. IX.

Positive adstringentia, quæ eminentiores sunt virtutis, & austero ac fixiori elemento agunt, naturæ humanæ inimicissima sunt; quinimo veneni cuiusdam naturam in eo æmulantur, quod gravissimam noxiū valetudini inferunt.

Scholion.

Ex anatomicis, & mechanicis compertum est, machinam nostri corporis mere-

et-

esse hydraulicam, & ex innumeris tubulis majoribus atque minoribus construetam, per quos jugi & non interrupto motu variis generis humores perfluere, influere, refluere, & effluere debent: in quo motu progressivo sicuti vitae & sanitatis conservatio præcipue posita est; ita ab hoc impedito, intercepto, vel deficiente & morborum & mortis origo repetenda est.

§. X.

Nihil tam valide fluida corporis nostri inspissat, coagulat, & hostili crispatura ac contractione liberam solidorum expansionem & systolen impedit, & tonum ac motum peristalticum intestinorum destruit, quam forte adstringens, iteratis vicibus datum.

§. XI.

Mirabile est, forte adstringens adsumtum mox, & celerime in diffitas etiam partes operari, easque constringendo nimias excretiones colibere. Ita vidimus, in haemoptysi, vel immodico mensium profluvio, ab usu tinctura sulphuris vitrioli vel haematuria brevi post sanguinis erupcionem conquievisse.

Scholion.

Hujus singularis effectus atque phenomeni ratio ita mihi explicanda videtur. Animadvertis, a dato veneno, vel fortiori emetico, aut purgante, vel mercuriali medicina universum mox membranarum & nervorum genus in consensem trahi, & stricturis affici, eam ob rationem, quoniam omnes fibræ & membranæ, quibus vasorum compages constat, sunt elasticæ, id est, a vi externa facile constringuntur & explicantur. Nam in omnibus corporibus elasticis id est perpetuum, ut, si qua eorum pars aut explicatur, aut contractior fiat, ceteræ statim omnes, etiam in extremo loco positæ, in illum statum declinent, id quod experimento chordæ vel funis clarum fit. Si itaque tunicae intestinorum partem quandam vehementius contrahit contingit, non mirum est, totum membranarum systema inde affici, quia propter contiguitatem & propagationem similemque naturam plane inter se consentiant. Jam vero quis non videt, idem fieri posse ab adstringentibus? Nam hæc

quoque est causa, quod ad usum adstrictum, v.g. martialium, cito pulsus immutetur, isque antea languidus durior & fortior evadat: siquidem ipsos etiam arteriosos tubos ex membranis nerveis & musculosis conflatos esse, ad quas vis medicamenti activa ex intestinis derivatur, ex anatomis cognitum est.

§. XII.

Si qua alia remedia noxam humano corpori inferre possunt, atque ideo summa cum cautione usurpari debent, certe sunt ea, quæ adstrictivam facultatem habent, utpote saepius per inopportunam vasorum constrictiōnem inæqualitatem sanguinis circuitus, ut verbis utamur *Hippocratis lib. de flautib.* efficiunt, ut in alia loca parciōr, in alia justo copiosior sanguis feratur, ex quo stases & stagnationes, in partibus imbecillioribus productæ, graves & multas inducunt ægritudines.

Scholion.

Placuit mihi maxime ex veteribus extitum de adstringentibus monitum *Aetis* quod Lib. 16. cap. 66. *Animadvers.* ita prononit: *Communis error & muliercularum & barbitonorum, quin & induitorum medicorum omnino est fugiendus adhibentium adstringentia, quæ nullo tempore vel occasione unquam in usum venire possunt. Adstrictis enim locis aut nobiliora membra invadunt molesta excrementationia, aut retenta in malum habitum aut hydropem laborantes ducunt.*

§. XIII.

Omnis generis adstringentia, sive in classe medicamentorum, sive alimentorum sint, ventriculi & intestinorum partibus nervosis motuque gaudientibus facile vim & noxam inferunt, nec sine periculo in alvi nimis profusionibus aut vomitionibus dantur, quia nimium strigendo liberum illum motum peristalticum, a quo alvina excretio, & plurima alia circa digestiois negotium bona pendent, facile intercipiunt.

Scholion.

Nihil familiarius est, quam ab alimentis austerioris & acidis, item duris & siccioribus, secundum *Hippocratem lib. 11. de Idia* a copioso datis, alvum tenetum &

duram per aliquot dies reddi, idque multo magis fit, si diuturnior est aquilonia aeris constitutio, & corpus nimio labore exercetur, qui siccatur alvumque sifit. Curatio quoque alvi profluvio medicamentis nimium adstringentibus, ita saepe adstringuntur & siccantur intestina, ut aeger ad duos aut tres dies nequeat excernere, quæ Holleri Comment. in aph. 20. sect. 2. observatio est; compressa vero diutius alvo intestina potius sursum, quam deorsum moventur, regurgitant flatus ad ventriculum, inque ructus solvuntur, id quod etiam jamdudum ab Hippocrate notatum fuit, qui Libr. de loc. in Homine §. 50. restitante, inquit, alvo propter vehementem stabilitatem corpus intumescit, & libr. de flatibus: obstructo inferiori ventre in universum corpus flatus discurrent.

§. XIV.

Nulli vero parti tam incommoda est alvus constricta, quam capiti, quod semper exinde male habet, morbique ibi consistentes ingraescunt; sicut contra ab alvo liquida, vel si obstructa fuerit, per clysterem subducta mox superiores partes, ut scribit Celsus lib. 4. c. 3. resolvuntur.

§. XV.

Per multiplicem in certo habemus experientiam, alvi fluxu temere adstringentibus suppresso, ita tonum viscerum & intestinorum laesum fuisse, ut in imbecillioribus & repleis saevissimum illud & chronicum hypochondriacum malum suum inde originem traxerit. Vel etiam febres lentas, mesentericas, aut decubitu facto ad viscera abdominis cachexiam, tumorem pedum oedematosum, ad thoracem pleuritides, ad caput apoplexias, ophthalmias, ad articulos arthritides inde coortas observatum fuit.

§. XVI.

Majori adhuc periculo dysentericus fluxus adstringentibus sistitur; acris enim & maligna materia intus retenta pejora mala procreat, ut sunt cardialgia, singultus, summa anxietas & inquietudo, vel funesta intestinorum inflammatio, vel etiam cruentæ in albam & incruentam, quæ pejoris est naturæ, conversio.

Scholion:

Certe nihil magis est pestiferum, quam aduersus dysenteriam statim sistentibus pugnare; corrigere potius causticam materialm temperantibus & delinentibus convenit, eaq; sive statim initia inter per vomitum, sive etiam per laxantia leniora educere, iisque balsamica & roborantia externe pariter & interne interponere.

§. XVII.

Nulla insecurior & perniciens immo-
dicas sanguinis profusiones compescendi
ratio est, quam validioribus constringen-
tibus uti, eo quod gravissima mala nun-
quam non fere insequantur.

§. XVIII.

Neque hujus rei causam in obscuro pos-
sitam esse illi intelligunt, qui sciunt, he-
morrhagias ab internarum partium spasmis & inde facto sanguinis ad partes majo-
ri appollu nunquam non proficiisci. Quum vero adstringentia spasmos non sistant, sed potius mirifice augeant, ex eo sequi-
tur, vel ipsæ eruptiones sanguinis au-
geantur, quod non semel, sed saepius i-
terumque observavimus, vel sanguis ad
alias & insolitas vias cum impetu feratur,
ubi si non exitum habet, gravia molitur
mala.

§. XIX.

Mensium fluxus repente adstringenti-
bus cohibitus ingentes & suffocatorias qua-
si angustias, itemque cordis palpitationes
parere, vel etiam in capite dolores im-
manes & hemicranias, in artibus convul-
siones & distensiones movere solet. Con-
verso vero ad ambitum corporis sanguine
erysipelata, rheumatismi, arthritides,
tumores oriuntur; quedam inde totalem
mensium suppressionem & sterilitatem,
vel etiam hydrope uteri sibi contra-
hunc.

§. XX.

Lochiorum immoderata profusio repen-
te cohibita pestifera est, siquidem quam
facile inflammationem in utero & febrem
acutam movere, vel coarctatis nimium u-
terinis vasis varices ibi fiunt, in quibus
concretiones polyposæ, quas foeminæ mo-
las dicunt, nascuntur, vel intercepto san-
guinis per uteri vasa circulo abortions,
vel

vel continua sanguinis fisticidia , vel inordinata mensium effusiones provenient.

§. XXI.

Nullus fluxus tam cito & tam periculo-
se ab adstringentibus & opiatibus reprimitur,
quam qui per ani venas fieri solet; constrictis etiam intestinalibus inque primis colli,
ceu plenioris & majoribus vasis turgidi ,
tunicis ac vasis sanguis se convertit , & re-
gurgitat ad reliqua intestina , ubi subfistens
immanes dolores , spasmos , & convulsivas
striduræ efficit , quas plura mala inseguuntur ,
sæpe etiam lethalia , præsertim , si
ad caput nimia sanguinis fiat congestio &
flasis . Vidimus enim hac ratione & deli-
ria & lethales convulsiones secutas . In ven-
triculo ejus inflationes , vel etiam spasmos ,
præcordiorum anxieties , vomitiones , singu-
latus & extremonum frigora parit . Ad-
hæc longa etiam vitia in quibusdam pro-
ducit ; infarctis enim sanguine abdominis
visceribus ad cachexiam , ad hydropem ,
ad lentes & mesentericas febres via pandi-
tur expeditissima .

Scholion.

Quam facile & expeditum est , & men-
sium & hæmorrhoidum fluxum sistere ,
tam arduum & difficile erit , eundem re-
vocare , inque ordinem redigere ; & quidem
eam obrationem , quia constrictis extremis
vasis & partibus , per quas fluxio fit ,
& vasorum & nervosarum partium motus
statim invertitur , & versus interiora & su-
periora declinatur , qui motus a natura
alienissimus , si diu durat , quasi in habi-
tum abit , & ægerrime emendatur . Hinc
fluit ratio , cur mala illa spasmatica a re-
tentio vel intempestive cohibito mensium
& hæmorrhoidum fluxutam pertinacia ac
fere insanabilia sint , nisi mox inter initia
convenientibus remediiis iis occurramus .

§. XXII.

Æque pestifer est adstringentium usus ,
si ruptis pulmonum vasis crux copiosissime
effunditur : nam repentina constrictione
sanguis congestus spirandi auget difficul-
tatem , vasorum minicorum pulmo-
nium obstructiones , indurations , in ma-
joribus vero polypolas concretiones pro-
gignit , ut deinde facile recrurat hæmo-

pysis , vel phthisis & hectica febris ex
pulmonum corruptela enascantur . Consuetudin-
tia narum hæmorrhagiæ , si repente variis
artificiis cohibeantur , in adultis facile in
dolores capitum gravativos , vertiginem ,
auditus difficultatem , vel etiam in apo-
plexiam abeunt ; in junioribus inde pectoris
oppressions , hæmoptysis , difficultis respiratio vel etiam phthisis sequuntur .

§. XXIII.

Neque cruenta vomitio hanc perversam
medendi methodum sustinere commode
potest , insequentibus eam anxietatis ,
cardialgiis syncopticis , animique deli-
quias , vel atrocibus circa hypochondria
spasmis .

§. XXIV.

Quam perniciosa sunt sanguinis repenti-
nae compressiones , tam noxiæ quoque
est , si impurioris feri profluviū intem-
pestive coercentur . Hujus rei exemplum
dat fluor albus , quo suppresso nihil fre-
quentius accidit , quam ut conversa ad
habitum corporis corrupta materia purpu-
ra chronica diu , & pertinaciter affligens
enascatur , quæ etiam exquisitissimis re-
mediis non facile cedit , nisi hic fluxus re-
fuscatetur . Fiant quoque a fluore albo vi
quadam cohibito ventris intumescentiæ ,
lumborum dolores lentæque febres cum
artuum torpore & ingenti corporis lassitu-
dine .

§. XXV.

Pejoris indolis est virulenta ex impuro
coitu gonorrhœa , si inconsulte adstringen-
tibus tractetur . Repulsa enim ad vasa
lymphatica corrupta materia instar fer-
menti totam lymphæ massam inquinat ,
eamque ita corrumpit , ut tenax , viscida ,
& acris caustica evadat , quæ postea in
parte vel glandulosa , vel in summa cute ,
aut membranis flagrans atroces dolores ,
noctu maxime urgentes , in facie postulas ,
in aliis partibus pravas exulcerationes , in
glandulis inguinalibus bubones , inque u-
niverso corpore ingentem languorem &
lassitudinem procreat .

Scholion.

Hanc universæ lymphæ corruptionem
non licet tam facile radicitus tollere , sed
validioribus & sæpe mercurialibus opus est
benigne

bene præparatis, ut glandularum & partium nervos-fibrosarum fortiori stricatura totus lymphaticus latex in validiorem motum abripiatur, & vel per salivales fontes, vel per intestinales glandulas, aut subcutaneos tubulos, vel per omnia hæc excretoria simul, quod præstat, materia malignæ impuritatis evacuetur.

§. XXVI.

In aliis seri impuri vitii ad summam cutem partesque externas delati, quæ inter eminent erysipelata, arthritides, achores vel tinea capitis, gutta rosacea, scabies, purpura & varia pustularum & macularum species, nihil inconsultius est, quam corruptam materiam, quæ exitum per transpirationem affectat, variis limentis ex mercurio, sulphure, vel etiam balneis constringentibus & intro sumtis purgantibus, aut intempestivis sanguinis missionibus reprimere, siquidem tubulis cutaneis hoc modo constrictis sævissima subinde mala oriuntur.

Scholion.

Prout enim materia maligna, & quæ veneni vim induit, alia atque alia petit loca membranoso-nervosa, varia oriuntur mala; quandoquidem in capite non raro inde hemicrania, gutta serena, vertigines, epilepsia, phrenitides, in faucibus angina, in pectore asthmata & pleuritides, in ventriculo cardialgiae anxietates & inflammationes, vomitus, singultus, in intestinis atrocia termina, alvi strictræ, in universo corpore febres lenta vel etiam acutæ generantur.

§. XXVII.

Erysipelata vel etiam arthriticos dolores male tractatos per saturnina exterius applicata, & medicamenta intro sumta, quæ impetum sanguinis a cute divertunt, ut sunt purgantia, præsertim in impuris corporibus, in lethalem sphacelum degenerasse, plurimis experimentis cognitum habemus.

§. XXVIII.

Quam itaque in plurimis morbis adstringentium & interne datorum & extrinsecus applicatorum abusus sit maximus & plerumque exitialis, multo consultius videtur ab iis prorsus abstinere, sed potius

rationali methodo fluxionum, si immobdieæ fuerint, curam aggredi; quod fit, si spasmi idoneis remedii coerceantur, materia irritans temperetur, & impetus motuum ad alias vias opportune divertatur.

C A P U T VII.

De morborum maxime epidemiorum origine ex aeris vitio & transpiracione impedita.

§. I.

Experientia certa & indubia constat, nihil in rerum natura esse, quod præter affectus animi & venena, tam subitam mutationem motibus & functionibus corporis animati inferat, quam aer mutatus, adeo, ut etiam animi vigor exinde varie afficiatur.

Scholion.

Aer teste Hippocrate, lib. de flatibus §. 4. & 6. maximus est in omnibus, que corpori accidunt, & vita morborum auctor & dominus. Nam major in hoc est vis ad immutandum & solidorum, & fluidorum statum, quam in ullo alio; hinc aeris mutationes varii sequuntur morbi.

§. II.

Videmus sub celo sereno, puro & temperato, venti flatibus orientalibus, vel iis cum meridionalibus aut septentrionalibus junctis, item si vere temperatus & aquilis aer est, insigne robur & corpori & animo accedere, hominemque ad actiones corporis & ingenii præstandas tunc longe esse alaciorem, saniorem, & ad procreandam sobolem etiam aptiorem. Contra aere existente nubilo, turbido, pluviioso & regnantiibus diu ventis humidis & levibus, quales sunt, qui ex occidentali plaga vniunt, non modo corpus in languorem, & pigritiam incidere, sed & ingenium heterari, animumque tristitia sine causa saepius infestari, & appetitiam perire observamus.

§. III.

Corpora & robustiora & alaciora fieri, somnum etiam, & ciborum appetitiam melius se habere, hominemque invalidum &

& agrotantem citius sub aere sereno, puro, frigidusculo, si que argentum vivum in barometro altiora petat, convalescere, quin imo & morborum curationes & medicamentorum operationes tunc felicius cedere, notavimus. Hisce contrarias vires habere coelum turbidum, nebulosum, pluvium, & ubi mercurius in descensu est, attenta experientia etiam compertum est.

Scholion.

Ego saepius apud agrotantes observavi, ubi morbus in declinatione fuit, eos non potuisse placidum somnum, appetentiam & vigorem in animo & corpore recuperare sub argenti vivi humiliori statu in barometro; cum primum vero loca altiora petat mercurius, mox languor decessit, & vires increscere cœperunt.

§. IV.

Quatuor illis anni temporibus, variisque aeris constitutionibus, neque minus locis, prout ea varium situm habent, ventisque exposita sunt, quædam familiares & proprias quasiæ agitudines, non dubitandum est.

Scholion.

Nemo ex veteribus rectius, & dignius hanc utilissimam materiam ipso Hippocrate persecutus est, qui non modo in sect. 3. aphor. morbos, qui per certa anni tempora & tempestatum aerisque & ventorum mutationes nasci solent, proponit, sed & ex temporum constitutione præsentes, & futuros morbos cognoscendos & dijudicandos exponit.

§. V.

Duplex statuendus est aer, ad vitam & sanitatem incolumem & integrum servandam necessarius: unus nempe est internus, qui in succis corporis, imo in univerlo corpore continetur; alter est externus, quicorpora ambit, iisque circumfusus est. Ille elatere suo & expansiva virtute maxime in solida & fluida agit, hic vero gravitate & pressura magis nimiam elaterii interni expansionem impedit atque in æquilibrio servat.

§. VI.

In omnibus animalium succis, in sanguine, lymphâ, lacte, bile, in ovis, utrina, multum aeris continetur, qui et-

iam beneficio antliæ extrahi, & variis experimentis demonstrari potest. Ab hoc inclusio sanguis & humores intra vasa non secus ac liquidum in thermometro se expandunt, majusque spatium acquirunt, a frigore vero condensantur, inque arctius se conserunt.

§. VII.

Cum aeris fluidum alimentis liquidis, & solidis intime mixtum sit, inque ipsa aqua magna ejus abundantia derur, non dubitandum amplius est, quomodo aer ad sanguinem intra corpus venire possit.

Scholion.

Non modo ex aqua, sed & omnibus liquidis aer ope antliæ expellitur in forma bullularum, & tantam vim habet, ut mercurium etiam in alto tenere possit; quidni etiam in ipsum chylum & sanguinem aer transeat? Conspeximus saepius corporibus dissectis majora vasa sanguine vacua & aere repleta. Porro quod tanta vaporum copia e corpore vivo quotidie exhalat, id certe expansivæ & calide aetiæ partium in sanguine existentium expansioni adscribendum videtur. Neque hoc ignotum fuit ipsi Hippocrati, qui libr. de Flatibus §. 9. ita differit: ciborum ingestionem nesciebat & multum spiritum ingredi: omnia enim, quæ eduntur & bibuntur, spiritus in corpus inserunt, id quod manifestum est per eructationes erumpente aere inclusio. Plurimum itaque retinet cibum sumere sub liquido, puro, & tereno aere, qualis enim aer externus, talis cum cibo & potu irrepit in corpus & miscetur ejus succis. Per quam curiosa est observatio, pro mutatione aeris & ventorum vinum in dolis multum claritate differre: quidni etiam sanguinem & cætera corporis liquida ab aere externo in crasi sua mutationem subire posse arbitremur?

§. VIII.

Ut ut respiratione aer ipse per vesiculos pulmonales non admisceatur sanguini, tamen non modo per inspirationem, sed etiam per poros universi corporis materiali ejus calidam & theream ad sanguinem transfire, nihil dubii esse arbitror, eo quod a calore aeris crescit calor corporis, & quia calor aeris per ipsos thermometri poros

poros liquorem expandit ; multo magis id fieri in animantium corporibus , quæ non tam compacta sunt , & dura , quam vitra .

§. IX.

Agit aer & æther duplice modo ; nam primo qui subtilissimis succis immixtus est , expansiva sua vi robur maxime , tonum & constrictione fibris elasticis præstat , qui vero in crassioribus fluidis & sanguine est , valorum expansionem adjuvat . Et calidus quoque expansivus aer vitales succos intime miscet , agitat , nec non transpirationem promovet . Qui vero ambit , gravitate sua internum aerem quasi in æquilibrio servat , ne nimio fiat valorum expansio , humorumque rarefactio & evaporation .

§. X.

Igitur in conservatione æquilibrii istius , & proportione aeris interni cum externo vitalis ille & moderatior fluidorum circuitus , & transpiratio potissimum consistit .

Scholion .

Nam in aere nimis calido & rarefacto si versantur homines , validissima fit transpiratio , ob nimiam & præcalidam humorum expansionem . Quin imo si excessiva sit , ut videmus in balneis nimis calidis , ob nimiam auricularum cordis expansionem sistitur systole , ut animi interdum oriatur deliquium . Eadem est ratio , quare animantia sub vacuo moriantur . Nam subtracto aere atmosphærico gravioriaer sanguinis tam fortiter expandit cor & vasorum , ut ad debitam contraktionem redire nequeant , unde sanguinis motus prorsus intercipitur & vita perit .

§. XI.

Cum totum corpus nostrum innumeris tubulis & poris pervium atque vasculosum sit , per quod continuo & perenni motu astuentes humores circumferuntur , non mirum est , ingentem copiam tenuissimorum corporiculorum acqueo-aereorum & sulphureo . salinorum modo sub forma vaporum , modo humoris , per illud evehi .

Scholion .

Totum corpus humanum & expirabile & inspirabile esse , apud omnes in confessu est : Galenus Comment , in aph. 15. inquit ,

nemo est , qui non consentiat , difflari animalium corpora , idque fit per sensu occulta foramina . Deinde per nares , & os ex pulmonum bronchiis maxima hali-tuum copia , quæ etiam sub frigido aere in sensum incurrit , exspirat .

§. XII.

Tantæ est exhalationum , quæ perspirant , copia , ut secundum Sanctorii calculum excretiones per alia emunctoria omnes exsiperet , & ratione humoris , qui alvo egeritur , proportio sit ; ut 1. ad 4. ita ut scutis 24. uncias ejiciat , sex tantum ex intestinis profluant .

Scholion .

Etiam id Jacobus Sylvius adfirmat , copiosiorem semper materiam a corpore nostro excerni per transpirationem insensibilem , quam per urinam & secessionem , ita ut ex octo alimentorum libris , quas quotidie quis usurpavit , quinque earum per poros avolent . At vero id non esse perpetuum , propter ingens climatum discrimen , sciendum est . In aere enim calidore major utique est perspiratio , quam in nostro climate septentrionali propinquo . Mirum videri potest , quod tam apud Hippocratem , quam apud Celsum , quantum ego scio , ad sudores elicendos raro commendetur medicina , cum sudor tantummodo ut præfigi nota adducatur , procul omni dubio , quia in præcalida Græcia regione jam tum nimia humorum per sudores difflatio est , alvus vero ibi constrictior .

§. XIII.

Perspiratio , qua ingens quotidie copia humoris & tubulosa & poris pervia cute effunditur , a duplice fit causa ; altera est continuus ille beneficio systoles & valorum cordis sanguinis ad tubulos cutis excretarios appulus ; altera est internus calor , qui expansiva , qua præditus est , virtute , & quæ fatis in thermometro conspicitur , succos expandit , poros aperit , & humidum in tenuissimos vapores resolvit .

§. XIV.

Quo validior itaque est fluidorum a solidis ad habitum corporis impulsus anterior est : Galenus Comment , in aph. 15. inquit , que circulus , eo plus humoris , nisi constri-

strictus cutis cortex sit, exhalat. Quodcunque itaque cursum & circulum sanguinis promovet, id quoque perspirationem augere certissimum est.

Scholion.

Ideoque videmus, laborem & exercitationem corporis, pulsū, calorem & transpirationē augere. Observamus quoque, ea, quæ sudorem elicunt, fortiorē pulsū efficiendo id præstare. Et quia sub aere puro & sereno vividior est omnium fibrarum motio & liquidorum propulsio, eo tempore transpirationem melius vigere nihil dubii est.

§. XV.

Perspirationis duplex videtur ratio: una, quæ cum nimio interno æstu & cutis ariditate juncta est, qualis in impetu febrium sub strictura atque angustiis tubulorum cutis sit, quæ minus naturæ amica est, quia per nimiam sanguinis & intestinam & progressivam motionem ejus temperata crasis non modo destruitur, sed & consumitur, atque tandem substantia virium exhaustur; altera, quæ sub moderato calore & dilatatis subeutanearis tubulis sit, est magis humido-vaporosa, cutemque mollem ac turgidam reddit, & hæc valde est salubris, quoniam superfluum & effœtum humorē consumit, in justa vero temperie, proportione & erasi vitales succos conservat. Illa sicca & præcalida transpiratio in statu, qui sit præter naturam, hæc moderata & vaporosa in sano contingit.

§. XVI.

Quotidiana cognitum est experientia, difflationem esse majorem, ac sudorem largiorem per corpus fluere, quo major in aere est æstus, rarefactio atque tenuitas, unde æstivis mensibus, & sub sole ferventissimo, sudore diffluunt corpora, quod etiam fit, si descendimus in balnea calida & vaporosa.

Scholion.

Æstate corpora minoris ponderis, quam hinc esse, recte judicavit *Santlorius cap. de Aere aph. 23.* tenuissima est enim ætheris, qui calorem efficit, materia, quæ per omnia spatiā diffunditur & mirifice se expandit, & fortiori intestina partium

Tom. II.

agitatione humidum in vapores disjicit.

§. XVII.

Maximum est illud commodum, quod liberior perspiratio, quæ æquabili & vegetiori sanguinis cursu sit, ad integrum valetudinem servandam præstat, quoniam a multis superfluis, impuris, & corruptioni inferendæ aptis tum aqueis tum salino-sulphureis agilioribus partibus, vitales succos vindicat, ut vires & nutritionem corporis & sovare & tutari rectius possint; quare sub liberiori perspiratione corpus & mens ad obeundas functiones majori semper alacritate fruuntur.

§. XVIII.

Liberior perspiratio corpus a plurimis morbis vindicat, & ad eos quoque expugnandos permultum confert, magnamque vim habet.

Scholion.

Superiori capite jam clarius deductum est, ex deficientibus vacuationibus & remanentibus excrementis morbos natales potissimum suos trahere, jam vero, si certum est, majori copia pessimæ indolis excreta per cutem transmitti, quam per reliqua omnia emunctoria, sequitur, ea diminuta morbos pullulare complures. Præclara sunt, qua habet *Primerofius l.3. de erroribus vulgi c. 2.* Vix fieri potest, ut ille, cui corpus optime transpirat, liberum ac patens est, in morbos graviores atque periculosiores incurrat; & redissime *Hippocrates lib. de Alimentis* eos salubriores prompteque ad sanitatem, restitui pronunciat, qui corpus habent bene transpirans, difficilis vero restitui, si illud male transpirat. Observatur quoque, æstivis mensibus, ubi transpiratio est maxima, homines & parum ægrotare & paucos mori. Spasmi, qui hypochondriacos, dolores, qui podagricos alias torquere solent, tunc fere silent & conquietunt. Senes imbecilli, perpetuis molestiis obnoxii, nulla anni parte melius degunt, quam æstate; contumacissima quartana, & alii, qui longo tempore fatigantur, morbi, ab infarctu maxime viscerum oriundi æstate vel minuantur, vel penitus exspirant. Quid porro noscius est, quam quod in integrum restituta

O

ma-

maxime transpiratione periculisissimi morbi solvantur, & ob faciliorem transpirationem macilenteriores præ spongiosis & repletis faciliter ad sanitatem perducantur.

§. XIX.

Magna & periculi plenissima sunt mala, quæ perspiratio diu cohibita corpori infert; succos enim impuros auger, atque ad corruptionem & putredinem dilponit, & hinc morbos universales, ut febres & cachexiam, producit, iisque malignam quandam vim ingenerat.

Scholion.

Habemus in eo consentientem & veterum & recentiorum experientiam. Hippocrates, lib. 2. de dieta ita disserit: quicquid ab excretione (puta cuticulari) intus remanserit non solum corpori laborem exhibet, sed etiam ei parti, quæ humiditatem suscepit, non enim commoda est corpori, sed infecta, circuitum enim non habens materia quiescens caliditatem ipsa, tum quæ allabuntur. O inde totum concalescit corpus, O febris fortis inducitur. Et Galenus quoque passim in suis scriptis prodit, a libero transpiratu impeditio O febres fieri O succos corrupti. Sanctorius Sect. 1. aph. in Medicina statica prodidit: si ex statico deprehenditur, impeditam esse perspirationem, diebus sequentibus vel succedet plenior perspiratio, vel aliqua sensibilis evacuatio, vel cachexia, vel febris. Et aph. 43. Consuetum perspirabile retentum, si non in lotum, vel sudorem facessit, indicat futuram putredinem. Hæc mala vero & citius & gravius pullulant, labascentibus simul & diminutis alijs solennibus & salutaribus, quæ fiant per alvum, per urinam, per menses, per hæmorrhoides, vacunctionibus.

§. XX.

Omnis illas, quas tempora anni ferunt, ægritudines a prohibita transpiratione generari, verisimilimum est; experientia enim & Hippocrates Sect. 3. aph. 20. O Celsius lib. 2. cap. 1. testantur, vere insanias, hæmorrhagias, epilepsias, anginas, arthritides, gravedites, tusses, lippitudines, abscessus, pustulas, rheumatismos, variolas, morbillos, catarrthalles febres, item synochas facile oriri.

Scholion.

Ratio generationis morborum tempore verno hæc videtur: hieme ob copiosorem & duriorem vicum, aeremque asperiore & vitam quietiorem sanguinis copia, & crassities major gignitur; inchoante autem vere atmosphæra valde inæqualis & mutabilis est, modo humida, modo calida, modo frigida & ventosa, ut non raro per diem ter vel quater argentum vivum in barometro situm suum mutet, idque maxime fit Martio, qui ob plurimos morbos & mortes, quas infert, fere infamis est. Hisce accedit, quod aere serventio facto, quæ hieme diu stagnarunt in terra, humiditates in putridas corruptibiles exhalationes dissolvi incipiunt, quare peregrinari & diu versari in ejusmodi aere, præfertim, si corpus imbecillum est, periculo non vacat; siquidem potentia illa fibrarum elastica, quæ in cordis vasis & musculis est, cuius beneficio fluida reguntur, neque minus tonus & elater cutis a frigore, humiditate & calore sic variante mirifice labefactantur, ut sanguinis circulus, & exclusio sordium per halitus valde diminuta & plethoram & impuritatem, quæ proxima morborum & motuum morborum est causa, ingignat.

§. XXI.

Morbi æstate familiares, qui juxta rectionem Hippocratis sect. 3. aph. 21. sunt maxime febres ardentes, biliosæ, cholericae, tertianæ continuæ & intermittentes, non tam siccitatæ & æstui primario & direkte debentur, quam potius aeri frigidiori, & humidiori, qualis tunc nocte, & mane esse solet, qui cutem occludit & præalidas bilioso-sulphureas scorias intus retinet, adscribi debent.

Scholion.

Æstas alias ob liberiorem perspirationem valde salubris est, si vero morbos profert, hi, ut accurate testantur observationes, gignuntur, si corpora æstu nimis calefacta aeri frigidiori vespertino, qui frigidus & humidus est, diutius committuntur, qui in locis humilioribus, declivibus & paludibus cunctis gravior, & hinc majorem noxiam infert. Et solet ejusmodi aer, ut ego saepius vidi, non tantum transpiracionem,

nem, sed & alvum constringere, sique ex prava diæta cruditates in primis viis accendant, in promptu febres sunt, magno calore hoc tempore plerumque stipatae.

§. XXII.

Autumnus & experientia, & omnium peritiorum medicorum consensu morbosilimus est, certe non ob aliæ rationem, quam quod ob inæqualitatem & crebram mutationem cœli modo frigidi, modo humidi, modo calidi, multis & diversis indolis vaporibus stipati, virtus elasticæ, quæ in fibris est, immutatur, adeoque & libera & vivida sanguinis circulatio & sordium transpiratio imminuat, earumque retentio in corpore augeatur.

Scholion.

Optime de hisce egit Celsus lib. 1. cap. 4. qui nostram sententiam confirmat, dum scribit: ob autumni varietatem periculum maximum est, itaque neque sine veste, neque sine calceamentis prodire oportet, præcipue diebus frigidioribus, neque sub divo nocte dormire, aut certe bene operari; & lib. 2. cap. 1. hæc adjicit: autumnale tempus & diutinis malis fatigato, & ab aestate etiam proxima pressos interimit, & a lios novis morbis conficit, & quosdam longissimis implicat, maximeque quartanis, quæ per biensem quoque exerceant. Cæterum morbos autunnales Hippocrates sect. 3. aph. 21. enarrat.

§. XXIII.

Hiemis quos excitat morbos, si certe intenso frigori, tam sicco, quam humido, omnino debentur, utroque transpirationem impidente; inde enim pleuritides & peripneumoniae, item rheumatismi & defluxiones, arthritides, acuti dolores, & qui caput eo tempore impetunt morbi, & ab Hippocrate loco citato aph. 23. describuntur, quoque gignuntur; nam acriori frigore, cuius virtus valde est constrictiva, non tantum transpiratio impeditur, sed & humorum impetus & copia ad pectus, ad caput, vel etiam ad artus & partes extremas dirigitur, unde rebellis fiunt humorum stagnationes, & periculosæ tenuissimorum vasorum ab impactis humoribus oppilationes.

Scholion.

Frigoris effectus in cute ad oculum patet, dum illa arida, dura, aspera, & constricta, inde evadit, eaque ante mollior in monticulos quasi attollitur, vasa disparent, & quia ea frigoris est natura, ut humida incrasset, condenseret, & omnia solida induret, hinc eundem effectum quoque ab excessivo frigore corpora nostra pati rectissime colligitur.

§. XXIV.

Duplicis generis frigus est, vel secum, vel humidum: cujusque peculiaris natura, vis, atque etiam efficacia est in corpus humanum. Illud, aquilonare maxime, aerem valde compressum & constrictum continet, qui calore expanditur. Humidum vero oritur maxime hieme, austris, & zephyris flantibus. Secum & constrictum frigus argentum vivum in tubo Torricelliano in sublime tollit ob elasticam formam pressuram: humidum vero illud dimittit ob elaterem imminutum.

§. XXV.

Frigus secum, purum, serenum, humido vacans corpora mobiliora, atque expeditiora reddit, quia elaterem fibrarum, quo fluida impelluntur, roborat, inde, modo corpus vestibus probe tectum sit, sanum hominem non adeo offendit, ut potius tonum & robur partibus solidis adjiciat.

Scholion.

Ex quo jam apparet ratio, quare, qui septentrionales regiones incolunt, sana, robusta & quadrata habeant corpora, quæ non facile offenduntur, & vitam quoque agant longiorem; item cur hyeme, si frigus est serenum & æquale, & mentis & corporis vigor alacrior sit, & homo tum plus alimenti appetat & concoquat, ut Hippocrates etiam ventres calidiores hie me putet. Aer enim serenus & frigidus, fluidis admixtus, intra corpus calore se se eximie expandit, & hac ratione solidorum & fluidorum motum ac progressum auget.

§. XXVI.

Nocet frigus secum boreale, ubi partes nerveæ & membranæ rigidæ sunt, & palpore & dolore affectæ, quale omnes mor-

bos a spastmo exasperat, & quietos facile resuscitat; nocet quoque iis, qui macra, & extenuata habent corpora, qui imbecilles sunt, & qui non diu a morbo convalescuerunt.

Scholion.

In spastmis enim & doloribus nimiam esse nervosarum partium strictroram actionem, non ignotum est. Frigus vero quia solidas partes magis constringit, indurat, easque rigidas efficit, non mirum est, omnes dolores, convulsiones, distensiones & rigores inde augeri. Frigus omnibus partibus nervosis, & morbis, qui ex nervis sunt, ab Hippocrate sect. 5. aph. 17. & 18. it. 20. hostile habetur. Animadvertisimus quoque, ut bene notavit Celsus lib. 2. cap. 1. aquilonem tussim moveare, sautes exasperare, ventrem adstringere, urinam supprimere, horrores excitare, item dolorem lateris & pectoris; sanum tamen corpus spissare, & mobilius atque expeditius reddere. Pathemata, quæ hypochondriacos tam graviter exercere solent, forti frigore invalescunt, quia a spastmodica partium nervosarum strictrura proveniunt. Calculum in renibus quietum nihil tam subito moveare, præter acre frigus, lumbis improvide admissum, aptum est: neque quicquam tam facile recidi vas febrium, & dolorum, quam frigus aquilonare parere ac reducere solet & ventus borealis; atque etiam angustiam spirandi in asthmate a sincero frigore crescere, ab humido & leviori vere decrescere observatione non indignum est.

§. XXVII.

Vehemens frigus id habet incommodi, ut fertiori fibrarum & vasorum strictura & compressione humorum motum ab ambitu corporis magis ad interiora urgeat, & convertat, & aequaliter atque per vasa minima exteriora liberum sanguinis & humorum circuitum impediendo, graves & periculosos in partibus perfectim debilioribus infarctus, vasorum repletiones & morbiferas semper stases & stagnationes efficiat..

§. XXVIII.

Quo magis itaque vasa sanguine vel pulmo vel impuro sunt repleta, eo plus frigus improvide admissum officit.

Scholion.

Nocet quam maxime plethoricis, cacheticis, cacoehymicis, item obesis & habitioribus corporibus. Neque enim tantum in iis liberiores transpiratum intercipit, sed etiam ad interiora non sine periculo reppritus; & urget succos, unde ex observationibus scimus, omne frigus, siue sit humidum, siue siccum sub ejusmodi statu in cephalalgias, vertigines, affestus soporosos, apoplexiam, paralysem, aurium tinturum, auditus difficultatem, oculorum obsfuscationem, lippitudines, prompte & expedite concitare. Neque aliud tam facile coryzas, gravedines, raucedines, tusses, pleuritides, & peripneumonias, item asthma humidum, præter frigus acre pectori admissum, suscitare, inque artibus dolores tractorios, lancinantes & rheumatismos producit.

§. XXIX.

Frigus humidum plus valetudini corporis infensum videtur, quam siccum, quia non modo valde inspissat humores, & minimos meatus obstruit, sed & duritatem tonum fibrarum relaxando universum humorum cursum retardat, & sic transpiratione diminuta & copiam & impuritatem succis adjicit; quare ad morborum generationem atmosphera humida, & simul frigida & diu persistans plurimum confert, cum aer siccus & frigidus eos magis moveat, atque in actum educat.

§. XXX.

Corporis conseruationi nihil tam adversum & hostile videtur, quam nimium humidum, siue frigidum, siue calidum sit, quia relaxando fibras earum elaterem, tonum & robur imminuit, unde tardior fit humorum progressio, qua crescente nimia humorum abundantia atque impuritas ingravescunt.

Scholion.

Caveant igitur sibi quam maxime ab humiditate frigida omnes imbecilles, & ubi est.

est sanguinis tardior progressio & intercepta transpiratio, atque corpora nimis spongiosa & laxa sunt, infantes, foeminae, senes, & qui intemperantia vacant, multum comedunt, & acida supra modum assumunt, qui corpus non exercent, & somno nimium dediti sunt, qui gravi more anguntur; multo magis vero ceu venenum illud effugiant cacheatici, hydro-pici, & qui oedema in pedibus habent, asthmatici & foeminae circa mensium fluxum, & quando gravidæ vel in puerperio constitutæ sunt.

§. XXXI.

Certa ac firma constat observatione, diu regnante in quacunque etiam anni parte humidam aeris constitutionem admodum esse morbosam, & loca declivia & humidiora paludibus cincta & continuis nebulis obsita ad parandas febres & putredines esse aptissima.

§. XXXII.

Ad morbos ingenerandos variis generis epidemios nihil plus confert majoremque vim habet, quam tempestas diu humida, pluvia, nebulosa, ventis vacans, si postea repente flante aquilone acria frigori, vel etiam dies præcalidi sequantur. Quod si vere & autumno fit, tanto certior horum morborum proventus est.

Scholion.

Attenta & diligenter observatione constat, hiemem tepidam & pluviosam si ver excipit in principio aquilonare, item si vernum tempus potissimum humidum, nebulosum & pluvium, ventis vacans, subito frigidi dies sequuntur, si que autumno nimis hamido frigus hibernum supervenit, morbos graffantes certo expectandos esse. Idem quoque accidit, si æstatem nimis ferventem, vel etiam dies valde calidos, humidum frigus excipiatis. Et quid notius est, quam quod ex loco si quis concedat valde calido in valde frigidum, vel ex frigido in calidum, corpus grave fiat & distillationes oriantur. In genere enim sciendum est, æquabili cutis tono, sub quo maxime vigeat libera perspiratio, nihil magis esse adversum eumque destruere, quam repentinam mutationem aeris calidi in fri-

gidum, vel humidi in nimis calidum? Nam sicut alvina excretio a tono & motu intestinorum peristaltico æquabili & integro; ita cuticularis illa, quæ sanitati maxime patrocinatur, excretio ab eutonia cutis ejusque tubulorum, ut nec nimis laxi, nec nimis constricti sint, dependet. Deinde certum est, atmospharam diu & nimis humidam ac levem intime penetrare, & universum fibrarum & membranarum corporis systema ita afficere, ut solutum & a tono suo dejectum sanguinis & humorum impulsu & progressu & transpirationem nunquam non languidiorem & imbecilliores reddat. Si vero atmosphæra valde frigida est, ita fibræ & membranæ constringunt & rigidæ redduntur, ut fortior quidem fiat liquidorum impulsus, sed extrema vasorum ora, præsertim ea, quæ sunt in cute, claudantur vel angustentur. Utroque modo vitiat transpiratio, & solidorum motus ac circulus sanguinis turbatur, & hinc non solum materia ad morbos præparatur, sed & ea in motu & actu morbosum maxime per frigus superveniens deducitur.

§. XXXIII.

Morbi, qui certis temporibus ac locis plures simul infestare solent, non sunt unius ejusdemque generis; sed pro diversa conditione præcedentium & præsentium tempestatum, item pro varia hominum natura, ingens discriminem recipiunt; modo enim totum corpus, ut sunt febres, modo certam tantum partem occupant ut sunt dolores & fluxiones, modo placide procedunt & bene morati sunt, modo pessimis symptomatibus sibi multos perimunt.

Scholion.

Morbi utique epidemii sunt ex eorum numero, qui mortales & frequentius infestant & in vigore sæpius ætatis tollunt, singulisque fere annis diversam ferunt naturam atque indebet. Et quoniam a causis plane manifestis mechanico-physicis, maximeque aeris constitutione & vieti ac vivendi ratione cuivis loco propria ac familiari dependent, optandum vehement-

ter foret, ut medici majorem operam, I meditationem & studium in iis indagandi, & ex præcedenti & præsenti temporum constitutione iisdem prædicendis & postea recte tractandis conferrent, quam hucusque in usu fuit. Altum plerumque in pathologiis de hac amplissimi usus doctrina est silentium, forsitan quia non accommodata est omnium hypothesibus. Antiquissimum, & optimum medicina scriptorem Hippocratem, & qui fere primus ejus vestigia secutus est, Sydenhamum, postea Ramazzinum laudare & commendare debemus, qui faciem nobis prætulerunt, & bono exemplo, quod sequi debemus, ad excolendam & illustrandam hanc doctrinam, prætiverunt. Quare omnes & singulos medicorum cordatores, quibus curæ cordique salus hominum est, rogatos etiam atque etiam volo, ut in annotandis morborum historiis, si epidemii morbi grassantur, & diligentissimi & accuratissimi sint, & quisque in suo loco temporum & tempestatum præcedentium, & præsentium constitutionem & mutationem, necnon ventorum conditionem, item in barometro mercurii motum, ac gradum caloris ex thermometro simul adjiciant, integrasque & plenas historias cum methodo curandi, & eventu exhibeant.

C A P U T VIII.

De morborum generatione ex nimia sanguinis quantitate & humorum impuritate.

§. I.

Veteres potissimum medici duplarem morborum materiam & causam statuerunt: alteram nimiam sanguinis abundantiam, quam dixerunt plethoram, alteram ejus alidrumque humorum magnam impuritatem, quam cacockiam vocarunt. Illam maxime a ciborum, qui bonos præbent succos, hanc, qui malos & intemperatos dant, copia derivabant. Nos non tantum ex ingestorum, sed maxime excretionum vitio & defectu horum causam ducendam esse existimamus.

§. II.
Non omnis abundans & copiosus sanguis statim officit & plethora dici meretur, sed is tantum, qui laedit, & vitiat actiones secundum naturam, maximeque, qui vegetiorem & liberiorem sanguinis circulum impedit.

Scholion.

Nam videmus homines sanos, vegetos, & nulli adversæ valetudini obnoxios, qui ingentem sanguinis in corpore quadrato continent copiam. Contra deprehendimus quosdam, qui ne dimidiā quidem, illorum respectu, sanguinis continent quantitatem, a qua tamen male se habent & laborant.

§. III.

Veteres duplēm status bant plethoram, unam ad vasa, alteram ad vires. Illam dixerunt, quando succi supra justam mensuram accumulati venas supra modum plenas & distentas & totam corporis molem tumidam efficiunt. Quando vero vasa & corporis substantia nec tument, nec copia sanguinis distenduntur, plus tamen sanguinis continetur, quam a viribus imbecillis regi ac moveri possit, hanc plenitudinem ad vires nominabant.

Scholion.

Quamvis hanc distinctionem plures recentiorum repudient, neque aliam, quam ad vasa, plethoram admittant, tamen hanc ipsam non parum momenti & attentionis in praxi habere fatendum est. Nam ut ciborum copia & latitas duplice modo considerari potest, quatenus ab eorum nimia ingestione supra modum ventriculus distenditur, vel quatenus minor eorum quantitas a minus firme stomacho subigi & concoqui non potest. Simili ratione id quoque adipicandum est ad sanguinem, e-jusque vasa, eorumque robur.

§. IV.

Igitur illa tantum sanguinis abundantia, sive ad vires, sive ad vasa stimetur, plethora morbida dicenda est, que sanguinis liberum progressum ac circuitum retardat, vel impedit; nam sanguis etiam valde affluens, modo promte, & expedite iter suum per vasa absolvat, robur magis & vigorem corpori dat, tantum abest, ut il-

Iudicium imbecille reddat: simul ac vero incipit a vigore motus deflectere, tum demum noxious est, & morbos minatur.

Scholion.

Nimia succorum & sanguinis copia congesta vasorum demum latera nimis distendit, eaque ad solito maiorem diametrum urget, hinc sua resistentia cordis & vasorum potentiam elasticam frangit atque diminuit, quare segnior statim fit sanguinis impulsus; nam fibras, quae sunt elasticæ naturæ, nimia extensione debiliores reddi, ipsa experientia abunde testatur. Et haec est genesis plethoræ ad vasorum. Ubi vero jam solidorum tonus ac vis elasticæ a precedente morbo, vel alia de causa fracta & debilitata est, tum non adeo magna humorum quantitas & resistentia ad eorum vim contractivam & impulsum diminutum requiritur, ut tardior sanguinis & humorum circulus fiat, perpetuo vitæ ac sanitati infensus.

§. V.

Plethora ad vires aque frequens ac familiaris est, quam illa ad vasa. Nam illam, qui sunt rari, laxi & spongiosi corporis, vasis copiosis & tenuibus donati, maxime sustinent: deinde, qui ex precedente morbo, inedia, nimia sanguinis profusione, aut vehementi & diurno animi motu vires amiserunt, facile in eam incident. Qui vero sunt corpore denso, fibroso, stricto, & vasa ampliora habent, valdeque voraces sunt & quieti, plethoram ad vasa magis experiuntur.

Scholion.

In genere illud notari velim, ea corpora magis patere morbis, qui a tardiori sanguinis progressu proveniunt, quæ imbecilliora sunt, quæ habitus sunt laxi, turgidi & spongiosi, item quæ sunt obesa & repleta, quam quæ vasa habent ampliora, & corporis sunt gracilioris & strictioris: quandoquidem expeditiorem sanguinis circulum esse in vasis capacioribus, quam in angustioribus, & ubi fibræ sunt tentæ & renitentes, quam solutæ & laxæ, per se clarum ac liquidum esse puto. Accedit, quod secundum observationem nostram & forsitan primam cor cum vasis corporis semper aqualem habeat proportionem,

nem, ita ut ampliora vasa de magno corde, parva & exilia de parvo testimonium exhibeant. Parvum vero cor ob inopiam fibrarum elasticarum non tantam resistentiam sanguinis superare posse, quam magnum, ubi major fibrarum elasticarum est apparatus, credibile est.

§. VI.

Sanguis non quatenus abundant, sed quatenus vires premit & tardius progreditur, actiones corporis pervertit & morbum infert; & quia non tantum ex nimia sanguinis quantitate, sed etiam ex imbecillitate virium tardior fit circulus, hinc apparet ratio & explicatio illa vera veterum, qui ignorarunt sanguinis circulum, distinctionis inter plethoram ad vires & vasa.

§. VII.

Statum plethoræ ad vasa plura indicant signa. In macilentis mire expansa sunt vasa, spongiosi corpus habent repletum & turgidum, faciem coloratam & inflatam. Utrique ad excitationem sunt inepti, nam facile delassantur, siue superiora petunt, ægre spirant, & ab inconsueto motu dolorem quandam contusivum in omnibus artibus experientur, profundo quoque gaudent somno, plerumque insomniis pleno, & ab adsumptis calidis, spirituosis molestias turgescencias & exstinationes patiuntur, siue multum ingerunt & parum laborant.

§. VIII.

Nihil est, si forsan venena, & animi affectus exceperis, quod tantam ruinam ac perniciem corpori minetur, atque illud tam gravibus morbis obnoxium reddat, quam nimia succorum abundantia, quia vires premit, & motibus impulsoriis resistit, unde tardior fit sanguinis progressus, segniores etiam excretiones, a quibus tamen salvis præcipue sanitatis functiones dependent.

Scholion.

Nemo sane rectius ex veteribus præter Hippocratem morborum originem ex nimia repletione explicuit, uti planissime apparet ex libr. 3. de dicta §. 13. & lib. 11. de Morbis, inque primis §. 10. & lib. 1. aph. 3. dilerte scribit: in exercitantibus boni habitus ad summum progressi periculose.

sunt. Clarius adhuc *Celsus lib. 2 cap. 11.*
se explicat: si plenior aliquis & speciosior
& coloratior factus est, suspecta habere bo-
na sua debet. *Elib. 1. cap. 1. ea corpora,*
qua more abletarum repleta sunt, celeri-
me & senescunt & agrotant.

§. IX.

Sublato solidorum in fluida a nimia hu-
morum copia aequilibrio, totus eorum
progressus retardatur ac minuitur, hinc
quoque attritus ac divisio sanguinis in mi-
nimas partes, & solidi cum fluido intima
mixtio minor, sanguinem spissum, immo-
bilorem & ad secretiones atque excretio-
nes subeundas ineptum reddit.

§. X.

Plura & gravia sunt illa vitia ac mala,
qua a tardiori sanguinis circulo prove-
niunt.

Scholion.

Sanguinem ex triplici & valde dissimili
substancia compositum esse, observatio-
ne non indigna experimenta demonstrant.
Prima est tenuis & fluida, aquea, cuius
tres partes in sanguine sano sunt ad unam
partem solidi, quod leni facta evaporatio-
ne innotescit. Hec quarta pars solidi du-
plicem rursus diversae indolis substancialis
continet, unam solubilem in aqua & rubi-
cundam, alteram tenacem, fusci colo-
ris, qua aqua non dissolvitur, & haec fe-
re dimidii ad illam ponderis est. Hec du-
plicis generis & naturae in solidiore sanguini-
nis parte consistens substancia deprehenditur
etiam, si sanguis missus & secca vena
profluens dimittitur in aquam tepidam,
tum brevi tempore aqua supernatans valde
sit colorata, in fundo vero harent albi,
spongiosi flocei, & interdum, ubi plethora
urget, tam firma coagula, quali ex fi-
bris & membranis reris in modum compa-
cta, ut nulla aqua solvi possint, reperi-
untur. Ecquis dubitet, illa ipsa ex segno-
ri sanguinis progressu & diminuta ejus di-
visione esse prognata, & fertilem infar-
ctuum, obstructionum & concretorum,
qua polyporum formam habent & vasa
periculissime occludunt, materiam &
causam subministrare?

§. XI.

Cum nimia sanguinis redundantia in u-

niverso vasorum systemate tardiorem fa-
ciat progressum, liquido appetet, eum
adhuc fieri impeditorem in iis partibus ac
locis, per quae ordinario & secundum na-
turam paulo tardius sanguis fertur, quod
maxime sit in visceribus abdominis, pra-
fertim in intestino colo ac recto.

Scholion.

Quo remotores sunt partes a validissima
potentia cordis motrice, eo minorem esse
sanguinis per has velocitatem, clarum per
se est. Deinde, quia adscensus liquidorum
ad perpendicularum valde est difficilis,
facile poterit peti ratio, cur pedes facilius
intumescant, quam alias partes, &
cur in intestino recto & colo facile stagnet
sanguis & difficulter moveatur, item qua-
re in vasibus mesentericis, inque omnibus abdo-
minis visceribus ex quibus sanguis in ve-
nam portae atque hepar infunditur, facili-
les sanguinis stagnationes locum habeant.
Perspectum enim ex anatomie est, san-
guinem, qui ex ventriculo & toto intesti-
norum volumine, mesenterio, omento,
pancreate, liene reducitur, per venam
portae, qua polsu & systole caret, & per
innumerata hepatis vasa trajici debere. Cum
autem id segniter præstetur, facile intelli-
gitur, tardiorum utique etiam secundum
naturam sanguinis per haec viscera esse pro-
gressum.

§. XII.

Mala, qua ex nocente sanguinis tardio-
ri motu ac stagnatione intra abdomen pro-
veniunt, modo a spasmodicis partium
membranosarum stricturis, modo ab ato-
nia viscerumque infarctu & obstructione
proficiuntur.

§. XIII.

Ubiconque sanguis intra membranas
nerveas & carneas subsistit, stagnat, eas
que valde distendit, ibi dolor & spasmus
gignitor, qui tanto vehementior est, tan-
toque facilis alias nerveas simul partes in
consensu abripit, liberumque & aqua-
bilem sanguinis circuitum præpedit, quanto
stagnatio & repletio vasorum major
est, & quo exquisitoris membranæ sensa-
tionis sunt, ac validiorem potentiam mo-
tricem habent.

Schol.

Scholion.

Recte a repletione spasmodum oriri Hippocrates *Secc. 4. aph. 39.* pronuntiavit. Sed tam non ubique vasorum a sanguine repletio, ut videmus in hepate, in liene, in utero, in mesenterio, spasmum, & dolorem producit, sed tantum in iis partibus, quæ ex membranis nerveo-musculosis, quæ genuinum omnis motus, & sensus organon sunt, constant.

§. XIV.

Si intra membranas intestini coli, & recti validas, & robustas, nerveo-musculosas, multus sanguis in vasis satis capacibus firmiter hæret, ac stagnat, ob difficultem ad venam splenicam valde remotam ascensum, multi graves oriuntur dolores, & spasmi, gravium pathematum, præfertim in hypochondriacis, auctores.

Scholion.

Fortissimum colon præfertim ejus partem, quæ in sinistro latere sita varias flexuras habet, strictrum pati, aliquoties reperi in iis, qui ex pathematus spasmodicis mortui dissecti fuerunt, ubi alias satis amplum, & capax colon ita constrictum fuit inventum, ut funem medii digiti crassitie vix aquaverit. Et non raro tanta in hypochondriacis, vel etiam hystericis est recti, & coli strictrum, ut nec clysterem admittat, vel flatum transmittat. Incipiente itaque in hoc intestino strictrum statim motus peristaltici in toto intestinorum canale sit lœsio, atque inversio, ut status & fæces non recte descendant, sed potius ad superiora regurgitant, unde ventriculi, & duodeni molestissima sit inflatio, propter tensionem nervorum molestissima mala post se trahens. Ex quo jam rationem apparere claram existimo, cur hæmorrhoides fluentes horum malorum levitatem non parum minuant, & quare illæ suppressæ, aut temere cohibitæ acerbissima pathemata in toto systemate nervorum producent; item quare opportuna sanguinis per hirundines ex venis ani extractio, vel ejus in pedibus missio plus auxillii, quam ullum aliud remedii genus, simili in casu adferre soleat, & quare clysteres ex puris oleis confecti, qui strictruras relaxant, præsentissimam opeam quoque præstent.

§. XV.

A vehementibus intestinorum, præser-tim coli, spasmodis sunt graves sanguinis iuriis, vel illis partibus congestiones, periculosa states, vel etiam enormes sanguinis per hæmorrhoides, vel per cruentum vomitum, apertis brevibus vasibus, vel dehiscentibus venis, quæ ad ileon pertinent, nigrae & foetidissime dejectiones.

Scholion.

Equidem non negari potest, sanguinis per venas sedis fluxum spasmos hypochondriacorum egregie mitigare; neutiquam tamen ex eo concludendum est, omnem affectum hypochondriacum semper, & unice ab intercepto fluxu hæmorrhoidalē provenire. Nam ex compluribus malo hoc ægrotantium historiis certum habemus, sanos antea homines, & ubi nullum hujus fluxus fuit indicium, atque adhuc juvenes, per male curatas febres, dysenterias, per frigidum potum calefacto corpori immersum, vel post gravem terrorem, & vehementes purgationes, malum hoc sibi contraxisse, & ab eo tempore statim dispositionem ad hunc fluxum subnata fuisse. Plures enim adhuc causæ habitualem quasi spasmum, vel etiam flatulentiam partibus his nervosis inducere possunt. Notum vero est, per spasmos valde comprimita vasa, ut libero sanguinis circuitu præpedito ille impetuose ad alias partes urgeatur, unde valorum nimia distensiones, & apertiones sunt. Quare etiam non mirum est, in vomitu cruento, & sic dicto morbo Hippocratis nigro, ruptis vasibus brevibus, & ilei, quæ ambo tenuissimis membranis testa sunt, in ventriculi, & intestinorum cavitatem cruorem effundi, quod tanto facilis sit, quanto obstructio, & infarctus in liene, & dolor lateris sinistri tensivus, qui non tam lieni, spasm, & doloris experti, quam potius colo adscribi debet, familiarius hisce malis jungi solent.

§. XVI.

Quando sanguis copiosior in feminis singulis mensibus per uteri vasa non recte depletur, nimia ejus in corpore sit accumulatio, atque vasorum, quæ membranas investiunt, etiam intestinorum, ventriculi, spinalis medullæ, inno cerebri a

gnante sanguine distensio, & fibrarum nervearum pressio, unde vehementes in hisce partibus fiunt spasmi, dolores, convulsiones, nervorum distensiones, & gravissima alia pathemata, hystericas quam familiaria.

Scholion.

Si enim ob vasa uterina nimis tenuia, & angusta, vel etiam illa obstructa, aut infarcta, aut spasmus constricta, menstruatis deficit, aut minuitur purgatio, sanguis ad interiora regurgitat, & vel in visceribus abdominis nimios parit infarctus, vel membranosas, & nerveas partes ad vehementes spasmos concitat, qui totam demum oecconomiam motuum, sanguinisque liberum circulum, atque saluberrimas excretiones nunquam non turbant, atque pervertunt, unde plura, & gravissima mala a mensium retentione fieri compertissimum est.

§. XVII.

A tardiori sanguinis ex pleniora per universum corpus, & maxime per abdominis viscera progressu longae, & difficiles aegritudines, ut scorbutus, cachexia, & variae hydropis species nasci solent, idque sit maxime ab hepate, liene, pancreate, & mesenterii, atque omenti vasibus, ac glandulis infarctis, obstructis, induratis, ut incisiones corporum post mortem testantur, unde laeso harum partium officio sanguis nec bene miscetur, nec bene depuratur, sed potius crassus, impurus, & corruptus evadit.

Scholion.

Nullæ infimi ventris partes ex tam innumerabili vasorum copia constructæ sunt, quam hepar, & lien. Et quia non satis validis motricibus, & nerveis fibris instructæ sunt, non mirum est, eas siue a nimio sanguine mirifice, inque amplissimam mollem distendi, obstrui, & indurari. Et quia totum pancreas glandulosum est, & exilissima in omnibus glandulis, quarum ingens copia in mesenterio est, sunt vasa, qua ob stupendam parvitatem facile possunt obstrui, eas itaque tardiori sanguinis progressu facile indurari, & scirrhosas fieri posse, non mirum est. Jam quam liberior lymphæ circuitus unice a sanguinis cir-

cuitu dependeat, isque valde imminutus, & præpeditus sit in amplissimo hepatis viscere, non difficulter concipi potest, quomodo ex tam lento, in hoc aliisque imi ventris visceribus sanguinis progressu, & stagnatione lympha separetur, & copius in lymphatica vasa ingrediens tandem illa nimium distendat, ac rumpat. Quod vero pedes tam frequenter obnoxii sint tumoribus œdematosis, id maxime propter hanc causam fit, quia tardior sanguinis per has partes extremas, & remotas a corde est cursus, & recursus per venas, ob simum perpendicularē & erectū, admodum difficilis, unde ex subsidente sanguine seruū facillime secernitur, omnesque poros, ac tubulos ibi implet, atque occupat.

§. XVIII.

Ob nimiam quoque redundantiam segnior sanguinis progressus, & inde facta major ejus crassities, non modo in parvis vasibus ea obstruendo morborum dat, sovet que causas, sed in ipsa quoque cordis cavitate, ejusque vasis majoribus non raro mirabiles quasdam coagulationes, ex meris fere membranis, ac fibris coalitas, duras, indissolubiles, sape ingentis molis, quæ vulgo polypi nominari solent, ingenerat, quæ pernitiales longarum, & insanabilium non tam infrequenter aegritudinum causæ, & comites existunt.

§. XIX.

In iis, qui subita morte extinguuntur, aut apoplexia, suffocativo catarrho, aut asthmate convulsivo cum pectoris hydrope vitam finiunt, quandoque etiam, qui ex haemoptysi, pleuritide, asthmate hydropico extinguuntur, insignis magnitudinis polypi, cor vel pulmonalia vasa occupantes, reperiuntur.

Scholion.

Vel unicum id illustre exemplum polyporum abunde nos edocere potest, inspectionem cadaverum, morbis difficilibus præsertim chronicis mortuorum medicinalem artem, & maxime doctrinam de morbis, eorumque causis, & sedibus insigniter promovere, & maximam lucem illi adserre posse. In veterum monumentis nulla polyporum mentio reperitur, quia paucior, vel plane nulla post mortem facta fuit.

Tuit corporum incisio & inspectio, quum tamen testantibus, quæ nostris temporibus sunt, sectionibus in omni fere difficulti, & gravi morbo non tantum in corde, & annexis venis, atque arteriis, sed & ultra in cerebri finibus, in uteri, aut iliacis vasis, quandoque ejusmodi concrementa, & coagula membranacea reperiantur.

§. XX.

Experientia compertum habemus, polypos maxime generari in corporibus spongiosis, sanguine copioso turgidis, vite sedentariae addictis, & qui vino, vel vini spiritu supra modum se ingurgitant, ceterum parcus bibunt, nec potus facile tenues, vel aquam adsumunt. Novi quoque eos subito productos in iis, qui valde frigidam, & largiorem potionem in corpus calidum adsumserunt, item in foeminis ex mensuram retentione, si lacticiniis, & acidis nimium delectatae fuerunt.

Scholion.

In sanguine humano plures dari glutinosas, terreas, & limosas non solubiles partes, jam supra ostensum est, idque ad oculum patet, si exsiccatus aquæ calidissima infunditur, tunc solvitur quidem subtilior ejus terrea, sulphurea, salina portio, sed remanet fusca, & glutinosa, quæ omnem respuit solutionem. Si quando igitur hæc limosior sanguinis pars, vel propter tardiorum progressum, ac quietem, vel ob admistum acidum, spirituosum, aut valde frigidum, a reliquo sanguine secedit, ac separatur, & fortiori facto vasorum appulsa, atque compressione partium arcuissime compingitur, dura ejusmodi corpora emergunt, quæ vasa obstruendo inæqualem sanguinis motum efficiunt, vel vasa majora claudendo universi sanguinis cursum, ac circulum penitus sistunt. Haud fallacia vero prælensis polypi indicia sunt ingerens circa præcordia angustia cum magna difficultate spirandi, vehemens cordis palpitatio, pulsuum inæqualitas, vel etiam intermissio, & frequentior lipothyria: quæ symptomata, maxime a motu sanguinis, quacunque ex causa aucto, exasperari solent.

§. XXI.

Plethora quoque, & ex hac tardior fa-

ctus sanguinis circuitus primò quasi ad impuritatem, & cacochymiam ponit fundatum. Recte enim Hippocrates Libr. de sanitate tuenda ad Macenatem: sanguis, cum abundant, valetudinem vivitat, quia bilis acida, & amara, & pituita, immo sanies nascitur. Nam quo lenior est sanguinis cursus, eo minus ille in tenuissimas partes dividitur, atque discerpitur, eoque spissior, & tenacior evadit. Quo vero tenacior est, eo plus infarcit, & obstruit vasa, & excretoria, quæ sanguinis impuritatibus secernendis inserviunt. Quo major vero horum obstructio, eo copiosior impuritatem in sanguine emergit proventus.

§. XXII.

Impuri, & non bene mixti sanguinis indicium est, si is e vena extractus nimis aquosus est, qualis in hypochondriacis, liensis, & cachecticis apparere consuevit, item si nigricans, & pici liquidæ similis, uti in melancholicis, vel si in superficie spissam instar glutinis, vel cori crustam habet, uti in leorbuticis, & qui inflammatione interna laborant, vel ad eam dispositi sunt, item si serum nimis flavum, ac biliosum est, uti in ictericis.

§. XXIII.

Duplicis vero generis cacochymiam in vasis esse statuendam, non adeo mihi videtur improbatum. Altera quidem subito fit, & facilius quoque transit, ac discutitur, atque ex alvi, & transpirationis negligenti ducenta est, & ad febres, morbos acutos & epidemice gravantes facillime disponit, inque iis locum habet. Prodeunt porro ex hac rheumatismi, catarrhi, febres catarrhales, tusses, diarrhoeæ, erysipelata, & multiplicis formæ alia febres. Altera pertinacior firmiores in visceribus, & excretoriis obstructis habet, & a tardiori sanguinis, & lymphæ motu pullulat, neque tam facile removetur, & chronicarum maxime passionum parens est.

Scholion.

Obstructio, vel infarto hepatis viscere sanguis a sulphureis, & salinis adustis particulis, quæ bilem constituant, non probe depuratur. Si vero renes sui munera obliviscuntur, serum multis salibus excre-

men-

mentitiis fixioribus tartareis imbuitur. Per lienem mere vasculosum si sanguis minus libere ob infarctum , vel obftructionem transit, crassitatem, & visciditym contrahit, qua sit, ut secretorum, & excretorum vasculorum stupenda parvitas meatus, qui sunt in glandulis, pertransire amplius nequeat. Obstrutis vero hac ratione glandulis, vel plane induratis, & liberiori lymphæ circulo impedito, ipsa stagnationem, aceſcentiam, & vappiditatem in vasis concipit.

§. XXIV.

Alia adhuc datur cacochyiae, sive magna in sanguine impuritatis, qua subito dignitur, ratio, qua a validiori ejus per cordis, & arteriarum motu auctiorem impulſu, attritu & commotione oritur, quemadmodum id clare appetet in omni febre, in qua temperatus, & bene mixtus sanguis solo moto, tam progressivo, quam intestino auctiōri, interpolito aliquot die rum spatio, tam impurus reddi potest, ut compluribus falso, sulphureis, viscidis partibus refertus ad nutritionem, & omnes actiones secundum naturam preſtantas penitus sit ineptus.

Scholion.

Motus solidorum in fluida vehementior, qualis est febrilis, blandam gelatinosam sanguinis crassim, & consistentiam valde resolvit, adeo, ut e vena emissus ſepe coccineus, & flammeus instar coloris floris cardinalis appareat, adeoque nec frigefatus in gelatinam abeat, nec in aquam calidam infusus bombyciformes floccos depo nat. Est itaque febrilis motus medela quidem sanguinis tam copioli, quam crassi, ac tenacis optima, sed tamen valde impurum eum reddit, adeo, ut præcipua ejus pars in excrementa colliquescat. Unde non tantum corpus, & vires consumuntur, sed & urinæ ingentem quantitatem viscidæ, mucidæ, falso- sulphureæ materiæ, qua fundum petere solet, evehunt; fudores glutinosi, pingues, acidum spirantes producent; ex alvo copiosa, biliosa, & foetida, licet parum cibi affumtum fuerit, quotidie ejiciuntur. Quæ excrements si non fecerint, sed intus cohibentur, certum novi morbi prodituri indicium est.

Opera itaque danda est, ut semper, si febris impetus cefat, si vel ex toto quiescit, impuritates illæ, a febre intus producuntur, per emunctoria probe eliminantur, quæ præcipua medicorum in convalescentibus a febre debet esse cura.

§. XXV.

Nihil vero tam promte impuritatem, & corruptionem sanguini inducit, quam tardior humorum circuitus, & progressio, si sanguis præsertim circa viscera abdominis stagnat, vel lymphæ ob glandulas ob structas in vasis lymphaticis moram trahit, & subsistit.

§. XXVI.

Quod si sanguis, & humores stagnationem subierunt, intestino calore agitati in corruptionem proclives fieri incipiunt, id que maxime fit, si vasis uteri obſtructis menses non feruntur, & sanguis diutius illici inhibet, item si ipsi consuetus per venas haemorrhoidales exitus præcluditur.

Scholion.

Sola quiete, & calore externo aquam simplicem, brevi interjecto tempore, foetidissimam contrahere posse putredinem, inter alia fatis vulgarum, notum, ac domesticum documentum exhibet aqua illa, qua in destillatione spirituum, vel aquarum ex vesica refrigerationis fine in vase ligneo, per quod canalis stanneus pertransit, aliquot dies continetur, hæc enim ob calorem non solum insignter turbida fit, sed & pestilentem foetorem contrahit. Hinc mirum non videbitur, sincerum sanguinem stagnatione diutina in vasis inclinare in corruptionem, eumque sola quiete in foetidissimam putrilaginem dissolvi, id quod appetet maxime in sphacelo. Quapropter haud temere pronuntiamus, sanguinem & humores, qui ex valde corruptibili, & aliena, sibique dissimili materia constant, eo magis ad corruptionem tendere, quo tardior eorundem per vasa corporis humani motus, atque progressio est.

§. XVII.

Datur itaque impuritas humorum putrida, qua omnium teterrima est, & pestilentialium morbos excludit, eosque malignos tam acutos, quam chronicos reddit, quos

quos inter merito scorbutus eminentioris gradus referri debet.

Scholion.

Scorbutus est maxime malum endemicum, ex ingenti sanguinis, & humorum corruptione enatum, ortumque suum maxime debet pravis ingestis, duris nempe, acidis, & salcis cibis, aeri humido, & vappido, item vacuationibus praesertim sanguinis per menses, & hemorrhoides varias ob causas imminutis, unde propter tardiorum sanguinis progressum, & retentionem excrementiarum fodiū humores tum salinam, tum viscida m, & putridam dyscrasiam induunt, quae deinceps variis exulcerationibus, maculis, pustulis, atrocibus doloribus, & depravata nutritione sese prodit, & necem interna viscerum corruptione, vel sphacelatione exteriorum partium infert; quare scorbuticorum sanguis, plerumque plumbeus, & viridis, ac fere putridus reprehenditur, teste *Eugaleno de scorbuto* pag. 70. id quod vel ipso plebis iudicio subinde confirmatur, cum sanguis hisce coloribus tinctus ex sevis venis prodit. E scorbuticorum gingivis sanguinem fecit, profluere, vulgatum itidem est, & nemini ignotum.

§. XXVIII.

Non solum sanguis, sed & lymphæ, vel propter virulentum miasma admixtum, vel ob glandulas, & vias obstructas motus progressivi expers, summam internam contrahit putredinem, quæ gravissimum morborum, cuiusmodi sunt lues venerea, lepra, elephantiasis, herpes, scabies maligna, secunda mater est, & serpentibus, ac malignis exulcerationibus variis, æque, ac viuata nutritione, viuumque plenaria dejectione abunde manifestat.

Scholion.

Maximam inesse istis morbis humorum corruptionem, inter alia clare testatur eosum sanguis e vena missus, qui in lue-venerea, teste *Foresti* libr. 6. pag. 72. corruptus, viscosus, fibris destitutus reprehenditur, inque lepra grumosus, adustus, fuscus, lenticulosus, imo arenosus, vel atiam verminosus observatur. Qua de regi potest *Camerarius* in *Sylloge Memori-*

rabilium Centur. 19. 36. item *Kircherus* in *Mund. Subterrani. Lib. 12. Sect. 1. Cap. 10. & Sect. 2. Cap. 7.*

§. XXIX.

In cutis vitiis, quæ a succorum impuritate, & acrimonia orientur, frequenter observavimus glandularum tumores, instar globulorum, sub cute, vel etiam inter muscularum interstitia in artibus haerentes, quibus prius non dispulsis morbus nullo fere artificio expugnari potest.

Scholion.

Eiusmodi tumores instar majoris pisiformis, & glandulosos non modo circa collum in linea capitis, in lippitudine, & acri defluxione oculorum, sed & in pedibus, & manibus in maligna, & saepius recidivante scabie, in purpura quoque chronicâ, atque in pedibus, ubi malleolos occupabant ulcera, saepius vidimus, & tacit cognovimus, neque unquam ad sanitatem perduci poterant hi morbi, nisi prius histomoribus discussis, & disparentibus; si quidem glandulae, quæ e congregatarum numero sunt, lymphæ motum fibrarum nervearum strictura promovere debent, adeoque si intumescunt, satis clare denuntiatur, progressum lymphæ in his locis esse interceptum, unde illa in corruptionem, & acrimoniam abit, atque erosio nem, & descedentem ulcerosam curi producit.

§. XXX.

Purpura, nostris temporibus admodum familiaris, rubra & alba, chronicâ & acuta, maligna & benigna, lymphæ a naturali crassi deflectentis, vel insigniter corruptæ soboles mihi identidem videtur, neque si acutis, vel statim in principio accedit, vel in declinatione supervenit, periculo vacat.

Scholion.

Purpura chronicâ, scorbuticis, hypochondriacis, & iis foeminis, quæ mensum defectu, & alvo adstricta laborant, admodum familiaris, raro perfecte curatur, quin potius curata saepius regeneratur, & revertitur. Vidi saepenumero eam resuscitatam fuisse diurno mortore, vel alio gravi animi affectu. Et certe radicatus auferre hunc morbum non exigui

operis res est, neque mediocrem exigit prudentiam, atque observationem; difficulter enim glandularum obstructions referantur, & lymphæ circulos restituitur. Pejoris vero naturæ est ea purpura, quæ puerperarum morbis, vel acuta febre decumbentibus supervenit, quoniam tunc majoris impuritatis soboles est, quæ in puerperis nunquam non est manifesta, & plerumque in statu graviditatis contrahitur. Quæ tandem purpura, demum febribus acutis supervenit, ea partim ab excrementis, ob alvum adstrictam diutius retentis, biliosis, & salivalibus, partim etiam ab humoribus effœtis, balsamica sua vi a nimio febrili æstu orbatis, & circa viscera abdominis stagnantibus, & computrescentibus, incunabula sua trahere mihi videtur.

§. XXXI.

Humores quoque lymphatici diurniori mora, & stagnatione summan sæpius acrimoniam causticam contrahunt, quæ in scorbuticis maxime deprehenditur, ubi molestissima procreat symptomata.

Scholion.

Ab hac acrimonia dolores artuum vagi, fixi, destuxiones acres, salsa, erodentes, sitis inexhausta, cholera, diarrhoea, erosiones ventriculi, & intestinorum, & pessimæ exulcerationis species, febres quoque cholericae biliosæ derivari possunt. Mirabile exemplum corrosivi sanguinis redditi, ut ab una guttula vesica in cute excitata fuerit, refert D. Lebenwald in *Miscell. Curios. Dec. 2. Ann. 1. Obser. 107. Semnatus de Consensu, & Dissensu Libr. 1. Cap. 16.* refert, scorbuticum fuisse, cujus sanguis naribus emissus tam acris fuerit, ut linteamina, quibus exceptus fuerit, corrodere. Bonetus in *Medic. Septentr. Part. 2. Libr. 2. Sect. 22. Obser. 2.* urinam scorbutici linteas corrodentem annotavit. Lac corrosivum vidit *Wolfius in Miscell. Naturæ Curiosorum Dec. 2. Ann. 8. Obser. 72.* Plura allegata loca vide in *Dissert. nostra de generatione salium morbosorum.* Est enim tota scorbuticorum natura salifica; nam si excrementa biliosa, sulphureæ alcalinæ indolis, quæ per alylum excludi debent, si saliva tartarea fixioris naturæ, quæ urina

evanescunt, si subtiliora, quæ per cutem transeunt, maxima ex parte remanent insuccis, postea salina ex alimentis salsa, acida, & diversi generis alia admiscentur, non mirum est, pro varia horum unione, intimaque combinatione, eorumque intensa inter se agitatione, diversi generis, & naturæ salia summe acria, & caustica quoque ingenerari.

§. XXXII.

Quum origo impuritatum, sive salinæ, sive sulphureæ sint, primo ad tardiorem sanguinis, & lymphæ progressum, deinde ad obstructions, seu pravum emunctiorum statum, vel defectum excretionum referenda sit, liquidissime constare arbitror, ea remediorum genera depurando sanguini esse accommodatissima, quæ circulationem sanguinis promovent, quæ excretiones per universum corpus liberas, & expeditas efficiunt, & quæ materiam evacuationi idoneam reddunt.

Scholion.

Non ignotum est, quanta in materia medica remediorum silva ad sanguinem purificandum proponatur, dum quædam sal acidum, acre, salsum, vel tartareum invertere, & præcipitare, quædam sulphur peregrinum figere, causticam materiam demulcere, involvere, vel viscidum incidere dicuntur, quum tamen nihil quicquam fere hujus habeant facultatis, neque etiam hariolari licet, quomodo tam extrema medicamenti quantitas universum sanguinem aggredi, atque immediato contactu, quicquid vitiosi ipsi inhæret, corrigeret, vel emendare possit. Sed potius censemus, ipsa suffragante experientia, a pessimæ indolis impuritatibus ibi collectis massam sanguinis, & humorum non rectius, quam per alvinas purgationes, & per diaphoresin moventia, interpositis vicibus, ac diutius usurpata, liberari.

§. XXXIII.

Observationes practicæ docent, foeminas, si mensum defectu laborant, & viros, quibus haemorrhoides confuetæ non bene flouunt, inter alia plura vitia in partibus externis varias exulcerationes, quæ cutim descendant, pustulas, erosiones, & tumores mali moris pati, quæ omnia, ni-

In ordinem sanguinis fluxiones redactæ fuerint, ægre aliis remediis tolluntur.

Scholion.

Hippocrates libr. 6. Epid. Comment. 3. & ad finem libr. de Humorib. utilitatem hæmorrhoidum plenius recenset, ubi dicit, hæmorrhoides non solum solvere melan-cholicos affectus, sed & tuberculæ, pustulas, furunculos, vitiligines, denique omnia, quæ habent melancholicum humorum, aliis humoribus permixtum. Nam certe vero est valde simile, sanguinem, si vel in uteri pampiniformibus, & intortis vasibus, vel in meseraicis quasi incarceratus, & immotus diu persistit, a naturali sua dulci, & gelatinosa indole deflectere, & salsam putridam naturam induere, unde sensim, paulatimque universa sanguinis, & humorum massa a corruptione inficitur. Et tum, si quis, ut bene monet Hippocrates libr. 6. Epid. secl. 7. impurgatus labori se dederit, ulceræ erumpunt; quod etiam fieri solet post omnem validiorem sanguinis, etiam per medicamenta, commotionem. Ita enim sordes salinæ ad partes externas feruntur, quæ aqueis partibus per auctam transpirationem dissipatis aciores redditæ causticam, & catharticam natu-ram exerunt. Ex quo patet, quam salutiferum in omnibus gravioribus cutis vitiis sit, solennes sanguinis vacuationes in ordinem redigere.

§. XXXIV.

Pessima igitur status corporis plethorico-cacochymici est conditio, quippe non modo omnibus morbis tam acutis, quam chronicis patet, sed eos etiam deteriores reddit, atque effectum remediorum, & spem medentium, plerumque eludit.

Scholion.

Si quando morbus epidemius, etiam per se non adeo exitiosus in corpus impurum, & repletum incidit, certe non caret periculo. Vehemens animi commotio, ut terror, ira, mœstitia, lethalem scepis in ejusmodi corpore producit effectum. Frigus paulo acrius admissum mirifice officit, & omne, quod valide commover, remedium, sive sit purgans, sive emeticum, aut mercuriale, vel fortiter sudorem mo-vens, sive balneum præcalidum, in ple-

thorico cacochymicis gravissima concitare mala solet, maxime vero iis infensa sunt medicamenta, quæ adstrictivæ sunt facul-tatis, quæque opium recipiunt. Atrox dolor, & spasasmus, si ejusmodi detinet cor-pora, producit saepè alias ægritudines, quæ funestum habent eventum. Felicem ita-que eum habeo medicum, cui cura ejus-modi corporum non adeo frequenter com-mittitur, parum enim arte sua proficere poterit.

C A P U T I X.

De genuinis corpora a mœbris præservandi præsihiis.

§. I.

Præcognitis sic, atque reclusis veris morboram, qui homines infestant, & vitam præmature tollunt, fontibus, atque originibus, in facili nunc, atque proclivi erit, rationem, atque remedia opportuna invenire, quibus primis morborum initii, eorumque generationi oc-currere possimus, quod præcipuum, & desideratissimum omnium fere hominum votum est.

Scholion.

Profecto nulla pars artis nostræ tam claris, & evidenter nititur principiis, & fundamentis, neque ulla ita in medici po-testate est, quam ea, que constantem, & meliorem valetudinem, ac certam longæ vita spem promittit, utpote, si animi vim, & motum exceperis, morborum initia ex levibus, manifestis, externis, & mere physicis causis paulatim pullulant, increscunt, & vim acquirunt. Quicum-que itaque cum ex observatione, atque ex-perientia diligent, & accurata, tum ex vera, & clara theoria omnium earum re-rum, quibus homo uti solet, salubrem, & insalubrem vim, naturam, ac potesta-tem accurate novit, & quomodo plures causæ invicem juncta ad producendum quendam morbum concursent, intelligit, is certe magno studio, atque cura eo eniti poterit, ut apta remedia inveniat, qui-bus gravissimas ægritudines, & dolorem, & molestias, & tristissimam mortem mi-nan-

nantes, felicissime sub divina gratia avertere possit. Nam sicuti omnium rerum difficultum principiis semper facilius obstat licet, quam ea, quæ læsa, ac vulnerata sunt, redintegrare: ita multo certius, & expeditius est, morbis in principio occurrere, quam si corpus jam a morbis infestatum, vel victum jacet. Tunc profecto difficile, vel prorsus extra potestatem medici est, remedia morborum causis removendis apta invenire.

§. II.

Supra jam satis evictum, & demonstratum est, sub eutonia partium solidarum, & moderato, ac libero humorum círculo, ac sufficientibus excretionibus, & vitam, & sanitatem, atque integratatem corporis, & animi salvam perfidare, atque incolumem, omnisque generis ægritudines in perverso solidorum motu fundari, & ex male ingestis, & excretis oriri. Ex quo utique clarum sit, ac perspicuum, omnem præservandi rationem maxime in eo positam esse, ut ea conquiramus remedia, quæ motum solidorum, & fluidorum æquabilem, & liberum, omnisque excretiones integras, & illæfas conservant.

§. III.

Superioribus locis satis, abundeque ostium est, tardiorum sanguinis progressum per universum corpus, & maxime per viscera abdominis, corpus multis, & valde impuris humoribus replere, & retardatas tam solennes sanguinis, quam eas, quæ fiunt per transpirationem, & alvum, evacuationes morborum epidemiorum, acutorum, & chronicorum, matres esse fœcundissimas. Opera igitur danda est, ut omnibus modis eviteremus ea, & maxime, quæ ad ingesta, & aeris usum pertinent, quæ ullo modo humores augere, eos intemperatos reddere, tardiorum sanguinis progressum facere, & excretiones impedire possunt.

§. IV.

Quam libero sanguinis progressui, & ab eo pendentibus salutaribus excretionibus nihil magis adversum sit, quam sanguinis, & humorum copia, ac crassities, ideo ea inquire, & sibi quam maxime

ab iis cavere non modo sanus, sed maxime etiam natura imbecillis debet.

§. V.

Immodicus, & intemperatus cibus uti morbis amplam materiam, & occasionem præbet: ita modicus, ac temperatus, & vires, & sanitatem optime tuetur, & securissima via est ad vitam sanam, & longam perveniendi.

Scholion.

Ad alimenta intemperata, & noxia, præsertim copiosus si sumantur, omnia dulcia, dura, pinguia, acida, acerba, viscida, & quæ ægre coquuntur, & dissolvuntur, item nimis acris, aromaticæ, calida, & spirituosa pertinent. Quæ bonos vero, & naturæ amicos succos præbent, sunt omnis panis, & carnium, præfertim juniorum animantium, genera, & maxime omnium ova sorbilia. Quæ cuncta, & bonum chylum, & bonum præbent sanguinem, ac nunquam, nisi nimia quantitate, in fano statu nocent.

§. VI.

Homo ordinarius, sive robustus, sive imbecillus sit, plus adsumere solet alimenti, & plus etiam sanguinis generat, quam ipsi ad motum vegetum, & nutritionem necessarium est, & quam natura ferre, subigere, & regere potest. Et quia in ejusmodi nimia succorum redundantia primum destructæ valetudinis fundamentum situm est, hinc nimiam sanguinis, & succorum in venis repletionem, & probe indagare, & inter initia statim removere oportet.

§. VII.

Si quis itaque a nimio adsumto potu, & cibo, & imminuto labore, ac motu corpus grave, & lassum, ad motum ineptum, & venas simul turgidas, atque inflatas sentit: consultum est statim variis remediorum generibus huic plenitudini occurgere, eaque adhibere, quæ eam demandant, ac minuant.

Scholion.

Hoc in numero est, primamque laudem meretur abstinentia, ubi parum, vel nihil adsumit homo in cœna, vel per totum diem; nam nihil æque corpus a mor-

morbis vindicat, quam tempestiva abstinentia. Deinde vietus quedam mutatio est instituenda, & plenus, ac laetus in tenuem vertendus, ideoque ad tempus a carnisbus, & quæ ex genere, ac familia animalium sunt, abstinendum est, & potius cibi ex vegetantibus sumendi, modo ventriculus eos ferre possit, & aqua vel sola, vel dulcis vini, & spirituosi miscela bibend, tum etiam motum, & exercitationem, vel laborem corporis augere oportet. Nam motus prudenter, & cum debita observatione adhibitus omnia alia remedia præservatoria longissime superat, quia non modo circulum sanguinis augendo minuit humores, & transpirationem restituit, sed & crassum sanguinem resolvit, & vires adiicit. Debet autem motio fieri non post, sed ante cibum, & semper peracta concoctione.

§. VIII.

Si quis ejusmodi remedii, quæ minuant humorum copiam, uti detrectet, & nimia vasorum plenitudo, tardiorque sanguinis circuitus præsentia mala minetur, tunc præstat, quantocuyus fieri potest, plethoram solvere, idque optime fit sanguinis missione, quæ statim ejus motum liberiorem restituere incipit, adeo, ut etiam excretiones, sanguine superfluo detrahe, melius, quam antea, succedere observatum fuerit.

Scholion.

Non semel, sed iterum, & aliquoties observavi in corporibus sanguine valde repletis segniorem alvum, cutem aridam, urinæ fluxum parciorem, & imminutum quoque mensium fluxum, ubi mox a sanguine emissio alvus fluidior facta est, fecibus valde biliosis prodeuntibus, ob liberiem jam bilis in hepate separationem, & adfluxum ad intestina factum; urina quoque fuit coloratior, & copiosior, somnus contigit placidior, & corpus post motum liberius sudavit. Neque oblicurum est, sed satis etiam vulgo compertum, secta ante tempus mensium vena liberiem eorum fluxum fieri. Magna itaque sunt illa beneficia, quæ ex venarum incisione prudenter administrata in valetudine hominis redundant. Optimi vero successus indicium ex pulsuum magnitudine, &

Tom. II.

robore a secta vena aucto desumendum est, eo quod magnitudo pulsuum sanguinis progressum, & circulum auctiorem factum significet.

§. IX.

Quam egregium vero ad multos morbos avertendos præsidium est in venæ sectione opportune instituta, tam magnam quoque vim nocendi habet eadem, improvide, ac inconsiderate administrata. Plures læpe noxas sanguinis detractionem excipientes animadvertis, dum quidam in magnam corporis lassitudinem, & gravitatem inciderunt, somno facto inquieto, atque a sumto cibo male se, & anxie haberont, alii in gravedines cum febricula quadam inciderunt. Quidam rheumatismos, sive acerbos, & pertinaces dolores in artibus passi sunt, quidam lentas febres inde sibi contraxerunt, quod maxime obtinet in corporibus spongiosis habitus, quæ venis tenuibus, & angustis referta sunt, & ubi non, tam ex nimia sanguinis plenitudine, quam ex defectu virium in partibus solidis humorum tardior est progressio. Deinde si autumno, vel vere cœlum diu humidum, & frigidum regnat, idque post venam sectam incidit, vel etiam si cibi non concoctu facile adsumuntur. Cohibita enim hac ratione transpiratio longe pejorem statum corpori, quam antea fuit, infert, & facilis fit ad febres, vel etiam defluxiones dispositio.

§. X.

Tutissime venæ sectio instituitur circa exitum Februarii, & medio Septembri, si tempestas est constans, non adeo mutabilis, sique tempus serenum, & venti orientales dominantur. Deinde, si corpus probe ab aere frigido, & humido defenditur, & cibi concoctu faciles, & alimenta, quæ transpirationem juvant, adsumuntur. Tertio, si minor semper quantitas e corpore spongioso, quam e macilento vasis copiosioribus instructo, extrahitur.

Scholion.

Duo utique mittendi sanguinis præcipua capita veluti scopi sunt, vasorum magnitudo, & turgescens, viriumque robur. Nam ubi hæc adsunt, confidenter sanguinem

P nem

nem detrahere licet. Neque hic ætas senilis obstat; nam firmis tenibus sanguis, tam præservandi, quam curandi fine utiliter, & bono successu mittitur. Ubi vero vires sunt subfirmae, licet ætas sit juvenilis, appetentia, & concoctio minuta, præstat tam in cura, quam in præservatione a venæ sectione abstinere, præsertim in molli, & raro corpore. Et sanguinis quoque emittendi quantitas ex plenitudine vasorum, viriumque constantia a medico, sine cuius consilio nunquam magnum illud auxiliū genus tentandum est, determinanda erit. Medicus enim si unquam, certe hic consulendus est, ut vires, & habitum ægri spelet, & secundum horum proportionem mittendi sanguinis quantitatem determinet: nam certe, quam expeditum venæ sectionis remedium est ad juvandum, tam promptum quoque est ad nocendum, si quis eo non recte utatur.

§. XI.

Consultius est, ubi corpus molle, & rarum sanguine, ac succis turget, ac rubieundum est, non adeo magnam vasorum inanitionem per languinis missionem moliri, sed partem ejus, & uncias aliquot saltem extrahere, & reliquum, quod est in vasissuperfluum, abstinentia, frictione, motu, vacuatione per alvum, balneis, maxime omnium vero aquarum salubrium usu consumere, & discutere.

Scholion.

Nunquam salutarem reperi nimiam va-
forum depletionem in corpore spongioso,
& raro; transpiratio enim facile lœditur,
& crescit humorum impuritas. Tuttissi-
mum vero est, præsertim si plethora cum
cacochyria urget, portionem saltem san-
guinis detrahere, unde ab onere, quasi
levata natura, corporis rectrix, facilius
postea, quod reliquum est materiae vitio-
se, vincere, concoquere, & quod alienum
est, excernere potest; tum etiam re-
mediorum operationes semper felicius suc-
cedunt, & maxime aquæ salubres facilius
perelemuntia transeunt.

§. XII.

Cum supra clarius demonstratum sit,

morborum plurimorum causas, & somites maxime primis in viis, hoc est, in canale intestinorum, & præcipue in duodeno, vel etiam coli flexuris, stabulari, præcipue omnium videndum est, si ab hisce morbis nobis cavere velimus, ut hæc regio pura maneat, & nunquam colluvie, ac sentina vitiosorum humorum repleatur, quod fit, si intemperatos, & nimios cibos fugiamus, & alvum satis fluidam, ac mollem conservemus, eaque maxime evitemus, quæ tonum ventriculi, & intestinorum destruunt, alvumque adstringunt; maximum enim præsidium adversus morbos a corpore arcendos in excretione intestinali recte se habente latitat. Praestat vero semper alvum servare aper- tam alimentis, quam medicamentis purgantibus, & acrioribus stimulantibus, quæ nunquam non vim inferunt subtilissimæ, & valde sensibili texturæ intestinum tunicarum.

Scholion.

Cavendum maximopere est a purgantibus, neque ad laxantia facile fennata, rhabarbarina, mannata transendum, si alimentis id fieri potest. Præterea in salibus neutrīs, si quis iis recte uti sciat, magna latitat virtus ad promovendas excretiones alvinas, sine ullo virium, vel digestionis detrimento, uti id clarissime apparet ex thermarum, & acidularum salubri usu, qui nonnisi salibus neutrīs inibi contentis, & insigni aquarum ponderi, ac copiæ adscribendus est. Ejusmodi quoque salibus neutrīs, quæ multum convenient cum iis, quæ aquis medicinalibus insunt, utimur optimo fructu, & successu, si alvus muneris sui obliviiscitur.

§. XIII.

Cibi nimis duri, acidi, adstringentis fa-
cultatis, item lacticinia, opera pistoria,
ex potulentis cerevisia seculentæ, valde
frigide potionis, ex medicamentis omnia
adstringentia, opata, purgantia intestinorum motum, & tonum naturalem mi-
rifice pervertunt, ac turbant; igitur omni
opera, studio, & cura, si integrum
servare velimus valetudinem, iis abstine-
re convenit.

§. XIV.

§. XIV.

Et quia ad cruditates pessimæ indolis acidæ ingenerandas primæ viæ admodum accommodatæ sunt, omnesque fere cibi diutius iis inhærentes coacescere incipiunt, illæ vero, & solidis, & fluidis partibus, & excretionibus valde sunt inimicæ; prudenter, ne cruditates acidæ invalefcant, providendum est.

Scholion.

Non modo in melancholicis, & hypochondriacis, & in sceminiis, ubi menses deficiunt, ubi alvus durior, & stricior est, ubi vita sine motu agitur, acidorum succorum saburra in ventriculo, ac primis intestinis stabulatur, sed etiam in senibus, & ubi ventriculus est infirmus, & obalimenta, quæ multum acidi in recessu habent, illa colligitur. Magnum itaque sanitatis conservanda momentum in eo situm esse, quisque sibi persuadeat, ut anima quantitate esculentorum, & potulentorum, quæ acidum fovent, ut sunt fere omnis generis vina, exceptis Hungaricis, fructus horæi, qui eminentis saporis acidi, sibi temperare dicit. Vinum magis inter alimenta medicamentosa, quam nutritientia locum invenire, adeoque, nisi cum aqua temperetur, ordinario plus nocere, quam prodesse, firmiter credendum est. Deinde quoque viðorum est ingens differentia. Quædam citius per alvum, per urinam, & alia excretoria transmittuntur, nec diu morantur in ventriculo, & venis, & horum liberalior etiam potio non tam nociva est, quam ubi diutius in ventriculo, vel venis retinentur, & quæ vel nimiam sanguinis, & humorum turgescientiam, vel acidos corrodentes humores in primis viis producunt. Magna itaque cum cautione vino utendum est, ne plus detrimenti, quam emolumenti valedudini inferamus. Si indicium est ingentis acidorum succorum abundantia in ventriculo, subtiliora alcalina, ut sunt maxime cancrorum lapides, cum oleo tartari per deliquum imbibiti, addita una, vel altera guttula anisi, vel olei de cedro, egegium faciunt officium. Cæterum pilulæ amarae balsamicæ, secundum Becheri, & methodum nostram paratae, & singulis

mensibus bis, vel ter usurpatæ, salibus aperitivis altero mane interpositis, primam regionem a copiosis fodiibus, præser-tim acidis, egregie deplent, & liberant.

§. XV.

Retentas in sanguine, & humoribus ob-prohibitam traspirationem excrementitias salino-sulphureas feculentias graves, maxime acutas, & periculi plenas passiones, imo populariter grassantes ingenerare, certissimum est. Ut itaque corpus ab iis liberum maneat, maxime id agendum est, ut per cutem perspiratio libera, integra, salva maneat. Quem in finem probe illud ab omni frigore humido, ventisque ejus naturæ, custodire oportet, & nunquam illud fortiter calefactum, sive ab aeris æstu, a morbo, animi affectu, aut a vehementiori motu, vel potu spirituolo, frigidori, & humidiori atmosphæræ, mane ante solis ortum, vel vesperi post ejus occasum, objicere. Vitandæ quoque sunt habitatio-nes in locis humilioribus, quæ venti non perspirant, & ubi aer conclusus, & vapidus est, multo minus vero in his somnus capiendus est, fugienda quoque est ignavia, laboris intermissione, & nimius somnus, item terror, & mœstitia, quæ omnia transpirationem mirifice retardant, & somites morbosos ingenerant.

Scholion.

Ad corporis per liberum transpiratum purgationem nihil præstantius est convenienti motu, & exercitatione corporis, quæ omnia alia antidota, & remedia ad-versus morbos præservatoria longissime exuperant. Verissima enim sunt, quæ scribit Celsus Libr. I. Cap. I. Ignavia corpus hebetat, labor firmat, illa maturam senectutem, hic vero longam adolescentiam reddit. Motus vero remedium etiam caute est adhibendum, siquidem corpore cibis repleto, & alvo adstricta plus nocet, quam prodest; concoctione vero absoluta, mane post sufficientem somnum, vel quinque aut sex horis a prandio, instituenda est, & primo lenis, ac temperata, postea fortior, ut corpus calidum, & madidum sit, idque in aere temperato, & sereno, & post potionem aquæ calidæ, in qua balla-

mica herba infusa fuit, ita enim majorem utilitatem adferet.

§. XVI.

Quia vero ob mutationem aeris, & tempore statum multi morbi infestare consue-
funt: prudentis medici est, eos per con-
venientia auxilia, & consilia avertere.
Qua in re nos cum Celsus Lib. I. Cap. 10. hæc
principimus: *Tum vitare debet homo fati-
gationem, eruditatem, frigus, calorem,
libidinem, multoque magis se continere.*
*Si quo gravitas est in corpore, tum neque
mano surgendum, neque pedibus nudis am-
bulandum est, neque movenda alvis, at-
que etiam, si per se mota est, comprimen-
da est.*

Scholion.

Eorum si rationem, quæ Celsus gravi-
bus anni temporibus in præsenti loco pro-
hibet, intueamur, vix alia occurrit, quam
quod hæc omnia, quæ vires, & robur
corporis suffurantur, ut est fatigatio, cru-
ditas, libido, vigilia immoderata, &
quæ transpirationem impediendo fortes
excrementitas accumulant, ut frigus,
ambulatio pedibus nudis, vomitus, purga-
tio, omni studio, & cura evitari de-
beant. Commendat vero abstinentiam,
& eibum semel de die adsumendum, &
modo aqua, modovinum bibendum, quia
hoc modo evitantur cruditates, & transpi-
ratio opportune promovetur.

§. XVII.

Cum indubia sit experientia foemina-
rum sanitatem a sanguinis per uterum fin-
gulis mensibus fluxu, & plurimorum viro-
rum valetudinem a fluxus hemorrhoida-
lis ratione, & modo decente dependere,
iisque inordinatis, utrumque sexum gravi-
ter luere; omni cura, ac studio maxime
providendum est, ut hi fluxus salvi sint,
& ordinem, ac tempus servent, neque de-
ficiant, vel impediantur.

§. XVIII.

Ut solennes, & salutares sanguinis va-
guationes in ordine conserventur, opus est,
ut accuratam diætam servent homines,
præsertim circa imminentis fluxionis tem-
pus. Quare maxime iis abstineant, quæ
motum hunc naturæ ad excretiones ten-
denter turbare possunt.

Scholion.

Caveant sibi maxime hemorrhoidarii,
& foeminae circa tempus mensum ab omni
aeri, & humido admisso frigore, ab om-
nibus induratis, concoctu difficultioribus,
acidis, fructibus horæis, fermentescibili-
bus, inflantibus cibis, lacticiniis, potu
frigido, ab omni gravi animi commotio-
ne, præsertim terrore, & mortalia. No-
cet etiam nimia quies corporis, & somnus
longior. Officiunt quoque sanguinis deri-
vatoriaæ evacuationes, v. g. in brachio in-
stitutæ, & omnes validæ medicinæ, item
nimis spirituosæ, sed præstat alvum blan-
de balsamicis pilulis aperire, corpus mo-
derate mouere, & potu magis calido,
quam frigido uti; pedes vero, & extre-
mas partes a frigore bene defendere, &
sanguinis cursum liberiorem pediluvii ef-
ficere.

§. XIX.

Cum in motibus vitalibus, qui corpo-
ris nostri conservationi velificantur, inte-
gris, & salvis servandis iusta portio vi-
rium, in quibus vis rectrix, & motrix to-
tius naturæ consistit, omnes fere partes
impleat, viriumque imbecillitas omnibus
morbis, & periculis obnoxia sit, conni-
tendum utique omni opera, ac studio est,
ut illæ foveantur, & firmæ permaneant,
quia non modo secundæ, sed & adversæ
valetudinis præsidia a Celsi Libr. I. Cap. I.
rectissime dicuntur.

Scholion.

Si vires constant, & firmæ sunt, ven-
triculus bene appetit, digerit, & egerit,
circutus sanguinis liber est, nullæ sunt
obstructiones, nullæ motus sanguinis re-
tardationes, vel humorum stagnationes,
sed excretiones recte se habent, & tunc in-
fensa semper plethora, & cacochymia mi-
nime gignitur.

§. XX.

Quemadmodum vires corporis animus
hilaris, & desideriis ac affectibus vacuus,
usus aeris puri, sereni & temperati, cibus
modicus, & concoctu facilis, & motus
proportionatus egregie tacentur, erigunt,
ac resuscitant: ita nihil est, quod virum
substantiam magis exhaustat, & cor-
pus imbecillum funestis morbis objicit,
quam.

quam intemperantia affectuum , angor , incepsititia , nimia animi intentio , & fatigatio , frequentissima venus , aer humidus , & vappidus , crebra coeli mutatio , fames , incongruus cibus , assidua vigilia , dolor , morbus , & nimius labor .

§. XXI.

Ad vires debiles erigendas , præsertim in imbecillibus , & senibus , præter jam dicta , & vinum optimæ notæ , succurrendum etiam est interdum medicamentis roborantibus , quæ fibrarum languidos motus resuscitant ; quo in numero sunt ea , quæ blando , balsamico , suavi oleo , & resina pollent , & quæ ambra , succinum ,

balsamum Peruvianum ; vel olea vera digesta aromatica ingrediuntur . Ex compositis vero ego semper optimo successu sal volatile oleosum , ad mentem Sylvii compositum , balsamum nostrum liquidum sic dictum vitale , elixir nostrum balsamicum , commendare soleo , ut roborandi causa bis , vel ter in septimana , mane in potu calido , vel vesperi in frigido , sumantur . In quibus certe remediiorum generibus , si dextre sint præparata , & etiam cum moderatione adplicantur , magna præsidia valetudinis , & ut quis le diu a morbis immunem præstet , delitescunt .

F I N I S.

C O N S P E C T U S

Tomi Secundi Medicinæ Rationalis Systematicæ.

P R O L E G O M E N A

D e veræ Pathologiæ natura, ejus fundamentis, observationum medicarum usu, & hypothesium noxa.

- | | |
|--|--------|
| Cap. I. <i>De vera Pathologiæ medicæ natura, definitione, ac fundamentis.</i> | pag. 7 |
| II. <i>De hypothesium Medicarum in arte nostra damno.</i> | 12 |
| III. <i>De veritatibus Pathologiæ fundamentalibus ex physiologia repetendis.</i> | 19 |

PHILOSOPHIÆ CORPORIS HUMANI

Morbos, sive Pathologiæ generalis

P A R S P R I M A.

**D e Mortis, morborum, & motuum morbosorum natura,
Legibus in producendis morbis, ac symptomatibus,
& causis morborum.**

- | | |
|---|---------|
| Cap. I. <i>De Mortis natura, & causis.</i> | pag. 27 |
| II. <i>De Morborum, & symptomatum natura.</i> | 32 |
| III. <i>De Motuum microcosmicorum legibus, & effectibus in producendis morbis,
& symptomatibus.</i> | 37 |
| IV. <i>De Morborum, & motuum morbosorum causis.</i> | 47 |
| V. <i>De Causarum morbificarum sede, & operatione.</i> | 58 |
| VI. <i>De differente morborum ratione, causarum indole, atque effectu.</i> | 63 |

P A R S I I.

De rerum nocentium, & insalubrium natura, proprietatibus, & viribus in corpus humanum, item de omnibus iis, quæ ullo corpora modo ad morbos proclivia reddunt.

CAP. I.	De rerum insalubrium, & nocentium natura, & viribus, speciatim de affectibus animi.	pag. 76
II.	De venenis, eorumque natura, viribus, & modo agendi.	88
III.	De venenis corporis humani.	100
IV.	De venenis in aere contentis epidemiorum morborum causis.	110
V.	De medicamentis veneni vim habentibus.	119
VI.	De virulenta mercurialium noxa, ceu gravium malorum causa.	129
VII.	De venenis soporiferis.	135
VIII.	De ceteris medicamentis virulentam naturam referentibus.	141
IX.	De rebus venenatis in aere, interque esculenta, & potulenta reperiundis.	
X.	De frigido potu, vita & sanitati hominum inimicissimo.	154
XI.	De rebus non venenatis, sed instar veneni in corpus humanum agentibus.	158

P A R S I I I.

De morborum ortu, ac generatione ex imbecillitate corporis humani, vitio ingestorum, impeditis excretionibus, sanguinisque, & humorum abundantia, atque impuritate, itemque de iisdem, & præmatura morte præcavendis.

CAP. I.	De corporum imbecillitate morbis potissimum obnoxia.	pag. 164
II.	De Morborum origine ex copia, & vitio ingestorum.	175
III.	De alimentis intemperatis, ingentique acidorum noxa.	184
IV.	De noxa potus spirituosi, vel nimis pauci.	191
V.	De excretionum defœtu, præcipuo morborum fundamento.	195
VI.	De pernicii earum rerum, quæ excretiones cohibent, indole atque effectu.	201
VII.	De morborum maxime epidemiorum origine ex aeris vitio, & transpiracione impedita.	206
VIII.	De morborum generatione ex nimia sanguinis quantitate, & humorum impuritate.	214
IX.	De genuinis corpora a morbis præservandi præsidis.	223

INDEX.

- A** *Bortus a terrore proereatus* 82
Abcessus uteri unde, 33. a fortioribus
 emeticis coorti, 39. ex morbillis & vario-
 lis 36
Absorbentium efficacia in avertendis morbis
 chronicis 189
Acaciae fructus adstringunt alvum 201
Acetum antidotis annumeratur, 98. alvum
 adstringit, 201. vini optimum alexiphar-
 macum, 104. polysarkia laborantibus
 commendatur 186
Acicula deglutita quæ mala genuerit 161
Acida arcendis miasmatibus aptissima, 104.
 cur inimica corpori humano, 72. quibus
 noceant & cur 60
Acidula non semper curant malum hypo-
chondriacum, 17. sceminiis commendantur,
 172
Aconitum venenatæ est naturæ. 814
Adolescentia quibus morbis exposita 69
Adstringentia interna retropellendi pollent
 facultate, 109. eorum indeles & effectus in
 genere, 201. quatenus adjuvent excretio-
 nes, ibid. fortiora naturæ inimicissima,
 202. adeoque caute adhibenda 203
Aer magna pollet vi ad immutandum corpo-
oris habitum, 22. duplex necessarius ad
 vitam & sanitatem, 207. multa continet
 corpori humano infensa, 110. nocivis exha-
 lationibus quandoque scater, 115. in omnibus
 animantium succis reperitur, 207. per
 quas vias se corpori humano insinuet, 117.
 quomodo in sanguinem venire possit, 207.
 valde frigidus & humidus cur noxius, 77.
Vespertinus & nocturnus nocet, 116. uni-
 versale menstruum 147
Aeris natura, 146. natvram & vires nosse de-
 bet medicus, 25. cur tanta ad vitam ani-
 mantium conservandam sit necessitas, 22.
sepentina mutatio corporis inimica, 72.
vis in corpus humanum 25. 206
Etas quos proferat morbos 211
Affictus animi sunt cause morborum proxime,
 52. æque nocent, ac venena, & cur,
 78. cur eos gravia symptomata comitentur
 26. retropellendi facultate pollent 109
Allium remedium contra dysenteriam, 153.
 ex lacte coctum remedium contra vermes,
 159
Alimenta, cur homini tantopere necessaria
 177
Alimentorum naturam nosse debet medicus,
 25. sufficiens quantitas, cur requiritur
 176. vicia quos generent morbos 175
Alephanginarum pillul. insignis ulus 126
Alors. virtutes 123
Alvi adfrictio a dolore dentium, 42. ex
 difficulti dentitione, 160. a potu frigido,
 155. a terrore oriunda, 32. incomoda
 capiti, 204. dejectio cur turbetur a
 diurunis meditationibus, 26. fluxus a
 vermis, 159. temere suppressus que
 parat incommoda, 204. justa successio
 multum confert ad tuendam valetudinem,
 24. suppressio plurium morborum
 matrix 102
Amygdale amaræ volucribus & canibus ve-
 nenatæ 93
Amygdalarum dulcium oleum certissimum
 contra venena auxiliua 99
Anasarca a portione frigida 156
Anatomæ peritia medico necessaria 12
Anima perpetam a veteribus omnium mo-
 tuum causa venditata, 11. 21. rationis &
 consilii particeps non est, constituendum
 principium medicinae, 16. sed est com-
 mentum 14
Animalia viva discissa imponenda morsis a
cane rabido 99
Anodynæ, vide soporifera & stupefactiva :
 mitiora 126
Anorexia ex nimia aquarum ardentium po-
 latione 192
Aniselmithiae num tantum circa novilu-
 nium porrigi debeant 159
Antidorum universale veterum 98
Antimonii vitri vis mortifera 92
Anni humidi & pluviosi valde insalubres,
 112. tempora peculiares gignant mor-
 bos 57
Anniversarii morbi 67
Aphonia unde, 74. a vermis genita,
 159
Apoplexia cur non adeo frequens, 72. pue-
 ris rario, ibid. a terrore oriunda, 32. cur
 præsentissimæ mortis causa, 29. ex co-
 piösius sumpta aqua Matthioli, 193. ex
 pathematibus animi, 68. nonnunquam
 hæreditaria, 68. quandoque mercuria-
 lium progenies, 132. sanguinea & spasmatica
 unde, 38. ab ira vehementiore
 producta, 81. selenum unde 169

<i>Apostematum generatio-</i>	38	<i>Balnea</i> commendantur veneno tactis	98
<i>Appetitus dejectio periculosa</i>	177	in morbis contagiosis, praesertim chro-	
<i>Aqua medicina universalis</i>	189	niciis, 106. calculo laborantibus, 161. fri-	
<i>Aque stagnantes & putrescentes noxia evi-</i>		gida perspirationem cohident	202
<i>brant effluvia. 110. cur acrimoniam in-</i>		<i>Balsamica</i> arcendis contagiis inserviant,	118
<i>generant plantis. 114. paludosæ levil-</i>		<i>Balsamicorum</i> bene temperatorum utilitas,	
<i>timæ. 115. ardentium abusus quam no-</i>		56	
<i>xius</i>	191	<i>Bezoardicus</i> pulvis in principio pestis com-	
<i>Arcana adversus morbos specifica non dan-</i>		mendatur	104
<i>tur</i>	17	<i>Bilis</i> quibus corrigatur remediis, 80. atra	
<i>Argentum vivum</i> olim annumeratum vene-		unde ortum trahat	186
<i>nis. 91. nullam exerit in corpus opera-</i>		<i>Bistortæ</i> radix alvum adstringit	202
<i>tionem, nisi solutum, 130. ex quo veri</i>		<i>Boli</i> alvum adstringunt	202
<i>veneni naturam induit, ib. ut ex com-</i>		<i>Brassica crispa</i> , <i>Braunkohl</i> , cur nonnun-	
<i>mibus veneni notis patet, 131. gland-</i>		quam inficiat	153
<i>ulas faucium afficit, & salivalem laticem-</i>		<i>Bruta</i> cur minus frequenter ægrotent,	
<i>copiose ex iis dicit, ibid. cur tam vehe-</i>		quam homines	62
<i>mentem producat in corpore humano ef-</i>		<i>Bubones</i> venciei retrogradi	74
<i>fectum</i>	133	<i>Cachectici</i> sibi caveant a frigore	212
<i>Arsenice</i> veteribus incognita, 91. ipsorum		<i>Cachexia</i> unde, 204. apud senes, 169. & veru-	
<i>patria</i>	ib.	las, 171 ex insano amore, 87. ex potione	
<i>Arsenicalis</i> aqua infamatum venenum	93	frigida, 156. non juvatur natura, sed sola	
<i>Arsenicum album</i> veneum fortissimum,		arte curatur, 24. cur senibus magis fami-	
92. cum butyro capiti illitum funesta		liaris quam juveuibus, 45. scorbutica ubi	
peperit symptomata.	95	insanabilis, 69. ubi residat	41
<i>Arthritidis</i> caussæ & incunabula, 53. 67.		<i>Cachochymie</i> generatio	35
204. ab acidis, 187. haud repente repre-		<i>Cachochymici</i> sibi caveant a frigore,	
menda	206	pluribus morbis patent	77
<i>Arthritis</i> benigna quomodo fiat maligna,		<i>Caffea infusæ</i> usus frequentior feminis dis-	
65. quandoque anniversaria	67	suadetur	96
<i>Ascitis</i> ortus	42	<i>Calcis</i> vivæ vapor quænam accersat sym-	
<i>Asthmatum spasmodicorum</i> sedes, 38. ex		ptomata	149
potione frigida, 157. spasmodicum cur-		<i>Calculi</i> moventur a frigore, 212. nascuntur	
rarius.	72	ab acidis, 187. <i>Helvetiæ</i> & <i>Batavis</i> fami-	
<i>Astigmatum</i> incunabula,	38. 41. 73	liares	ib.
<i>Atria</i> quid, 35. quotuplex, ib. multorum		<i>Calculi</i> dolor cur vomitiones pariat,	43
morborum caufa, ibid. glandularum,		in cystide generantur ab ira, 80. ob in-	
quos edat effectus, 42. solidorum turbat		vadentem mœstiam fævissima concitant	
functiones, 41. quæ spasmos excipit plu-		symptomata, 85. quibus remedis ejiciendi	160
rium phænomenorum causa	44	<i>Calculosæ</i> concretiones unde	41
<i>Auditus</i> gravitas apud senes unde	169	<i>Calculus</i> renum facile recurrit, 179. invente-	
<i>Auripigmentum</i> veteribus arsenicum di-		ratus insanabilis, 69. prime senectæ fami-	
ctum, 91. sed pessime pro veneno veni-		liaris, ib. vesicæ in senibus provectionibus	
ditur, ib. non confundendum cum ar-		insanabilis, ib. cur rarior	72
senico citrino	ib.	<i>Calidiora</i> morbum benignum in malignum	
ex <i>Auro</i> parata remedia corrosiva non omni-		convertere possunt	109
vacant noxa.	144	<i>Cancer</i> exulceratus cur tam facile perimat,	
<i>Aurum</i> fulminans cur tutius in pilularum,		59. est insanabilis	69
quam pulveris, forma exhibeat, 144		<i>Candele</i> sebaceæ extinctæ exhalatio quam	
salibus solutum veneni naturam induit,		gravis	149
143. infantibus quando perniciosum,		<i>Canes</i> Bononienses, qui minimæ statuæ	
144		permanent	186
<i>Autocratia</i> naturæ non nimis extendenda		<i>Cantharidum</i> natura & indoles venenosæ	
in medendo.	18	141.	
<i>Autumnus</i> cur adeo morbos;	211		
Tom. II.		E. 5.	Cagi-

- Capitis dolores infantili ætati familiares* 167
Carbones fossiles acrem purgant 118
Carbonum exhalationes maxime noxiæ,
 147. lethiferos producunt effectus, 148.
præserim coarctatæ ib.
Cardialgia generatio. 53. sedes ib.
Cardialgia a frigida potione, 155. a vermis
 159. ab acidis 187
Carnes animalium ex morbo mortuorum
 aliquid virulentæ continent 152
Camphora alexipharmacis accensetur 106
Castoreum non semper est antihystericum 17
Caffrensum morborum causæ 115
Cataplasmata externa retropellendi pollut
 facultate 109
Catarrahes febres unde, 51. nonnunquam
 anniversariæ, 68. cur maxime generen-
 tur tempore verno 210
Catarribi unde, 38. a terrore, 82. cur fre-
 quentiores, 71. suffocativi unde, 74. æ-
 tati infantili familiares, 168. veterinarum
 unde 171
Causarum metaphysicarum usus nullus in
 pathologia, 48. morbificarum ordines
 non confundendi 51
Cephalalgia ortus, 53. adolescentibus fami-
 liares, 69. cur frequentiores, 71. periodi-
 cæ unde, 72. procreatio a vermis 159
Cerebri cum reliquis corporis partibus mira
 est consensio, 26. tunicis quænam in-
 festa 139
Cerevisia inebriativa insalubris, 195. triticea
 noxia infirmis 186
Cerevisæ tenuis liberalior potus commen-
 datur mulieribus 172
Cerussa venenatæ est naturæ 146
Charlottenburgum febribus obnoxium 111
Chine cortex cur sit efficax antipyreticum
 45. non tamen infallibile, 18. alvum
 adstringit 202
Cholerici in quos morbos facile incident,
 171. cur doloribus acerbioribus magis
 sint expositi 62
Chronici morbi non juvantur natura, 18.
 quomodo curandi 200
Chronicarum passionum fundamentum, 25.
 35
Chyli natura 162
Cibi abstinentia in dolore graviori utilissi-
 ma. 163. corrupti & alieni cur noxiæ, 185.
 famendi in aere puro sereno 207
Ciborum nimetas sanitati inimica, 177. non
 tamen æque nocet robustis ac imbecil-
 libus 177
- Cibus non assumendus in locis contagio*
 infectis, 103. paucior alvum adstringit
 201
Cicuta exterioris incaute usurpata pernicia-
 lia concitat symptomata, 95 quo pa-
 sto vim suam funestam exerceat, 94.
 terrestris cocta furem parit. 97. ejus
 natura venenosa 92
Circulus sanguinis inæqualis in quo con-
 consistat 37
Citri succus optimum alexipharmacum 103
Clystères emollientes commendantur calcu-
 lo laborantibus 161
Cobalti nativi vis venenosa 91
Cocculi piscibus mortiferi 93
Cogitationes profundæ corpori nocent 86
Coitus post gravem affectum non celebran-
 dus 90
Cholchicum venenatæ est naturæ 114
Cholica unde, 34. ejus sedes primaria, 35.
 a frigida potione, 155. flatulenta primæ
 senectæ familiaris, 69. spasmodica inter-
 dum ex tertiana intermittente oritur, 34.
 serum unde dependeat 168
Colocynthiacorum virtus 123
Colocynthis cocta vim purgativam perdit
 122
Cor piscis in aqua calida motu privatum
 frigidæ injectum reviviscit 21
Cerdis laesio cur lethalis, 28. palpitatio ex
 polypo insanabilis, 69. tremorum &
 palpitationum sedes 61
Corpora cur æstate minoris ponderis quam
 hieme, 209. imbecilliora gravius a cau-
 sis nocentibus afficiuntur 59
Corporis humani natura salium genitrix,
 132. mirabilis œconomia, 175. habitus
 laxus & spongiosus multum facit ad
 morbos 70
Corporum naturæ medico debent esse co-
 gnitæ, 175. differentia, 164. maximi
 momenti in arte medica, 165. virilium
 crisis. 199
Coryze cui frequentiores, 71. adolescen-
 tibus & infantibus familiares, 69. unde
 dependant apud senes 169
Crinonum generatio unde derivanda 118
Crocus metallorum venesi naturam æmu-
 latur 119
Cruxum inflatio & tumor in gravidis un-
 de 42
Crusta lactea unde dependeat, 69. 168. æ-
 tati infantili familiaris, retrograda 59
Cure anxæ eur turbent egestionem alvi-
 nam, 168. senibus noxiæ 45

Cutis

<i>Curtis</i> vitia unde ortum habent, 42. universi corporis emunctiorum,	196	<i>Elychnii</i> extincti fumus quam noxius	149
<i>Cynoglossæ</i> pill caute adhibendæ.	138	<i>Emetica</i> veneni naturam imitantur, 119. perperam e foto medico eliminantur, 18. contra venena stupefactiva remedia, 99. locum non habent in affectibus periodicis, 34. & retrogradis, ibid. in principio pestis commendantur, 104. ubi viranda, 121. in affectiōnibus ab ira productis	78
<i>Daturæ</i> Indicæ semen cuius indolis,	49. 92.	<i>Emplastræ</i> constringentia retropellendi facultate pollente	109
quæ gignat symptomata,	96	<i>Empyemata</i> pulmonum ex pleuritide quandoque oriuntur	36
<i>Dejetio</i> nigra, scordida, per alvum unde proveniat	41	<i>Endemæ</i> morbi quinam, 65. unde oriuntur, 112. quo pacto avertendi ab urbibus	117
<i>Deliria</i> cur ex laſione nervi orientur,	153	<i>Equiforum</i> palustre venenata naturæ	114
<i>Delirium</i> a vermis excitatum, 159. ex dentium dolore, 161. ex acicula deglutita, ibid.		<i>Epilepsia</i> incunabula 62. subjectum 61. cur non adeo frequenter in brutis	63
<i>Dentes</i> cur nigredinem contrahant a dulcibus,	191	<i>Epilepsia</i> ex animi pathematis oriantur	71
<i>Dentitio</i> difficultis, quæ pariat symptomata,		<i>Epidemiorum</i> morborum causæ, 110. diversissimus habitus unde, 114. historię accuratius annotandæ medicis	214
160. cur epilepsiam quandoque excitet, 18. spuria, remedia contra eam,	161.	<i>Epilepsia</i> a calculis, 160. a dolore dentium, ib. a terrore oriunda, 82. a vermis, 159. infantili etati familiaris, 168. symptomatica & idiopathica, 66. cur ex nervi laſione orientur, 26. cur facile recurrat, 173. non indistincte curatur lumbricis terrestribus, 17. nonnunquam mercurialium progenies, 132. in adultioribus periculosior quam infantibus 69. nonnunquam hereditaria, 68. quæ incurabilis, 172. senibus rarior, 72. cur maxime generetur tempore verno	210
<i>Diarrhoeæ</i> incunabula 42. 55. 74. nonnunquam anniversaria,	67	<i>Erdentopf</i> cum pane comedunt quemam producat symptomata	150
<i>Diaphoretica</i> fixiora porrígenda in morbis incognitis 75. morbos contagiosos in prima herba tollunt,	106	<i>Eructationes</i> ab acidis	136
<i>Digestio</i> prava quos morbos generet,	71	<i>Erysipelas</i> intro versum lethale, 74. iram quandoque subsequitur, 80. haud repente reprimendum	206
<i>Disectionum</i> utilitas,	55	<i>Erysipela</i> retrograda, 74. salutariter per iram excitata, 79. gravidarum unde deducenda, 171. periodica capitis unde	73
<i>Dolores</i> atroces gravium morborum causæ,		<i>Esculentæ</i> veneni naturam iaduentia, 150. veneno sa	149
161. gravativi unde, 38. alvum & vias ordinarias constringunt,	202	<i>Esnula</i> cocta vim purgativam perdit	122
<i>Doloris</i> sistendi scopi,	140	<i>Exanthemata</i> unde, 53. cepula a terrore	82
<i>Dolorum</i> effectus veneni effectibus non absimiles,	162	<i>Excrementatione</i> non evacuata fiunt venena	108
<i>Dubitatio</i> medico precipue commendanda, 19		<i>Excresiones</i> & quales debent esse ingestionibus 24. cur sine iis homo vivere non possit, ibid. diminutæ ante omnia restituendæ, 200. quomodo ciendæ in corporibus tum malignantioribus, tum spongiosis, ibid. prudenter moderandæ a medico, 199. suppressæ plurium morborum causæ 56. iite peractæ non unica vitæ ac sanitatis causa sunt, 15 iis vigentibus totum virget corpus	
<i>Dulcia</i> cum acidis sumpta fiunt noxia, 186. multum nutritiunt, 190. lympham corrumpunt, ibid. stomacho infirmo aliena, ibid. jejuno ventriculo haud sumenda, ibid. cur morbos exasperent,	ibid.	<i>Exha-</i>	
<i>Duodenum</i> plurimorum morborum sedes, ejus flexura febrium fons & origo,	ibid.		
<i>Dysenterie</i> incunabula,	ibid.		
<i>Dysenteria</i> maligna quo pacto facilissime juguletur, 104. cur contagiosa sit naturæ, 105. epidemia proles toris corrosivi, 116. non indistincte curatur pecacuanha, 17. non sine periculo adstringentibus fistulatur, 204. quo pacto caute curanda,	205		
<i>Ecligmatum</i> usus nimius nocivus,	190		
<i>Egestiones</i> respondere debent ingestionibus, 177. 195.			
<i>Elaterii</i> virtutes	123		
<i>Elaterium</i> coctum vim purgativam amittit,	122		
<i>Electuarii</i> de ovo efficacia in peste	143		
<i>Elephantiasis</i> origo,	101		
<i>Elebori</i> virtutes	124		

- Exhalationes ex aquis stagnantibus veneno-*
ſæ sunt 110
Exhalationum copia e corpore humano 208
Exulcerationum ſedarum ortus 41
Exulcerationes pulmonum fistulose infanabi-
les 69
Faciēs color vivus unde mutetur 39
Fāmes ingens a vermis 158
Faffium ciborum gravidis unde 172
Febrē ex acicula deglutiē, 161. ex dentitione
difficili 160. a dolore dentium 42. ex laete
ſagnante, ibid. a vermis ortæ, 159. arden-
tes ex animi pathematis orientur, 71. cur
ex leſione nervorum orientur, 25. intermit-
tentes cur frequentiores, 71. benignæ quo-
modo fiant malignæ, 65. lenta & mēſente-
ricæ unde generentur, 41. pestilentiales &
petechiales cur malignæ, 30. quando ſalu-
tares, 46. quare facile patientur recidivam,
43. quare non adeo frequentes in brutis, 63.
quo pacto facillime arcendæ, 200. quo pacto
fiant juxta Hippocratem, 40. rheumati-
cæ cur frequentiores, 71. tertianæ incon-
gruæ perrinaciores 68
Fāmina cur morbis plus expositæ quam vi-
ri, 171. earum morbi unde potifimum de-
ducendi, ibid. quo pacto præcavendi 172
Fermentum morbificum fallo pro omnium
morborum cauſa venditatur 14
Fibre motrices cauſarum morbificarum sub-
iectum 12
Fibrarum structura multum tribuit ad equa-
bilem ſanguinis motum 22
Fibre in ſenibus nimis dure & solidæ ſiunt,
31. densiores & laxiores non tam acerbis
doloribus ſunt expoſitæ, quā teneriores 62
ex fibris quo pacto robur aut imbecillitas
corporis metienda 166
Flammula Jovis venenatæ est naturæ, 115. vi-
talis terminus nihil significans 52
Fluida nonnisi motus expertia morbum fa-
ciunt ibid.
Fluidum cur in ſanguine prævalere debeat
ſolido 23
Flor albus unde, 170. suppressus quæ mala
pariat 205
Fluviorum inundationes morborum epi-
diorum cauſæ 111
Fœtor in violenta morte peremptis haud de-
prehenditur 29
Fonitculi in morbis contagiosis commendan-
tur 106
Frigida potio cur adeo nociva, 60. quatenus
noxia, quatenus ſalubris 155. copiosius
in calcactum corpus, ingesta, deliquium.
- parit, ibid. vitam tollit, ib. adverſa maximè
ventriculi & intestinorum texture, ibid. fe-
brili & ſtu correptis exitium infert, 156. cur
corporis excretiones ſiſtat, 157. imprimis
peſtifera, ubi ventriculi imminet quādam
inflammatio, ib. maxime infensa ſenibus ibi-
Frigeris & ſicci & humidi natura atque effica-
cia 211
Erigus corpori inimicum, ib. humidum plus
valetudini infenſum, quam ſiccum 212. ſic-
cum boreale ubi & quibus noceat, ibid. ſeq.
externum perspirationem cohibet 202
Fungi facultate pollente deleteria, 151. quæ
nam excitent ſymptomata, 144. unde ve-
niant triftia illa ſymptomata ibid.
Gangrenæ indicia obſervata in rustico, ca-
nis rabidi morsu extinto 97
Gialappe resinae virtutes 123
Glaties deglutița dysenterias parit 155
Glandularum colli tumores etati infantili
familiares, 167. unde dependeant 168
Glandularum laxitas & etor, & quid cauſen-
tut, 42. quid earum obſtructio & tumefac-
tio ibid. tumores unde 69
Gonagra unde 35. ſenibus familiaris 69
Gonorrhœa unde 42. cur contagioſe ſit natu-
ræ 105. in viterata infanabilis 69. virulen-
ta quo pacto in prima herba tollenda, 106.
inconfulte adſtingentibus tractata que
mala pariat 205
*Grammanni tintura antiphthisica pericu-
la* 146
Gravedines infantibus & adolescentibus ma-
xime familiares, 167. cur frequentiores 94.
cur maxime generentur tempore verno,
210
Gravedines ſenum unde dependeant, 163. cau-
ſa generalis 42
Gutta roſacea haud repente reprimenda 204
Gutta ſerena unde 74
Hæmatitis tintura alylum adſtrigit 202
Hæmorrhagie unde 38. ex animi pathemati-
bus 71. narium menstruæ 73. repente co-
hibitæ, 84. cur maxime generentur tem-
pore verno 210
Hæmorrhoidalis dolor unde 34
*Hæmorrhoidarii abſtinere debent ab emeti-
cis, 121. cur tam atroces ſentiant dolores* 23
Hamorrhoides primæ ſenectute familiares 69.
cur ſenibus magis familiares, quam juve-
nibus 45
Hæmorrhoidum fluxus, 25. curat vel ſenit
morbos chronicos, 200. repressus diſſi-
cto revocatur, 205. stagnatio quas pariat
ærum-

<i>serumnas.</i> 54. suppressio quos morbos generet, 72. ex animi pathematis oritur, 71. a terrore, 82. turbatio morbos gignit 24	
<i>Hemoptyses</i> unde, 41. ex animi pathematis 71. a terrore ortæ 82. menstruæ, 73 nonnunquam hereditatiæ, 63. pueris & senibus rarioribus 72	
<i>Hamech</i> confectionis vis purgativa 122	
<i>Heistica</i> ex nimia aquarum ardentium potatione, 192. quare in sanabilis 69	
<i>Hellebori</i> albi succus, telis illitus, necat 94	
<i>Helleborus</i> coctus vim purgativam perdit 122	
<i>Hepar</i> cur omnium difficilime sanguinem transmittat, 41. unde augeatur, 143. scirrhosum fit ab ira 80	
<i>Hernia</i> intestinalis ex fortiori emetico 121	
<i>Herpetis</i> ortus 42	
<i>Hirudines</i> unus ex præcipuis morborum remedii 200	
<i>Hippocratis</i> morbus niger unde 38	
<i>Historiae</i> morborum præcipuum pathologiae & therapiæ fundamentum 8. quid ad integrum morbi historiam requiratur ibid.	
<i>Homo</i> cur cœbrioribus & gravioribus morbis expostus, quam bruta, 63. cur tamen diutius iis vivat ibid.	
<i>Horripilatio</i> unde, 39. omnibus doloribus atrocioribus juncta 40	
<i>Horroris</i> vis in corpus 87	
<i>Humidum</i> cur corporis conservationi adeo inimicum 212	
<i>Hydrophobia</i> ex mortu canis rabidi nascitur, 96. quo pasto sananda, 98	
<i>Hydropici</i> sibi caveant ab humiditate frigida 213	
<i>Hydrops</i> ortus, 39. 41. 54. 171. sedes 41	
<i>Hydrops</i> ascites insanabilis, 69. cur facile recurrat, 173. cur ratiō, 72. cur mēsis tempore homines afficiat, 156. cur senibus magis familiaris, quam juvenibus 45 nonnunquam comitatus quartanam 36. pectoris insanabilis, 69. pericardii cur semper jungatur asthmati spasmodico, 39 quandoque congenitus 68	
<i>Hyems</i> quos producat morbos 211	
<i>Hyoscyanus</i> venenis annumeratur, 95. facile mentem alienat 137	
<i>Hypnotica</i> ubi tentanda, 142. vide soporifera.	
<i>Hypochondriaca</i> passio ex pluribus causis nascitur, 58. quandoque ex tertiana inter-	
mittente 36. quandoque hæreditaria, 68. non indistincte curatur acidulis ac marcialibus 17	
<i>Hypochondriaci</i> cur phantasia corrupta laborent 97. abstinere debent ab emeticis 121. & anodynisi, 139. cur adeo voraces, 186. ad omnem cibum male se habeant, 186. spasmi cur estate conquefcant, 210	
<i>Hypotheses</i> medicæ non omnes quidem reji-ciendæ, 13. quia tamen discordiarum sunt progenitrices, ex iis emergere studeat philater, 18. earum tria genera 15	
<i>Hysterice</i> abstinere debent ab emeticis, 119 passiones periodicas, 73. non indistincte curantur castoreo, 17. earum cause interne atque externæ, 51. sedes primaria 35	
<i>Hystericæ</i> symptomata ex terrore, 81	
<i>Icterus</i> curex ira progignatur, 80. ex nimia aquarum ardentium potatione, 192. cur facile recurrat, 173. niger cur ratiō, 72. prime senectæ familiaris, 69. unde, 54. periodicus unde, 73	
<i>Jejunium</i> cur tolerabilius senibus 178	
<i>Ignavia</i> cur debilitet vires 174	
<i>Ignes</i> pollent medica pestilentie vi 118	
<i>Iliaca</i> passio a frigida potione 155	
<i>Imaginationis</i> vis in corpus 86	
<i>Imbecillitas</i> corporum morbis obnoxia, 59. 167. quotuplex, 168	
<i>Imbecilles</i> cur parum alimenti desiderent, 94. quinam sint, ibid. caveant sibi ab humiditate frigida 213	
<i>Indurationes</i> unde, 35	
<i>Infantia</i> quibus morbis afficiatur, 69.	
<i>Infantum</i> morbi unde dependant, 167. quomodo preveniendi, 168	
<i>Infusorum</i> usus liberalior ad arcenda contagia commendatur, 118	
<i>Ingestorum</i> natura, modus & ratio probe examinanda, 196	
<i>Inquietudo</i> senuim unde, 168	
<i>Insalubrium</i> rerum indoles, 71. scientia medico maxime necessaria, 77	
<i>Infante</i> subjectum, 61. cur maxime tempore verno generetur, 210	
<i>Infecta</i> quomodo venenosam naturam induant, 88	
<i>Insectorum</i> ingens copia Romæ, 117. in locis calidis venenosior, 88. morbos malignos praefagit, 815	
<i>Insomnia</i> terrifica & dæmoniaca unde, 53	
<i>Ipsecuanha</i> non semper est antidyfentecum, 17. ejus radix in principio pestis commendatur, 56	

- Ira* agit in ventriculum & intestina, 80. ubi inflammaciones periculosaſ prodiſt, ibid. ſuccoſ veneno imbuſt, 89. quibus ſit re-medio. 79
Ischiadicum malum quandoque anniverſarium, 67. ſenibus familiare 69.
Inſemperantia corpori inimica, 72.
Intermittentium phænomena explicata, 44.
Inſtincta quare tam gravibus ſtricturis ſpaſticis ſint obnoxia, 35.
Invenitus quibus morbiſ afficiatur, 69.
Korn. Mutter quænam prodiſt symptomata, 150.
Labor sanitati conduceſt, 24.
Lac copioſe haſtum veneni & purgantium vim frangit, 123. cur promptiſſimum contra venena remedium, 99. non ſemper eſt antiphthisicum vel antipodagricum, 17. qui convertatur in venenum, 186.
Lacte nutrīcūm graviflma mala in infantes transferuntur, 78.
Lacticinia corpori inimica, 72.
Lactis copia infantibus noxia, 179.
Lamia rum unguentum unde conficiatur, 96.
Lapis in vefca non fit post annum XCII, 69.
Laxantia initio pefis commendantur, 152.
Lepra unde, 102. cur rarioſt, 72. retrograda per-nicioſa, 108.
Lethargus unde, 74.
Lienis fabrica cur ferme tota ex canaliculis minimis conſtructa, 23.
Sintea recentia perpirationem cohibent, 202.
Lipothymia ex fortiori emetico, 121. a terro-re, 82. cur ex nervi laſione oriatur, 26.
Lippitudines unde, 69. cur maxime generentur tempore verno, 210.
Lithargyrii indol. 49. fumus torquet figulos, 146. perperam olim pro veneno habitum, 91.
Lochiorum ſufflamminatio unde, 43. profuſio repente cohibita, quæ mala pariat, 204.
Locorum proprietates noſſe debet medicus, 11.
Locustarum multitudine morboſ malignos pre-fagit, 134.
Lolium avenaceum tumulentum quænam ex-citet ſympotoma, 150.
Lne venerea non ſemper curatur mercuria-lib, 17. non juvatur natura, 18. quo pacto in prima herba ſuffocanda, 64. retropulsa cur adeo periculosa, 39.
Lumborum dolor unde, 73.
Lumbrici terrestres non ſemper ſunt antepi-lepticum, 17. lumbrici ex dulcibus, 193. ſenibus cur rarioſes, 72.
Lympha circulus a ſtricturis ſpasticis impen-

- ditur, a ſoup offloſquat, 220. 39.
Macilentioreſ cur faciliſ ſuſtientia convaleſcant, ac ſpongiosi habitus homines, 31.
Malo-Cotonea adſtingunt alvum, 201.
Mammæ terrore afficiuntur in gravidis, 81.
Mania ex tristitia, 57. inverterata insanabilis, 69. non indiſtingueſ curatur ſanguine aſinino, .
Maniacus incuſto terrore ſanatus, 83.
Marasmus ſenibus familiaris, 69. unde depe-ndeat, 169. eſt insanabilis, 73.
Martialia non ſemper ſunt antihypocho-driaca, 7. alyum adſtingunt, 202.
Martin-Korn quænam prodiſt symptomata, 150.
Mechanica artis scientia artis mediceæ alterum fundamentum, 12.
Medicamenta certiſ morbiſ ſpecificoſ accom-modato non dantur, 17. metallica venenis annumerantur, 143. præcipua quænam, 200. veneni vim habentia, 119.
Medicina ab opinionibꝫ & hypothefibꝫ ſit immuniſ, 13. universalis num detur, 16. & quomodo debeat eſſe comparata, 201.
Medici officium, 29.
Medicinae partium nexus, 7. certitudō unde patet, ibid.
Medicus imitari debet aſtronomos, 8. beatus quis, 174.
Mehltau ejus natura venenata, 153.
Melancholici quinam, 170. in quos morboſ facile incident, 171. cur adeo voraces, 180.
Mellita ſtomacho infirmo aliena, 190.
Melonum inſalubritas quomodo coerceatur, 191.
Membranæ nimis durae ac ſolidæ ſiunt in ſenibus, 31.
Membranofæ partes pluriſmorū morborum ſedem conſtituant, 61.
Menſum femincorū fundamentum, 25. flu-xus curat vel lenit morboſ chronicos, 204. repente cohibitus, quæ mala pariat, ib. diſſiſculter revoc, 205. iuſta vacuatio magna pars ſanitatis, 199. ſuppreſſio unde genere-tur, 41. a terrore, 81.
Menſtruae evacuationes in ſenili ætate peri-cuſoleſ, 68. haud rite factæ, quæ pariant mala, 217.
Mercurialia cur tam vehementer prodiſt effectu, 153. minime conveniunt, ubi ſuc-corum eſt magna dyſcrasia ſalino-Sulphurea, ib. in horum uſu & individui & morbi & regiminis ratio habenda, 155. cur inſenſiſſima infantibus renellis, 134. cur magnam efficiant ſeri profuſionem, 39. inſtar vene-no-

- notum suas perficiunt operationes, 131.
non semper curant luem Gallicam, 17. per-
spirationem cohibent. 202
- Mercurialis* aqua usurpata in scabie lipo-
thymiam excitat, 95. inunctio magis no-
xia, quam remedium mercuriale intro-
sumtum. 137
- Mercurialismus* indoles, 49. noxa, 129
- Mercurii corrosivi natura*, 93
- Mercurius* cum aqua coctus vermes necat, 93
diaphoreticus alexipharmacis antumera-
tur, 106. dulcis expellendis vermis aptus
159. vivus omnis virulentiae expers, 91. so-
lutes veneni vetri naturam induit & emu-
latiur, ibid. vide *Argentum vivum*. 147
- Metallurgia* morbifica. 147
- Miasmata* maxime per salivam hauriuntur,
101. non per cutis spiracula, ibi. veri veneni
naturam emulantur, 102. quo pacto facil-
lime pellantur, 103
- Miasmatum* virulentorum natura, 100
- Mictionum* cruentarum causa, 38
- Misso sanguinis* ad præcavendos mulierum
morbos commendatur, 217. cur molliori-
bus corporibus noxia, vide *venæ scitio*. 54
- Miasmata* senibus noxia, 45
- Mole* femininarum unde, 188
- Morbilli* cur frequentiores, 71. cur maxime
generentur tempore verno, 210. retropoli-
ci cur tam periculosi, 39. sunt retrogradi, 74
- Morbi* definitio nominalis 32. realis, ibid. ma-
teriales, 52. acuti & longi, 68. benigni &
maligni, 64. epidemici sporadicis, 65. epi-
demii & pandemii, ibid. contagiosi & chro-
nici, 66. simplices & compositi, ibid. idio-
pathici, ibid. genuini & corrupti, ibid. reci-
divantes, 67. recentes & antiqui sive habi-
tuales, ibid. hæreditarii & adventitii, 68.
congrui & incongrui, ibid. etatuum 69 ubi
habeant suum fundamentum, ibid. sanabi-
les & insanabiles ibid. salutares & exitia-
les, 70. frequentiores & rariores ibid. certis
locis peculiariis, 71. rariores, 72. hujus dif-
ferentia usus in therapia, ibid. periodici &
simplices, ibid. retrogradi, 74. manifesti &
occulti, 75. epidemii. Osi. orti. habent, ibid.
acuti non transiunt in liberos, 173. causa
ut fiat activa quid requiratur, 39. continui
periculosiores intermittentibus, 64. cur
non sint multo frequentiores, 38. ex inae-
quali ingestionum & excretionum propor-
tione gignuntur, 21. genus genium & cau-
sus indagare debet medicus, 9. hæreditarii
unde 23. non eodem semper modo curan-
tur, 17. quo pacto ut plurimum solvantur,
70. salutares longe frequentiores quam
exitiales, 72. temperamentorum unde de-
dueendi, 17. vis ac vehementia unde diju-
dicanda, 45
- Morbifica* causa quæ, 49
- Morborum* causa efficiens non est anima, 51
causæ naturales non sunt saltem occasio-
nales, 15. plures quandoque concurrunt, 50
causa proxima, 33. procatartica, 57. spu-
riæ, 14. effectus differentes unde petendi, 62.
differentia exquisita scitu necessaria me-
denti, ibid. causa virulentæ certis tantum
partibus infensa, 49. malignitas unde ex-
stimanda, 30. materia ubi querenda, 197.
origo quandoque repetenda ex ingestis,
15. aut nimia repletione, 21. periodico-
rum fundamentum ubi 72. recursus 179. re-
missiones & exacerbations unde, 43. vis
quo pacto commode præscindatur, 199
- Morbus* niger cur tam subito necet, 107
- Morbilli* incongrui periculosiores, 67
- Mordmittel* quæ, 124
- Moriendi* necessitas in animantibus unde, 32
- Morsus* animantium quando virulentus 88
animantis rabiosi cur aliquando interje-
to demum tempore in actum ducatur, 90.
homnis ira cundi lethalis, 89
- Morsa* animantium tacti quo pacto curandi,
98
- Mortis* causæ in dissecto cadavere reperiun-
tur, 30 non confundendæ cum causis mor-
bi, ibid. certi indices 28. causæ proximæ &
violentæ 29. definitiones, 28
- Motus* aduersi facti facile revocantur, 75. ab iis
vita, sanitas & morbi pendent, 37. epilepti-
cus quis 38. febrilis quis, & unde cognoscatur,
40. fluidorum intromis vergentes cur
naturæ morbos, 33. peristalticus ibid.
salutares probe discernendi a pernici-
bus, 70. systalticus glandularum congrega-
torum, 34
- Motum* febrilium indoles 40. intestinorum
duæ species, 20. microcosmorum leges 43
eas nosse debet medicus 37. morborum
indoles ibid. morbificorum tres classes, 84.
scientia medico maxime necessaria & uti-
lissima 10
- Mucilaginosa* copiose hausta veneni &
put-
gantium vim strangunt, 123
- Murorum* recentium exhalationes gravia gi-
gnunt symptomata, 149
- Musum* stomacho infirmo alienum, 190
- Mutus* ira loquens, 79
- Napelli* vis virulenta 94
- Narcotica* quæ tam cito necent, 39. quo pacto
ope-

operentur, 94. 136. volatilis & penetrantis	
sunt indolis	136
Nature vox τολύτης, 17. obscurissima 32.	
autocratis non nimis in medico extendenda 17. natura prudens morbos studio insti-	
tuens est commentum & terminus nihil	
significans, 15. robusta & imbecillis unde ex-	
stiranda	166
Nephritis non indistincte curatur alcimella	
vel bareira,	17
Nervosum systema probe cognitum esse de-	
bet medico	62
Nervosarum partium cum universo corpore	
mira consensio	26
Nervoso membranaceæ partes motuum mor-	
bosorum subjectum, 60. paulo vehementius	
agitatae motus animi & corporis insigni-	
ter turbant,	ibid.
Nili exundatio pestem gignit,	110
Nimium naturæ inimicum	177
Nutritio cur pereat in senibus	30
Nuces alvum adstringunt,	201
Nuces vomicæ duplicitis generis, 143. non sine	
periculo in usum promiscuum vocandæ	
ib. in quibus morbis auxilium ferant, ibid.	
felibus & canibus mortiferæ.	
Nystalopia excitata ab usu panis loliacei, ib.	
Obeis sibi caveant a frigore	213
Observationes præcipuum pathologæ funda-	
mentum	8
Observationum medicarum tenor,	9
Odontalgia periodica unde,	73
Odorum ingens in nervosas partes potentia ,	
59	
Oedematum ortus, 41. cur ad interiora repel-	
lantur,	38
Oleosa ad arcenda contagia commendantur ,	
118	
Olfæ carbonibus replete non sine noxa mu-	
lierum pedibus subjiciuntur,	149
Opata locum non habent in affectibus perio-	
dicis, 7. 4. alvum adstringunt, 202. vid. anody-	
na & stupefactiva retropellendi pollent fa-	
cultate ,	
Opii indoles ac virtutes,	15
Organæ ad edendum motum per se non sunt	
idonea, 21. excretoria & emunctoria cur tā	
copiose sunt constituta 23 sensoria & mo-	
toria quare in senibus amittant robur	
sum.	31
Palpitaciones cordis unde 41. ex animi path-	
matibus,	71
Palustria loca infectorum seminarium 115.	
valde insalubria, 111. ideo circa ea non in-	
dormiendum, 117. corum exsiccatio facit ad	
aversiōnē morborum epidemiorum, ib.	
Paralysis unde 38. a terrore oriunda, 82. ex	
tristitia 85. ex nimia aquarum ardentiū	
potatione, 192 in veterata insanabilis 69.	
incendii terrore cessat, 84. itē beneficio sa-	
nata ,	79
Parotides unde	69
Paroxysmi cur tam facile revertantur, 43. cur	
redeant statis temporibus, 44. intermitte-	
nūm unde,	73
Pathemata animi causa morborum proximę	
10. & quidem plurimorum, 69. maxime in-	
festant corpora infirma	87
Pathologæ objectum 7. definitio ib. veræ & fa-	
cititiae discrimen ib. veræ fundamenta; ibid.	
progressum quid hactenus impediverit, 12.	
veritates fundamentales ex physiologia re-	
petenda, 19. pathologia veterum cur tam	
manca fuerit,	33
Pectoralium usus nimius ventriculo alienus,	
195	
Pectoris convulsiones a potu frigido,	158
Pedes cur facilis intumescant quam aliæ	
partes	216
Pedum refrigeratio cur ventris dolores exci-	
ter	43
Peripneumonia unde 41. ex potionē frigida ,	
156. juvenibus familiaris 69. & Westphalis	
71. non sit ante pubertatem	69
Peristalticus motus multum confert ad tu-	
endam valetudinem .	24
Perspirationis causa & ratio duplex, 208. æ-	
quabili commodum, 209. cohīb. quæ mala	
gignat	210
Perspiratio liberior quibus adjuvetur	183
Peste laborantes facilis alios afficiunt, quam	
qui ea occubuerē	111
Pestis signa pathognomonica	54
Philtra unde parentur	90
Phlebotomia infelix	161
Phlegmatici quinam, 170. in quos morbos fa-	
cile incident, 17. 1. cur non adeo acerbis do-	
loribus expositi ac cholericī	62
Phlogosis unde	39
Phrenitis ortus, 38. ex affectu iracundiæ, 80.	
symptomatica lethalis	66
Phthisis cur messis tempore corpora afficiat ,	
156. juvenibus familiaris, 69. non nunquam	
congenita, 68. ideoque incurabilis, 173. non	
indistincte curatur lacte, 17 quandoque gi-	
gnitur ex hæmoptysi, 36. vel ex nimia a-	
quarum ardentiū potatione, 192. quare	
magis vexet juvenes quam senes, 44. seni-	
bus cur rarior	72
Physices peritia medico maxime necessaria, u	
Pin-	


<i>Pinguia</i> copiose hausta veneni & purgantium vim frangunt, 123. acidis mixta quæ symptomata excitent	187	suntur, 42. locum non habent in affectibus periodicis, 74. singula propriam habent virtutem, 123. retropellendi facultate polent, 109. semper reformidata a sanioribus medicis, 124. & nisi in difficultioribus morbis & magna cum cautione adhibita, 125. lenientia	ib.
<i>Pira</i> immatura alvum adstringunt	201	<i>Purpura</i> retrograda, 74. cur adeo periculosa	
<i>Pixa</i> alvum adstringunt	ibid.	39. rubra vel alba in morbis acutis unde,	
<i>Pisces</i> morbi vel mortui corpori perniciem creant	153	36. salutaris ira excitata	79.
<i>Placentæ</i> insalubres	191	<i>Pustularum</i> generatio, 53. ex potionc frigida,	
<i>Plantaginis</i> radix alvum adstringit	201	157. haud repente reprimenda	206
<i>Planta</i> in stagnis natæ virulentæ sunt nature	114	<i>Putredo</i> unde proveniat, 28. præsertim mortifera, 31. non est ratio formalis mortis, 28. corpori tamen humano maxime aduersa,	
<i>Plethora</i> generatio, 35. effectus, 15. ejus nomine quid veniat	214	39. visceris interna	30
<i>Plethora</i> plurimorum morborum causa, 77. non tamen omnium, 18. morbida quæ, 214. eacochymia fundementum	219	<i>Quartana</i> familiaris primæ senectæ, 69. & Westphalis, 71. ira beneficio sanata, 79. contumax cur æstate minuantur vel penitus expiret, 210. ea laborantes cur tam voraces	
<i>Pleuris</i> unde, 37. ab ira progenita	81	180.	
<i>Plethora</i> sibi caveant a frigore	213	<i>Quietis</i> convenientis usus commendatus	25
<i>Podagra</i> incunabula	35	<i>Quies</i> corporis nimia cur noxia	202
<i>Podagra</i> fixa senibus familiaris, 69. hereditaria insanabilis, ibid. iræ beneficio sanata, 79. introversa exitialis, 108. non indistincte curatur laste 17. non venit ante puberatum, 68. ob ingentem tristitiam levissima concitat symptomata, 85. quandoque aniversi.	57	<i>Quinquefolii</i> radix alvum adstringit	201
<i>Podagræ</i> tumores retrogradi.	74	<i>Raucedines</i> sennu unde dependant	168
<i>Polypi</i> cordis ex nimia sanguinis abundantia 76. inventiuntur plerumque in subita morte extintis, 213. in quibus corporibus maxime generentur	ibid.	<i>Recidivantes</i> morbi, 67. quo pacto differant a periodicis, 72. cur easdem partes rursus affligant	43
<i>Polyporum</i> generatio, 41. a potu frigido, 56. ex tristitia, 85. effectus, 41. indicia	219	<i>Remediorum</i> vires sunt tantum occasione, & relativæ	16
<i>Potus</i> liberalior commendatus	195	<i>Remittentes</i> morbi non confundendi cum periodicis	72
<i>Potulentæ</i> veneni naturam induentia, 154. valetudini infensa	191	<i>Respirationis</i> difficilis ortus, 41. oppressio unde	39.
<i>la poudre de succession saturninæ</i> fertur esse indolis	146	<i>Rhabarbarina</i> in principio pestis commendantur	95.
<i>Precordiorum</i> anxietates periodicae unde 43. <i>Dagnosis</i> medica quo pacto acquiratur	10	<i>Rhabarbarum</i> coctum vim purgativam perdit	122.
<i>Pulmonum</i> fabrica cur ferme rora ex canaliculis minimis constructa, 23. tubercula unde 41. vomicæ juvenibus familiares	69	<i>Rheumatismi</i> unde, 35. 38. 53. cur maxime gerentur tempore verno	210.
<i>Purgantia</i> fortiora quamnam, 121. alvinam excretionem turbant, 126. atque hinc tenellos & lactentes infantes graviter laedunt, 127. maxime vero nocet, ubi ventriculi inflammatio imminet, ib. & ubi dolores sunt sanguinisque profusiones metuendæ, 128. vel vires jam sunt fractæ, 129. diastrica importunitas data quæ mala gignant, 122. mortem inferunt, 123. non sunt propinanda post iracundiam, 80. venenis causticis annumerantur, 121. eorum vis quo pacto destruuntur, ib. improvidè sampta quid cau-		<i>Roborantia</i> cur sint efficacia remedia contra febres, 44. eorum usus aperientius	207.
		<i>Robur</i> vitale in quo consistat	170.
		<i>Robusti</i> non-egent medicina	148.
		<i>Roris</i> vitiosus effectus	116.
		<i>Saburra</i> ventriculi quomodo exoneranda, 182.	
		<i>Sal</i> universale aereum	115.
		<i>Salia</i> volatilia ad arcenda contagia commendantur, 118. vitiosa multorum morborum causæ, 189. quo pacto facilime corrigitur, ibid. eorum usus irrempt, noxius	183.
		<i>Saliva</i> iracundorum venenatam indutinaturam, 89. non deglutienda in lecis contagio infectis, 104. per eam gravissima mala transferi possunt	178.


- Saliva profusiones* unde, 42. profluvium a mercurialibus 131
Salivatio noxia summe hypochondriacis, 133. alvum comprimit 202
Satium intemperies noxa universalis morborum causa 15
Sanguinei quinam 170. in quos morbos facile incidunt 171
Sanguinis circulatio retardata morborum causa, 35. circulus liber & aequabilis quis, 20. cursus immoderatus & impeditus cur morbum formet, 32. effusiones consuetae, interceptae multa gravia creant symptomata, 173. ex plethora tardior progressus quas gignat & gritudines, 200. graves congestiones & periculose stases ex intestinorum spasmis, 199. clementia prima, 23. infarctus & congestio quos effectus producat in vasis abdominali, 38. fluxus quo pacto praesentissime cohendens, 192. profusio excretionem diminuit, 200. male fortioribus constringentibus compescitur, 204. impetus varius ratione atatis & indolis, 45. impuri indicium, 219. magna inopia quas pariat serum, 54. missiones fugiendae in affectibus retrogradis, 74. motus interceptus gravia parit symptomata, 38. nimia redundantia non universalis est morborum causa, 15. triplex substantia. 216
Sanguis calefactus portu frigido densatur, 156. cur debeat esse temperatus & depuratus, 30. stagnans inclinat ad corruptionem, 220. cur facile stagnet in intestino recto & colo, 216. quatenus mortem inferat. 215
Satietas morborum genitrix 182
Saturnina medicamenta tristibus exemplis infamata, 146. alvum adstringunt, 203. inimicissima praesertim intestinis, 146. que producant symptomata, ib. cur veteribus annumerata venenis, 137. ab iis abstinentium. ibid.
Scabies unde, 101. haud repente reprimenda, 206.
Scabies secca apud senes unde dependeat, 169. humida contagiosa est naturae, 105. introversa pernicioса, 108. maligna quo pacto in prima herba suffocanda, 106. retropullus cur adeo periculosa. 39
Seammonii virtutes 123
Secale corruptum nigrum quemadmodum producat symptomata, 150. sale scaret. subtili venenato. 152
Scorbutus unde, 54. cur jam rarius conspicatur Hale, 189. matis incolis familiaris, 71. & senibus, 39. retropulsus cur adeo periculosus, ibid. senum unde. 169. sola arte curatur. 18
Sectionis cadaverum utilitas, 10. medicinam apprime illustrant. 219
Sedentaria vita corpori inimica 129
Senectus cur ipsa morbus 31. quibus morbis adficciatur. 69
Senes nimis laute viventes quibus morbis conflictentur, 169. sibi caeant ab humiditate frigida. 213
Senium immecidabile. 172
Senum morbi unde, 168. morbis quo pacto iis obviam eundum, 169. quibus medicamentis alantur. 163
Sensibilitas imbecillitatis corporum index 166
Septentrionis incolae cur sana, robusta & quadrata habeant corpora. 212
Seri viscidii albi fluxus quo pacto concitetur, 41. colluvies cur in abdomen veneno interemptorum reperiatur, 39. profusio cur gignatur a mercurialibus. ibid.
Serum viscidum stagnans que producat symptomata. 41
Serpentes nostri cur innoxii. 89
Sessio perquam noxia in morbis acutis 31
Sevi hircini exhalatio quam gravia excitet symptomata. 149
Singultus unde 74. enormior irae beneficio curatus, 79. item terrore subitaneo. 84
Sitis cum ariditate linguae unde. 73
Soda ab acidis. 187
Solanum verum cur audiat furiolum, 96. quantum cito necet. 59
Solidorum motus duplex. 20
Somno convenienter utendum. 25
Somnus longior cur noxius, 201. ciborum corruptela interturbatur, 182. male concoctionis vitia disspellit. 183
Somnolentia a vermis procreata. 159
Soporifera quænam, 135. venenis annumerantur, ib. cur naturæ tam insensa, ib. ubi tentanda, 140. vide anodyna & stupefactiva.
Soporosi affectus unde. 38
Sordes subtilioris naturæ emuluntur venena. 52
Spasmi febribus unde 55. ex repletione, 216. fortioris vis, 39. hypochondriaci cur senibus rariores, 72. naturæ & vitae humanæ infessissimi, 44. partibus inducunt habitudinem ac debilitatem, 39. continuatio per totum genus nervosum. 42
Spasmi quid & quotuplex, 34. quandoque in epilepsiam transit, ibid. universalis quos morbos gignat. 40
Sphaerelatio frequentior, 30. prelertim in pat-


tib⁹ internis, 71. in plurimis morbis acutis & chronicis deprehenditur, 107. mortif- erum corporis venenum. ib.	sanguinis quandoque suscitat, ib. gravia excitat symptomata, 82. in corporibus pre- sertim imbecillibus, ib. senibus maxime in- fensus, 83. quin & subita mortis causam præbet, ib. in certis tamen morbis est reme- dio, ib. quo pacto salutariter solvatur, 84. & symptomata ab ipso excitata avertantur, ib. retropellendi pollēt facultate, 82. suc- cos veneno imbuit. 89
<i>Sphaelus</i> unde proveniat, 44. 107. a causa in- terna insanabilis, 69. cur tam cito perimat 59	<i>Therapie</i> cardo in quo versetur, 46. veræ fundamentum, 3. objectum, ib.
<i>Spirandi</i> angustia ac difficultas unde 39	<i>Theriacalia</i> medicamenta spasmos vomito- rios coercent, 121
<i>Spirituosa</i> cur & quando noceant 60	<i>Thermarum</i> usus feminis conducit, 172. est a- peritivum, 201
<i>Sporadici</i> morbi quinam 65	<i>Tinea capitis</i> unde, 39. infantili ætati familia- ris, 171. tetropulsa cur tam periculosa, 39
<i>Stagnationes</i> sanguinis morborum causæ, 52, minus periculosæ, quam ejus stases, ib. seri- & aliorum humorum quænam gignant in- commoda, 55. spasmus sunt genitrices, 53. earum causæ antecedentes 56	<i>Timor</i> qui corpora ad contagium recipien- dum disponat, 103
<i>Stases</i> sanguinis magis periculosæ, quam e- jus stagnationes 52	<i>Tormentille</i> radix alvum adstringit, 202
<i>Sterilitas</i> unde 172	<i>Tormina</i> ventris atrocia unde, 74. ex dentitio- ne difficili, 160. intestinalia unde, 53
<i>Stomachicorum</i> usus perversus in infirmis 179	<i>Transpirationis</i> imminutio a terrore, 81. sem- per debet esse salva in corpore, 107. vid. <i>Perspiratio</i> .
<i>Stramonium</i> qui tam cito necet 59	<i>Trifftia</i> solvit vites corporis, 85. obstruc- tiones gignit, ibid. ideoque graves producit morbos, ib. morbos alios benignos facit le- thales, ib. quo pacto hujusmodi morbi sint præcavendi, 86. ejus vis in ventriculum & intestina, 43
<i>Strangulatio</i> cur tam celeriter necet homi- nem 28	<i>Tsemer</i> morbus Ungaricus, 181
<i>Stupefactiva</i> annumerantur venenis, 135. ope- ratione tamen differunt a venenis causticis 136 quando ab ipsis abstinendum sit, 138. cur antiquis fuerint suspecta, 137. cur in- fantibus, & senibus exitiosa, 140. ut & debi- libus, ibid. nunquam utilia in morbis chrono- nicis & cacochymicis, ibid. quatenus adju- vent excretiones 200	<i>Tusser</i> unde, 38. a vermis, 159. cur maxime generentur tempore verno, 210 convulsivæ periodicæ unde, 72. unde ferine, 74. humidæ cur frequentiores, 76. tenum unde depende- ant, 89. siccæ juveaibus familiares. 69
<i>Succorum</i> abundantia morbis exponit corpus 215 temperies vires conservat, 174. etiam utilium copia offendit, 198	<i>Vacatio</i> una aucta supprimit alteram 151
<i>Surditas</i> unde, 38. antiqua insanabilis, 61	<i>Vacuationes</i> plutes prohibite morbo um ini- tiunt, 198. non ita facile in ordinem resti- tuuntur. 199
<i>Sudores</i> critici cohíbiti sunt venenosæ, 109	<i>Vacuum</i> cur necet animantia, 203
<i>Sudoris</i> utilitas in morbis contagiosis, 108	<i>Valerianis</i> servandæ optimum consilium, 197
<i>Sulphur</i> artificiale, 118. auratum veneni na- turam æmulatur, 119. narcoticum cur tam celeriter necet hominem, 120	<i>Variolæ</i> cur frequentiores, 71. cur non in om- nibus æque benignæ procedant, 50. incon- gruæ periculosiores, 68. in Turcia per im- positionem producuntur, 106. retrogradæ, 74. retropulse cur tam periculosæ, 39 salu- tariter per iram excitatæ, 79. senibus ratio- nes, 72. cur maxime generentur tempore verno, 210
<i>Tabes</i> cur mælis tempore homines maxime afficiat, 156. serum unde, 169 ex nimia a- quarum ardentiæ potatione, 193	<i>Vaja</i> corporis cum corde æqualem habent proportionem, 169
<i>Tarantularum</i> ictus quæ producat sympto- mata, 49	P. 244
<i>Tartari</i> emeticæ natura, 119	
<i>Temperamentorum</i> ratio in quo consistat, 26 cognitio medico necessaria, 77	
<i>Temperantia</i> præstantissimum in contagiosis morbis præsidium, 105	
<i>Terror</i> cur in sudorem, & calorem corporis terminetur, 40. partes externas constringit, 81. & perspirationem cohicit, 202. evacua- tiones retardat ac penitus sistit, 81. fluxum	

- Venefactio ad vitam longam præsidium*, ibid.
 & unum ex præcipuis remediis, 201. quid in
 ea respiciendum, 121. temere reformidatur,
 18. cur præsente convulsione aut spasmus sit
 noxia, 54. intempestiva retropellendi pol-
 let facultate, 109
- Venena* quid, 88. eorum tres notaæ essentiales,
 ib. variant juxta regna naturæ, ib. caustica
 cur celeriter peritant hominem, 29. certis
 tantum animantibus noxia, 93. corporis
 humani, 100. in aere contenta, 110. ex regno
 animali, 88. ex minerali, 91. in quas partes
 corporis vim suam funestam exerceant, 93.
 cur intra curim admissa plus noceat, quæ
 majori dosi intus sumta, 94. mineralia vera
 veteribus incognita, 96. summa partium te-
 nuitate suas præstant operationes 94
- Venenorū classis late patet*, 52. corrosivorum
 ac drasticorum remedia, 93. operatio quo-
 modo rectissime explicetur, 158. aliarum
 causarum morbidarum indolem declarat,
 48. vis quo pacto externe coereenda, 99. co-
 etione destruitur, 122. vis multiplicativa in
 quibus corporibus sese maxime exserat, 103
- Venerea* medicamina virulentam habent na-
 turam, 145. ideo ab iis cavendum in corpo-
 ribus infirmis, ib. quem usum habeant circu-
 mspœcte usurpata ib.
- Venter* natura apertus magna sanitatis pars
 197
- Venii* orientales & septentrionales egregie
 purgant aerem, 118. salabres & insalubres,
 206
- Ventriculi* inflammatio exitialis, 71. cum par-
 tibus nervosis maxime consensio, 26. in-
 flammationes ructuosaæ unde, 73
- Ventriculus* cur plurimorum morborum offi-
 cina, 60. cur tam gravibus strictruris spasti-
 cis sit obnoxius, 35. robustus plus ferre pot-
 est nutrimenti, 177
- Ventrīs* dolor a vermis, 158. rosonum se-
 des, 60
- Vermes* non semper purgantibus expelluntur,
 159. quos morbos procreant, 158. & quæ
 symptomata excitent, ibid.
- Vermiculorum* in aere copia morborum ma-
 lignorum causa & præsigium, 113
- Vertiginum* incubabula, 61
- Peterum* lectio quatenus commendanda 12
- Vini* spiritus testificatus felibus venenosus,
 194
- Vinum calidum* veneno infectis commenda-
 tur, 98. fortius reddit caput, ib. lymphatum
 præstat cerevisia, 195. stomacho laboranti-
 bus mancibendum, 184. potens & genero-
 sum morbis epidemiis avertendis aptum,
 118. Rhenanum optimum alexipharmacum
 104. immoderatus haustum quæ mala ge-
 net, 194
- Vires* agendi in corporibus onines sunt con-
 ditionate & relativæ, 9. corporis quibus
 rebus debilitentur. 174
- Virium* naturalium defectus unde estimandus
 166
- Visus* amissio ex dentium dolore, 161. hebetu-
 do apud senes unde 121
- Vite* definitio, 27. pathologæ præcipuum
 fundamentum, 19
- Ungues* nigri cur mortis indicium, 31
- Unguium* resectio infelix 161
- Uredo* nocet & animantibus & frugibus, 116
- Urine* immodiæ unde, 42. incontinentia a
 vermis, 158. retentio cur noxia, 44. sup-
 pressio a calculis, 160
- Vomitus* a vermis, 159. cruentus pueris ra-
 rior, 72. periodici unde 64. symptomatice
 & idiopathicus 66
- Voracitas* corpori inimica, 72. imbecillibus
 familiaris, 175. sed noxia, 179
- Vox* clara crassos humores dissolvit 200
- Urina* largior fluxus salutaris, 199 unde fiant
 coloratiōres, 189
- Uterus* copiosis constat vasis, 41. prolapsus
 terrore sanatus, 83
- Uve* cur bonum præbeant alimentum, 190

F I N I S.










ESTANTE 8.^o

Tabla 8.^a

N.^o 7





HOFFMANN
OPERA
PHYSICO
MEDICA

25

14

12.856